ACCADEMIA DI MEDICINA
DI
TORINO

D. CHRISTIAN FRIEDR. REVSS
MEDICINAE PROFESSORIS PVBLICI IN ALMA EBERHARDINO-CAROLINA
ACADEMIÆ IMPERIALIS NATVRÆ CVRIOSORVM, REGIÆ DANICÆ SCIENTIARVM, EIVSQVE OECONOMICÆ, ELECTORALIS MOGVNTINÆ; NEC NON SOCIETATIS ELECTORALIS LIPSIENSIS OECONOMICÆ; TIGVRINÆ PHYSICALIS; ET BEROLINENSIS AMICORVM NATVRÆ SCRVTATORVM SODALIS.

PRIMÆ LINEÆ ENCYCLOPÆDIÆ ET METHODOLOGIÆ VNIVERSÆ SCIENTIÆ MEDICÆ ET THEORETICÆ ET PRACTICÆ OMNIVMQVE EIVS SCIENTIARVM TAM PRÆPARANTIVM QVAM AFFINIVM AC SVBIVNCTÆ CVIVSVIS HISTORIÆ LITTERARIÆ.

TVBINGÆ
IN OFFICINA LIBRARIA J. G. COTTÆ
MDCCLXXXIII.

PRÆFATIO.

Corporis humani fabrica oculis noſtris offert præſtantiſſimam partium & internarum & externarum ſtructuram, documentum & potentiæ & ſapientiæ benigniſſimi Creatoris omni admiratione digniſſimum. Sed ſortem humanam meditatione proſequentes, tantis eandem periculis premi & malis affligi videmus, ut vita noſtra dici fere poſſit perpetua cum morte lucta.

Sanitate vero cum maxime dignoſci felices ab infelicibus queant, infeliciores aliis animantibus, quibus non tot morbi, curæ & pericula minantur, eſſemus omnino, niſi eidem optimo Creatori placuiſſet, vires medicas saluberrimas tot animalibus, mineralibus indere, inprimis tot plantis infundere, quas pedibus calcamus, & terram, quam incolere hominem juſſit, vegetabilibus ubique, tanquam tapeto, ſternere & veſtire. Quo factum eſt, ut ab antiquiſſimis inde temporibus, ad quæ documenta noſtra hiſtorica pertingunt, medicina exſtiterit.

Verum enim vero vitam eſſe brevem, artem autem longam, effatum fuit jam *Hippocratis*. Qui

tot inde ab ejus ætate facta in ſcientiarum medicarum campo incrementa novasque acceſſiones memori revolvit mente, qui præterea perpendit, quanta noſtro inprimis tempore, apud nos præſertim, a medico requiri ſoleant, is non infructuoſam eorum æſtimabit operam, qui aliis, medicinæ præcipue ſtudioſis, viam monſtrant faciliorem & breviorem, quâ campum illum latiſſimum ſcopo ſuo convenientiſſime emetiri poſſint.

Inſigne enim eſt detrimentum, quod litterarum cultores ſentiunt, per totam fere futuram vitam, ſi ſtudia ſua academica, occupationes & labores ſuos academicos non iſto ordinarunt modo, ut omnem adhibuerint operam, in excolendis omnibus iſtis ſcientiis, quæ ſcientiam proprie electam ſpectant, univerſum eorum ambitum, ſine quarundam lacuna, & in iſto congruo ac ſyſtematico ordine, quo inter ſe ſunt connexæ, & in academiis tam publice, quam privatim addiſcendæ ac pertractandæ.

Hoc fine equidem ad delineandam, jam dudum a variis litteratis deſideratam *Encyclopædiam & Methodologiam medicam* acceſſi, cum aliarum ſcientiarum e. g. *Theologiæ*, *Juris* & *Philoſophiæ cultores* adjumentis ejusmodi encyclopædicis inſtructos eſſe a), *Medicinæ cultores* vero hoc ſubſidio adhuc tantum non carere perſpicerem.

Ju-

a. 1) S. *Murſinna* primæ lineæ Encyclopædiæ theologicæ. Halæ. 1764. 8.

J. *Sem-*

Juvenis enim ad ſcientiam quandam animum adplicantis maxime intereſt, ut ejus non modo integram ſibi notitiam comparet, ſed & connexas cum ea, & partim ad eam præparantes, partim ab ea lumen mutuantes ſcientias ſibi, quantum ſcopo ſibi præfixo congruum judicat, notas & familiares reddat.

Hiſtoriam medicinæ literariam memoria percurrenti in mentem facile redeunt libri, qui in publicum prodierunt, haud pauci, *inſtitutionum medicarum* rubro inſigniti, (quorum brevior catologus in fine libri legetur,) modo *amplius*, modo *brevius* partes tantum quædam Medicinæ obtutui noſtro ſiſtentes, neque tamen *omnia*, quæ *medico ſcitu neceſſaria* ſunt, quæ ad ſtudium medicum vel præparant, vel cum eo affinia ſunt, æque accurate ac plene complectentes; ut igitur ſpes mihi ſubnata ſit, fore ut operam non plane inutilem in adornanda *ejusmodi Encyclopædia* ponam, quæ primum *diſciplinas præparantes*, tum in *univerſum* tum *ſpeciatim* per-

J *Semler* Anleit. zum Fleiſs in der Gottesgelahrtheit. Halle 1757. 8. & *ejus* inſtitutio brevior ad liberal. eruditionem theologic. Halle 1765. 8.

2) A F. *Schott* Entwurf e. juriſtiſchen Encyclopædie. Leipzig 1780. 8.
J. F. *Gildmeiſter* juriſtiſche Encyclopædie u. Methodologie. Duisburg 1783. 8.

3) Kurzer Begrif aller Wiſſenſchaften u. anderer Theile der Gelehrſamkeit. Frft. 1759 8. (v. J. G. *Sulzer.*)
G. H. *Feder* Grundriſs der philoſoph. Wiſſenſch. nebſt der nöthigen Geſchichte. Coburg 1767. 8.

permeet, deinde ab iis ad *ipſas ſcientias medicas* progrediatur *principales* tam *theoreticas* quam *practicas*, & ordinem ſequatur diſciplinarum nexui, & ſcopo ſtudioſorum conſentaneum. Operam dedi, ut *filo ſyſtematico* contexerem *hanc Encyclopædiam medicam*, ut *ſingularum medicinæ partium* adcuratas exhiberem *deſcriptiones*, commodas *diviſiones*, optimos *fines*, & præcipua *commoda*, additis etiam *notitiis litterariis* ad noſtra tempora, & interſperſa cujusvis ſcientiæ *methodologia* generali, deſumta ex intima ſingularum medicæ ſcientiæ partium connexione, neceſſitate & utilitate.

Secutus ſum, ubi licuit, anteceſſorum veſtigia; retinui ab aliis jam bene & ſolide propoſita, quæ potui; nonnunquam immutare, neceſſaria & noſtris temporibus potius accomodata addere, vel in ſyſtematicum ordinem, qui paulo melior & diſtinctior mihi quidem videbatur, commutare, quantum potui, & quantum libri compendium conceſſit, non prætermiſi. Ampliorem partium ſingularium, & terminorum technicorum, qui ab hac tractatione mea non plane exulare poterant, explicationem *viva docentis Vox* ſupplebit, nec non *Lexica* majora & tam diverſarum linguarum, & Medicinæ propria (quorum in appendice fit mentio peculiaris,) ſuppeditabunt, quæ terminos technicos hic obvios deſcribunt & illuſtrant.

A diſtinctionibus, quibus carere hunc meum librum poſſe intelligebam, quæ confundunt potius quam inſtruunt tyronis animum, abſtinui; iis contentus, quæ neceſſitate, ſoliditate, vel novitate ſe commendant; licet ſola rei novitas nunquam nos movere debeat ad ea abdicanda, quorum uſus jam extra dubii aleam poſitus eſt & longa confirmatus experientia. Ut nil de eo dicam, nova ſæpe venditari, quæ tantummodo recocta ſunt; nec non nova ſubinde videri potius, quam eſſe, hoc eſt ſpecie hypotheſium recentiorum nos allicere, quæ vero penitius inſpectæ examen haud ſuſtinent. Recte & ſcite omnino *Owenus* inquit:

Quæ nova ſunt, hodieque placent, non usque placebunt,
Cur ita? quæ nova ſunt, non nova ſemper erunt.
Stulta hæc invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent,
Invida ſtultitia eſt, cui nova ſola placent.

Sed vitio fortaſſe ſunt qui mihi vertant, quod ad ſupellectilem medicam tot tamque varia retulerim inſtrumenta, & Encyclopædiæ huic inſeruerim artes, ſcientiasque a multis, qui medici eſſe ſibi videntur, haud tractatas. Pro eo vero, quem mihi præfixeram, ſcopo meum erat, omnia complecti, quæ medicum eruditum & ſolidum practicum etiam remotius attinent, eumque juvant, ornant, commendant. Lingua uſus ſum latina, utpote quâ

 ſcri-

ſcriptores medici antiquiores uſi ſunt, & celeberrimi quidam in noſtra Germania auctores medici recentiores adhuc utuntur, quâ porro ſunt quæ concinnius & determinatius, quam alia quavis lingua, exprimi poſſe mihi videntur; nec non quia latina legunt etiam exteri, quibus germanice ſcripta legendi facultas non eſt, & quibuscum Bibliopolæ, cujus impenſis in publicum prodit hæc mea opera, commercium intercedit.

In recenſenda *Hiſtoria litteraria*, cuivis medico ſolido æque ſcitu neceſſaria, notavi, ne juſto prolixior evaderem, meliores tantum & recentiores Editiones, Scriptorumque anglicorum, gallicorum aliorumque exoticorum verſiones germanicas, quæ plerumque avtographis apud nos faciliores comparatu & crebrioris uſus ſunt. Inter optimæ notæ libros nonnulli quoque paulo minoris pretii in quibusdam locis occurrunt, quia in multorum manibus ſunt. Præterea a docentibus in ipſa inſtitutione orali deinceps diſtingui poſſunt, quæ in iſtiusmodi libro minus ſolide, minus accurate dicta judicant. Auctorum & fatis functorum & ſuperſtitum adhuc ſola poſui nomina, omiſſa ulteriori honorifica, quam eis me debere ſentio, compellatione, quia ſcriptis adductis illuſtrius, quam mea quidem laude, commendari eos exiſtimabam. Præcipuorum mentionem feci auctorum, e tam inſigni cumulo librorum medicorum, quorum inſpiciendorum, inveſtigan-

gandorum, & evolvendorum occaſio mihi fuit, tempus & limites harum paginarum permiſerunt. Omittendi hinc erant hic illicve notatu digni, & allegandi contra, ad evitandam lacunam, mediocris ordinis ſcriptores, quia præſtantiorum mihi adhibendorum copia non erat. In recenſendis libris non tam ad annos editionum attendi, quam ad claſſes & ordines, in quos redigendi erant. Ubi deerant meæ notitiæ integri libri, conſugi ad diſſertationes academicas, & tractationes minoris voluminis. Adjeci quoque ephemerides novellasque literarias, e quibus amplior peti poteſt auctorum, hoc illudve medici objectum ſcriptis illuſtrantium, cognitio. *) Aſteriſco notati ſunt præſtantiores libri, quos præ aliis ſibi comparare atque ad manus habere debeat medicinæ cultor.

Plura, quæ huic præloquio addam, non habeo. Nil magis in votis mihi eſt, quam ut optimis juvenibus ad medicinæ ſtudium animum adjicientibus, quibus inprimis conſecrati ſunt hi labores mei, non plane inutilis hæc ſit opera mea, ut ope Encyclopædiæ hujus primum uno quaſi obtutu conſpiciant integrum ſcientiarum medicarum campum, deinde penitiori attentione in ſingulares ſeorſim partes ejus tam utiles quam neceſſarias, tum vero a particulari cognitione iterum ad amplum in univerſum ſyſtema medicum aſcendant proſpectum.

Er-

Errata & vitia typographica, ſub finem libri, quantum fieri potuit, correcta, excuſare poterit apud lectores æquos & faventes, morbus, quocum iterata vice conflictabar, cum elaborandis & prelo ſubjiciendis paginis hiſce occupatus eſſem.

Deus Ter O. M. a quo bonorum omnium fonte optatus pendet ſcientiæ & praxeos medicæ ſucceſſus, faxit, ut hæc quoque opera mea fructu ſuo non deſtituatur. Scripſi Tubingæ.

MDCCLXXXIII.

INTRO-

INTROITUS.

§. 1.

MEDICINA eſt ſcientifica corporis humani, omniumque ſalubrium & noxiarum rerum, quæ in hominem agunt, cognitio.

§. 2.

Objectum MEDICINÆ ſunt 1.) *homo vivens*, & in ſtatu ejus ſano & ægro, 2.) omnia ea, quæ in hominem *vivum influunt*, quæ ſtatum ejus ſanum vel deſtruunt vel reſtituunt.

§. 3.

Finis Scientiæ Medicæ eſt vitam hominis prolongare. Hæc vitæ humanæ prolongatio fit, triplici modo 1.) vel præſentis conſervatione ſanitatis, 2) vel amiſſæ reſtitutione ſanitatis, 3.) vel avertendis infortuniis ex culpa hominum ortum ſuum trahentibus.

§. 4.

Quum ſcientia medica verſetur inprimis circa ſanitatem, & vitam hominis, rem pretioſiſſimam, atque exoptatiſſimam, ac præcipuum hominis in hac vita bonum, cum ea removeat non ſolum præſentem, corpori humano noxium ſtatum, & univerſale detrimentum, quod ſæpius regionibus integris ruinam minatur, ſed ea quoque ſapienti & prudenti ratione infortunia, quæ, tanquam triſtis effectus delictorum humanorum, corpus affligere poſſent, præcaveat, & in primo ſupprimat ortu: hinc *Scientiæ medicæ utilitas* perquam *inſignis* eſt & *graviſſimi momenti*.

Homines ſumus, ægrotamus: auxilium nobis quærendum eſt in hoc ſtatu ab aliis. Quam infelix eſſet noſtra conditio, ſi auxilium nobis expectandum eſſet, uti olim ab inſomniis, a deo oraculi, vel ab inopinato caſu, vel a quovis obvio homine, qui eodem morbo affectus erat nisi ad artem tam ſalutarem, medicinam nimirum, confugere nobis liceret. Admodum ergo *neceſſaria* eſt *Scientia* hæc *medica*.

§. 6.

Quivis in conſervanda ſanitate ſua proprius & optimus poſſet eſſe Medicus: (ſi ad corpus ſuum attenderet, & naturam ſuam accuratius notam ſibi redderet;) At pauci id cupiunt, & pauciores adhuc, ob vitæ, quod exercent, genus, animum ut par eſt, ad corpus ſuum advertere poſſunt. Quamplurimi a recta meta decederent, & indulgentia nimia ſanitatem magis depravarent, quam conſervarent; in pleriſque morbis etiam ſibi ipſi conſulendi co-

copia homini non eſſet, cum quivis morbus ab alio quoad quasdam circumſtantias, differat. Recte igitur inde colligere licet, *neceſſarium* eſſe hominibus *prudentem ſapientemque Medicum*.

§. 7.

Facilem & planam viam, quam benigniſſimus & ſapientiſſimus omnium rerum conditor & conſervator, ad diuturnam vitam hominibus deſignarat, plerique proterve deſerunt, magisque pravis cupiditatibus ita inhærent, ut unum deinde vitium ſubinde plura producat. Horum vitiorum congeries corpus hominis ſæpius plane deſtrueret, niſi adflicti mox ſub initium vitiorum a ſe commiſſorum confugerent ad eam ſcientiam, quæ verſatur in cognitione ſolida mediorum, quæ corpus ægrum in priſtinum reſtituere valent ſtatum, ad *Medicinam* puto, quæ talibus dein ſacra evadit ancora.

§. 8.

Præſtantia Scientiæ medicæ per tot ſecula probata eſt, ut, cum inde ab ejus ortu, tot artes ab hominum vanitate inventæ, atque ab aliorum credulitate ſuſceptæ, ſempiterna deletæ eſſent oblivione, idem jam dudum Medicinæ contigiſſet; niſi illius uſus in conſervanda vel reſtituenda hominum ſanitate longe lateque notus eſſet, atque eandem ob cauſſam, tam ab antiquis quam hodiernis populis magni habitus fuiſſet. Quin *Medicina* eſt ſcientia, quæ inde a multis ſeculis ſumma ſubinde ingenia, ad ſui admirationem & cultum allexit, atque olim Deorum inventis adnumerata eſt, immo gentes barbaræ, æque ac morum cultores ejus lubenti animo ſuſceperunt. Medicina, quæ adhucdum floret, & pretium ſuum contra omnia

nia quorumcunque tuetur ludibria, omni jure omnem meretur attentionem, & primum fere locum inter reliquas hominum artes, & ſcientias ob merita ſua in ſalutem publicam ſibi vindicat. Neque ea exigua eſt Medicinæ prærogativa, quod univerſæ reipublicæ utilis ſit, quin immo inde ab iis temporibus, ex quibus mollities, libido & luxus tam graviter invaluerunt, totque hominibus exitio fuerunt, plane neceſſaria exſtiterit. Hæc ſcientia ope peritorum medicorum, humano generi ſummum in hoc orbe bonum, vitam & ſanitatem vel tuetur vel conciliat, abs qua nulla animi ſerenitas, nulla in amœniſſimo hoc terrarum orbe voluptatis hominibus obtingit oblectatio. Hæc ergo, inquam ſcientia, bona hæc, maximi momenti, hominibus vel conſervans vel amiſſa reſtituens, ſemper utilis; ſemper *neceſſaria* atque *omni admiratione* & *cultu* digna eſt.

§. 9.

Morbo afflictus, ignarus plerumque ſtructuræ corporis ſui, naturæ morbi, mediorumque, atque eorundem efficaciæ, certo ſuccumberet vehementiſſimis doloribus & cruciatibus, corpus ſuum affligentibus, niſi in exercitio artis ſuæ peritiſſimi, amore & miſericordia erga proximum afflictum commoti, imminens illi corporis & vitæ periculum indicarent, vel præſens animo forti declinarent, atque id ſæpe cum diſpendio famæ, ſanitatis, quin imo vitæ facere non dubitarent.

Tam ampla & ſolida *corporis* humani *cognitio*, tanta longe lateque diffuſa rerum naturalium, ubique locorum homines ambientium, copia, earumque ſolers perſcrutatio, quid noxium homini, quid

quid utile ſit, nec exigua artem hanc provida & utili ratione exercendi requiſita anſam dabant, ut ſemper aliqui ex hominibus, reliquis omnibus omiſſis huic præcipue ſtudio incumberent, plenariam & ſolidam ſibi corporis humani, omniumque, homini vel ſalutarium, vel noxiarum rerum cognitionem comparaturi, atque uſu exercitati homines docerent, quomodo ſanitatem conſervare, vel amiſſam reſtituere optima & breviſſima ratione poſſent.

Homines tam ſalutari negotio occupati, jam pridem *Medicorum nomine inſigniti ſunt*. Hoc nomen iſte meretur, qui ſolida & rationali occupatus eſt applicatione mediorum, hominum vitam prolongantium, pro conditione cujusvis hominis, & pro viribus remediorum hactenus cognitis.

§. 10.

Scientiam hanc, tam ſalutarem *Medicinam*, qui ſolide & religioſe exercere ſtudet, eum *omnes* tam *propædeuticas*, quam huic *ſcientiæ proprias diſciplinas* addiſcere *animum* his doctrinis probe imbuere, atque inde judicium, quod dicunt practicum, rem in quovis obvio caſu, acu quaſi tangendi, acquirere oportet. At cum ſcientia ſit Medicina, non ſumma imis miſcenda, ſed ordine omnia tractanda veniunt ſyſtematico; *Methodus* itaque hanc artem diſcendi *accurata* & cum re, atque ſcopo Medici apprime conveniens, proxime *Medicinæ ſtudioſis* eſt *neceſſaria*.

Noſcant itaque, quæ ad Hippocratis ædes jam afferre præcognoſcenda debeant, quid in iisdem

dem primo, quid ultimo loco audire & diſcere eos oporteat. Quum vero hactenus hæc *Methodus* nondum, ut equidem ſcio, ſeorſim, in compendio tradita ſit, qua nimirum omnes ſingulæ partes, & ſpecies, tam *univerſæ Scientiæ medicæ*, quam ejus ſcientiarum *præparantium & affinium*, quoad earum *deſcriptiones*, *diviſiones*, *objecta*, *fines*, *uſus*, *neceſſitates*, *& hiſtoriam litterariam*, excepta *methodologia*, pertractatæ ſunt, hinc libellus hic talem diſciplinarum, a Tirone Medicinæ *ordine* diſcendarum, *methodum* vel *ſyſtema* ejus univerſale, hoc ordine *ſyſtematico* pertractatum, ſiſtit.

SYNO-

SYNOPSIS OMNIVM DISCIPLINARVM

ad ſcientiam medicam ſpectantium, quæ & erudito & ſolido Medico ſcitu neceſſariæ ſunt.

I) DISCIPLINÆ PRÆPARANTES,

A) *Univerſales:*

a) *Philologia*, ſtudium linguarum veterum & recentiorum.

b) *Philoſophia*,

1) theoretica, ſ. ſpeculativa, Logica, Metaphyſica,

2) practica, Moralis ſ. Ethica & Jus naturæ.

c) *Matheſis* tam pura quam applicata.

d) *Artium liberalium* & ſcientiarum elegantiarum quædam partes.

B) *Speciales:*

a) *Scientia naturæ*, de corporibus naturalibus, in tellure obviis, cujus ſcientiæ ſubſidiariæ ſunt,

1) *Phyſica*, (quoad ſtructuram externam corporum immutatam,)

α) theoretica l. pura, &

β) practica, l. applicata, ſpecialis-medica.

2) *Chemia*, (quoad internam ſtructuram, mixtionem corporum mutatam,)

α) theoretica, l. pura,

β) practica l. applicata: & hæc quidem vel *phyſico-medica* vel *oeconomica*. E chemia *applicata-phyſico-medica* huc referenda eſt, *anthropologica*, ex hac

1) phyſiologica, 2) pathologica, 3) diæteti-ca, 4) therapevtica. *Therapevtica* ſubſe ite-rum comprehendit chemiam applicatam;

α) Therapiæ Generalis, β) materiæ medicæ tam internæ quam externæ, & diæteticæ; γ) pharmacevticam, δ) formularem, ε) fo-renſem.

3) *Anatomia*, organicam ſtructuram externam & internam corporum naturalium conſiderans, e qua huc referenda;

α) *Zootomia*, & ex hac inprimis *anthropotomia* & ſani & ægri hominis, & quidem quoad 1) O-ſteologiam 2) Syndesmologiam 3) Splanchnolo-giam, 4) Angiologiam 5) Myologiam 6) Ade-nologiam.

β) *Phytothomia.*

4) *Phyſiologia*, vires & uſum partium ſingularum in ſtructura & externa & interna corporum naturalium disquirens, & quidem,

α) Phytologica, ſ. phyſiologia plantarum,

β) Zoologica ſ. phyſiologia animalium, & ex hac inprimis *anthropologica*,

γ) Mineralogica ſ. phyſiologia mineralium.

5) *Hiſtoria naturalis*, denominationem, deſcriptio-nem, ordinationem corporum, tam diverſorum naturalium determinans,

α) theoretica ſ. pura, Terminologiam, chara-cteriſticam *Botanices*, *Zoologiæ*, *Mineralogiæ*, comprehendens;

β) practica ſ. applicata, *botanica*, *zoologica*, *mi-neralogica*:

a) *medica* & quidem, in materia 1) diæte-tica, & 2) medica tam interna quam ex-terna,

b) *œconomica.*

b) *Hi-*

b) *Hiſtoria medica*, res in foro medico geſtas enarrans;

α) dogmatice, & quidem tam generaliter quam ſpecialiter,

β) litterarie, - - - - - - - - - -

γ) biographice,

II) DISCIPLINÆ MEDICÆ PRINCIPALES, quibus in ſtatu *ſano* & *ægroto* conſideratur humanum corpus, ſunt uterque, vel *theoreticæ*, vel *practicæ*.

A) *Theoreticæ* diſciplinæ,

a) in quibus corpus conſideratur humanum, quoad ſtatum *ſanum*, comprehendunt iterum inter ſe,

α) *Phyſiologiam anthropologicam*,

β) *Semioticam phyſiologicam*,

γ) *Diæteticam*, ſ. doctrinam ſanitatem 1) conſervandi & 2) præſervandi, ope mediorum, quas *Materia diætetica*, alimentaria ſuppeditat.

b) in quibus humanum conſideratur corpus, quoad ſtatum *aegrotum*, continent,

α) *Pathologiam* ſ. doctrinam affectuum,

1.) tam generalem

2.) quam ſpecialem, quoad noſologiam, ſemioticam, ſymptomatologiam, ætiologiam.

β) *Therapiam generalem*, quoad

1.) media *interna*, in *Materia medica interna* tradita,

2.) media *externa*, tam *Materia medica externa ſ. chirurgica*, quam *inſtrumentalis*, mechanica, comprehendens.

3.) quoad horum mediorum *vim & modum efficiendi*, *Therapiæ generalis ſtrictioris* præceptis.

B) *Practicæ* diſciplinæ, quæ applicationem continent ipſam, omnium ſcientiarum tam præparantium, quam principalium medicarum, ad corpus humanum,

 a) aſ-

a) affectum morbis, mediis imprimis *internis* tollendis, ad *Therapiæ ſpecialis* & *ſpecialiſſimæ* principia.

b) - - - - mediis præcipue *externis*, vel *operationibus* auferendis, ad *Chirurgiæ* principia, *Embryulciam* ſ. Artem obſtetriciam ſimul continentis.

In quibus utriusque ſpeciebus medicinæ practicæ occurrit iterum, Medicina *caſuiſtica* vel *conſultatoria.*

c) *Medicina forenſis*, & *Politia medica*, præcipuam quoque efficientes partem diſciplinarum medicarum principalium.

III) DISCIPLINÆ, SCIENTIIS AFFINES MEDICIS, præcipuæ ſunt

A) Ars veterenaria.

B) Chemia applicata œconomica.

C) Hiſtoria naturalis applicata œconomica.

D) Oeconomia tam ruralis quam civilis.

---

§. II.

Omnium harum diſciplinarum medicarum, & ad Medicinam ſpectantium, delineatio primo intuitu nimis diffuſa videri poſſet, ſed nulla earum eſt ſuperflua, etſi variis Medicinæ cultoribus, pro diverſo illorum habitu graduque, plus minusve neceſſaria. Requiruntur enim omnes, & plane neceſſariæ ſunt, ad formandum verum & ſolide doctum Medicum, ad eum, qui inter Medicos eſt ſcientiæ eximiæ.

Nequaquam autem Medicinæ cultorem, paxi, feliciter operam daturum, hac deterrere volumus requiſitorum copia, potius ubique colliger, illi licebit, quæ maxime neceſſaria, quæ minus, quæ bona, quæ pulchra duntaxat ſint, ut & ſic viam paratam inveniat.

DISCI-

DISCIPLINARVM PRÆPARANTIVM

VNIVERSALIVM

DETERMINATIO ET DISQVISITIO

ACCVRATIOR.

DISCIPLINÆ PRÆPARANTES.

§. 12.

Diſciplinæ præparantes ſeu propædevticæ eas comprehendunt diſciplinas, quæ *medico* viam parant, ad Medicinam eo melius addiſcendam. Cognitione linguarum, philoſophia, matheſi, & naturali corporum hominem circumdantium hiſtoria, variisque aliis ſcientiis præparantibus hodie in medico foro, Medicus carere non poteſt. Ad formandum Medicum, cognitionem ejus amplificandam, ingenium ejus acuendum, judiciumque perficiendum, omnino requiruntur. Detegunt ipſi omnia inventa & progreſſus; imo quædam harum ſcientiarum propædevticarum ipſum ad ægri lectum comitantur.

Medicus itaque, qui hoſpes non eſt in hisce ſcientiis propædevticis & in medicis ipſis, eximiam requirit cognitionem, egregia eruditionis ſuæ peritiæque medicæ dare ſemper poterit experimenta, atque inter alios eminebit. *Univerſales diſciplinæ* præparantes ſunt eæ, quibus nullus eruditus fere carere poteſt; etiam Medicus inſtructus eſſe iis debet ſi nomen ſolide eruditi Medici jure ſibi tribui cupit. *Speciales* diſciplinæ ſunt eæ, quæ ad formandum proprie *Medicum practicum* requiruntur.

CAP. I. PHILOLOGIA.

§. 13.

Philologia eſt ſtudium linguarum; vocum ac formularum loquendi, illis propriarum notitia pe-

penitior. *Uſus philologiæ* non exiguus eſt. Linguæ enim ſunt univerſale adminiculum, quibus inſtitutio in ſcientiis & artibus communicatur. Quo major eſt linguarum cognitio & cultura, eo ſolidior eſſe debet inſtitutio & cognitio ſcientiarum. Magna pars perfectionis ſcientiarum pendet a perfectione linguarum. Veterum cognitio linguarum ſpectat inprimis ad Medicum majore perfectionis gradu præditum, & notitia plenaria morborum ac mediorum morbis curandis inſervientium, ornatum.

Tam linguarum antiquis uſitatarum gentibns, quam recentiorum notitia, clavis eſt ad reſerandam ſcientiarum ſublimiorum cognitionem. Absque enim ſolida illarum cognitione multa nobis, magnorum virorum inventa, plane non innoteſcunt, quæ linguis iſtis cum orbe litterato communicarunt. Nec ſufficit vocabula artis ex ignota lingua hauſta memoria tenere, aut translationibus, quæ ſæpius ſuſpectæ ſunt fidei, contemtum eſſe, ſed ſi copia datur, quivis eo eniti debet ut linguarum idiotismos intime calleat & diligenti optimorum, in quavis lingua autorum, lectione ſibi familiares reddat, atque proprium verborum ſenſum intelligat. Et hæc Philologia evadet Philoſophia, mirabili ratione aliorum conceptus ex unico ſæpe vocabulo, penitus intellecto, nobis detegens atque determinans.

§. 14.

Latinam linguam omnes eruditi, etiam medicus, communem familiaremque reddere ſibi debent. Multi inter priſcæ ætatis medicos, iidemque præcipui Medicinæ inſtauratores, in ſcriptis ſuis veras doctrinæ medicæ fontes continentibus, uſi ſunt lingua latina; horum veſtigiis etiam inſtitere medici hujus & ſuperioris ſeculi, illi inprimis, qui

qui doctrinæ fundamenta ſtruxerunt ſolidioris, & inventa ſua medica & civibus & exteris communicarunt. Ad ſcripta horum virorum medica, recte & ſolide intelligenda, *cognitio linguæ latinæ neceſſario requiritur*; ea itaque a Medico ſemper excolenda, eique ſumme eſt neceſſaria.

Optimus linguæ latinæ genius deprehenditur in autoribus Romanis, in ſcriptis Ciceronis, Livii &c. Unicum enim ſæpe vocabulum in hac lingua miram, quandam in rem propoſitam, diffundit lucem, & plures removet difficultates inprimis in re medica. Romani victis Græcis, Græcorum quoque artes & ſcientias Romam translatas ſtudioſiſſime fovebant, atque omiſſis dubiis falſis & fabuloſis, retinebant in arte medica meliora & ſaniora, & ſic eam ad majorem perfectionis gradum evehere cœperunt.

Linguæ latinæ hæc inprimis *propria* ſunt, & in eo aliis linguis palmam præripit, quod in ea paucis verbis multa exprimi poſſint, quod brevi & circumciſa expreſſione verborum, accurate tamen & diſtincte quivis rem demonſtrare, mentemque ſuam aliis linguæ hujus gnaris declarare poſſit, cum in aliis linguis plurima verba & ſæpius multæ ambages, ad eundem obtinendum ſcopum, requirantur. Hinc Medicus artis ſuæ doctrinas in hac lingua eleganter, accurate & diſtincte exprimere poteſt. Quin ex hac lingua vocabula artis quamplurima in Medicinam introducta, & ad noſtra usque tempora in uſu vigent. Barbara quidem aliqua ſunt, ſed dummodo idonea, non rejicienda, atque a Tirone medico cum reliquis probe addiſcenda ſunt. Sic eximiam ſibi famam conciliarunt medici quidam ob varia eorum ſcripta, tam nitide & concinne in lingua edita latina. e. g.

 *) Tho-

*) Thomæ *Sydenhami* opuſcula univerſa. Lipſiæ 1695. & 1741. 8vo. — *) Aurel. Corn. *Celſi* de re medica Libr. 8. Florentin. 1748. fol. recus. a Krauſe Lipſ. 766. 8. & cum præfat. Halleri. Lauſan. 772. 8.
*) A. *Galeni* Opera. Græce c. Hieron Gemuſæi not. vol. 5. Baſel 1538. fol. Græce & latine a Renato Charterio. Paris. 1679. vol. 13. fol. — Latine a Conr. *Geſner* vol. 4. Baſel. 1568. fol. --- *Galeni* operum epitome cura & annotat. Ant. *Lacunae* ornatum. Baſel. 1571. fol.
*) C. *Plinii* ſecundi hiſtoriæ mundi Libri 37. Editio *Dalechampii*. Frft. 1608. vol. 2. 8. C. *Plinii* hiſtoriæ naturalis, L. 37. cum not. S. G. *Fredenandi*, Genev. 1631. fol. --- & Lipſiæ 1778. 8. vol. 2. cum not. *Harduini*, *Pinſtiani*, *Dalechambii*, *Gronnovii* aliorumque. -- *) D. *Gaubii* Inſtit. Pathol. Lipſ. 759. 8.

§. 15.

Græca lingua permultas præclaras ac pretioſas antiquitatum continet reliquias, quæ eruditorum animos ſemper exercuerunt. Inter Græcos non ſolum Medicina præcipue culta eſt, ſed inter eos quoque ars medica in ſcientiæ formam redigi cœpit. Inventa & majorum & ſua collecta in ordinem redigebant concinnum, viam ſic medicinæ parantes, quam cultores ejus tuto ingredi poterant.

Scripta magni *Hippocratis*, quæ tot tamque graves utileſque continent obſervationes; multorumque aliorum Medicorum pretioſæ reliquiæ ſemper merentur, ut aliquid temporis impendatur ad addiſcendam linguam græcam, in qua ſcripta ſua ediderunt, cum quamplurimæ verſiones, quæ extant, ſint mancæ & muticæ. Magni hi artis medicæ fundatores nomina invenerunt, quibus medicinæ partes adhucdum preciſe deſignantur. Recentioris ævi medici prudenter uſi ſunt jure prærogativæ, quod lingua græca ſibi vindicet, mira & breviſſima vocabulorum conjunctione, multa ſimul exprimen-

mendi & hodierni eruditi, hac linguæ græcæ arte felici imitatione utuntur, nova ſua inventa via breviſſima appellaturi.

Quod termini in ſcientia occurrunt medica, e græca lingua deſumti, quorum Etymologiam plane non intelligit medicus, græcæ linguæ plane ignarus. Quæ utpote recepta, uſu non plane prætermittenda ſed ſuo modo definienda. Ad *Hiſtoriam medicam* ab initiis repetendam, ad veterum dogmata cum recentioribus conferenda juvat inprimis linguæ græcæ cognitio; Quid enim utile, quid in veterum ſcriptis probatum ſit, absque accurata græcæ hujus linguæ notitia, plane non dignoſci poterit. Græcæ itaque linguæ cognitio medicis præcipue neceſſaria eſt e. g. ad legenda,

Hippocratis opera. Græce cum verſione latina & notis notatu dignis Anutii *Foeſii*. Genevæ. 1657. & cum præfat. cel. *Halleri*. Lauſannæ 1769. 8vo & 1770. 8vo. vol. IV. *Hippocratis* Werke, aus dem Griechiſchen überſezt, und mit Erläuterungen, von J. F. Carl. *Grim*. Altenburg 178 . 8vo.

Hippocratis Werke aus dem Griechiſchen überſezt von J. K. *Gemming*. Altenb. 781. I. 8.

§. 16.

Nec ſupervacanea erit, ſi copia datur aliqua *arabicæ linguæ* cognitio; Etenim Arabes quoque Medicinam tam priſcis temporibus, (barbarie tum Europam inundante,) quam hodie non minore cum induſtria coluerunt. Anatomia quidem ex ſuperſtitione neglecta, eo magis tamen Chemiam & cognitionem medicorum, pluriumque aromatum exercuerunt, varioſque morbos, e. g. variolas accurate deſcripſerunt. Iidem in medicina diverſorum Medicamentorum recentium, tam ſimplicium, quam compoſitorum chemicorum, imo primum Sachari uſum, ac cum Sacharo confectiones, electuaria, auri argentique uſum introducebant.

Quidquod & Medici noſtri varias in arte ſua appellationes technicas, v. c. Alkali, Alcohol ab illis mutuati ſunt.

§. 17.

Studium *linguarum recentiorum*, Medico omnes ad ſcientiam ſuam ſpectantes diſciplinas ſolide addiſcenti, *perquam neceſſarium eſt*, niſi carere velit maximis virorum eruditiſſimorum inventis, quæ ſcriptis ſuis, noſtris inprimis temporibus, cum aliis lingua ſua vernacula communicarunt. Itaque primo omnium probe calleat Medicus neceſſe eſt *vernaculam* linguam. Germanorum lingua hodie non in Germania ſolum, ſed alibi accepta eſt & familiaris.

In hac lingua igitur rudem eſſe Medicum, inprimis germanicum dedecet, nec noſtra lingua ſuis caret elegantiis, ſuis idiotismis, verborumque numero, quæ omnia callere germanum præcipue oportet. Civitatem linguæ germanicæ ſic in foro medico *inprimis* ſibi conciliavit Ill. O. G. *Zimmermann*, in libro iſto medico, ſub titulo *Erfarungen in der Arzneykunſt*. 2. Thl. Zürch. 763. & 777. ſermonis vernaculi elegantia æque ac argumenti gravitate eximio.

§. 18.

Quantos *Gallia*, quantos *Anglia & Scotia*, quantos *Italia*, *Suecia*, *Bataviæque* regiones, produxit Medicos, quorum Scripta nullo nobis uſui eſſent, niſi lingua illorum nobis familiaris ſit. Nec omnium ſcriptorum verſiones exſtant, nec ſi adſunt ſemper facili ratione comparari poſſunt; aut quod ſæpe fit, mentem autoris in graviſſimis ſæpius rebus non ſunt aſſecutæ. Quapropter linguarum notitia non vulgaris Medico inprimis curæ eſſe debet cordique. Priora illorum fundamenta jam

in Scholis & Gymnaſiis ponenda ſunt, quibus deinde in Academiis major perfectio ſuperſtrui poſſit. Nemo itaque in linguis aſymbolus ad Hippocratis accedat ſubſellia.

§. 19.

Nec levis momenti eſt ad linguarum ſtudium hiſtoria & *antiquitatum*, tam *græcarum* quam *romanarum*. In cujusvis gentis moribus, conſuetudinibus, ac vitæ genere, proprii quid obſervatur quod influit in ejus characterem, cogitandi modum, loquendique formulas. Hæc antiquitatum notitia medicum quoque non parum juvat, ad veram autoris antiquioris, quem pertractat, ſententiam dignoſcendam, quæ plerumque ſine hac obſcurior manet. e. g.

J. G. *Lacemacheri* antiquitates Græcorum. Helmſt. 1734.
Lamb. *Boſs* antiquitatum græcarum deſcriptio. Frf. 1730. 8.
G. H. *Nieuport* ſuccincta explicatio rituum romanorum, & qui olim apud Romanos obtinuerunt. Budiſſæ 1715. 8.
J. F. *Nobiſii* commentarius rerum romanarum ſub regio & conſulari imperio geſtarum cum præcipuis ex antiquitate romana ritibus. Lipſ. 1755. & 1777. 8vo.

CAP. II. PHILOSOPHIA.

§. 20.

Philosophia quæ *eſt* ſcientifica cognitio veritatum univerſalium, de rebus divinis & humanis, ſanæ rationis ope acquiſita, verſatur inprimis in indagatione & disquiſitione iſtarum veritatum, quæ attinent ad univerſalem œconomiam & regimen mundi, & ſtatum hominum moralem. Cum ea ſit ſcientia omnium rerum divinarum & humanarum, quæ a natura ipſa, non a mutabili conſtitutione hominum ortum ſuum habent, earumque

que propietatum, operationum, effectuum, cauſarum, quæ intellectu, ſenſibus, ratione, vel alia quacunque via cognoſci poſſunt, ad veram hominum felicitatem, quantum in hac vita fieri poteſt, comparandam aut conſervandam deſtinatæ; perſcrutatur iſta præcipue internum & moralem mundi ſtatum, infiniti ac ſummi Entis eſſentiam; attributa ejus, ſcopum in creatione. Hominis porro perquirit ſtatum, naturam, relationem ejus ad univerſum, propriam iſtius deſtinationem, officia & felicitatem. Quum *medicinæ cultor* in cognoſcendis, dijudicandis & profundius ſcrutandis naturæ phænomenis inprimis occupatus ſit, *Philoſophiæ ſtudium* illi *merito curæ cordique eſſe debet*, ſine Philoſophia Medicus cœcus quaſi eſt, atque acies ingenii hebeſcit.

§. 21.

Philoſophia eſt vel ſpeculativa, vel *practica*. *Speculativa* ſ. *theoretica* indagatur & contemplatur rerum ſtatum. *Practica* cognitionem hac via adquiſitam adplicat ad felicitatem hominis promovendam. In omni veritatum philoſophicarum inveſtigatione, quæ ope rationis a ſummo creatore homini data ſit, quærenda eſt certa de veritate convictio errorumque fuga. Ea ſcientia, quæ regulas recte cogitandi ſuppeditat, quibus vis cogitandi, in inquirendis veritatibus philoſophicis, agere debet, ad evitandos errores, & veritates ſolide disquirendas vocatur *Logica*.

Verſatur inprimis in eo, hæc Philoſophiæ pars, quomodo e conſideratione ſingularum rerum & caſuum, univerſales ideæ concipiendæ ſint, quæ cum vera rerum conditione conveniunt.

Lo-

Logica theoretica dirigit,

1) facultatem cognoſcendi, & varios huc pertinentes intellectus humani functiones. Docet perſpicue, qua via rerum ideas nobis comparemus claras diſtinctas, completas, tradit fundamenta judiciorum & ratiociniorum, quæ formamus, &

2) verum inveſtigare, eruere, demonſtrare, falſum vero evitare, meditari, definire, dividere, determinare, diſtincte proponere argumentum aliquot docet. Ex quo uſus ejus ſatis patet.

§. 22.

Methaphiſica eſt ſcientia de natura ſubſtantiarum, & primis earundem manifeſtationibus & operationibus. *Methaphyſica* conſiderat *res primas* ſ. eas, quæ in perceptionum noſtrarum ſerie terminum, a quo cogitare incipimus, formant. Circa res ſecundas, quæ ex primis intelliguntur, aut aliunde innoteſcunt, reliquæ verſantur diſciplinæ, quibus præter Metaphyſicam operam navamus. Capita, quæ in Metaphyſica pertractantur; ſunt, *Ontologia*, *Theologia naturalis*, *Coſmologia*, *Pſychologia*.

I.) *Ontologia* eſt ſcientia de primis rerum cauſis, & univerſalibus rerum affectionibus. *Ontologia æſtimanda* eſt ſemper ad ſententiam cel. Baconis; qua receptaculum omnium Idearum & veritatum fundamentalium, ſanæ rationis quæ nulli eruditionis parti propriæ ſunt, ſed omnibus communes, & qua materies omnium ſcientiarum reliquarum conſiderari debet.

II.) *Theologia naturalis* eſt ſcientia de exiſtentia & qualitatibus Dei, Entis primitivi, infiniti, ſubſtantiæ perfectiſſimæ, a quo in omnes ejus creaturas earum deſtinationem, conſervationem, mundi exiſtentia & regimen dependet.

Uſus per ſe patet; Nulla alia ſcientiarum philoſophicarum pars, tantum habet influxum animos hominum excitandi & delectandi, repræſentationibus dulciſſimis de Deo, de hominis deſtinatione, expectatione hujus & futuræ vitæ, quam hæc Methaphyſices pars. Hæc ſcientia poteſt homines efficaciſſime præſervare contra ſuperſtitionem, incredulitatem, atque erroneas de fato mundi ſententias.

III.) *Coſmologia*, ſive doctrina de mundo, eſt univerſalis conſideratio metaphyſica mundi, continet univerſalem, unius mundi, e multis ſubſtantiis inter ſe junctis, compoſiti theoriam, conſiderat ea originem, ordinem, perfectionem, nexum mundi, unitatem, ejus exiſtentiam & formam corporum, leges continuitatis, viæ facillimæ ſ. breviſſimæ, minimæ actionis, infinitæ varietatis, & alias motum, generationem, propagationem, durationem & transformationem corporum organicorum.

Pars hæc *Metaphyſicæ* ſcientiæ eſt valde *neceſſaria*. Nulla ſufficiens cognitio, ſpecialis mundi partis poteſt acquiri, ſine rectis & explicatis Ideis, de univerſali mundi ſtatu, ſine generali inſtructione de eſſentia unius mundi, de perfectione & præſtantia hujus mundi multo meliores & accuratiores Ideas acquirere is non poteſt, qui non generaliter inſtructus eſt de eſſentia unius mundi. Variæ hinc mundi corporei apparitiones ex meris principiis Coſmologiæ ſolide explicari poſſunt.

IV.) *Pſychologia* eſt doctrina de anima humana. Indagat ea animæ humanæ naturam, eſſentiam, vires, facultates, mutationes, quæ naturali contingunt modo: dividitur hinc in *pſychologiam empiricam & rationalem.*

1.) *Pſy-*

1.) *Pſychologia empyrica*, continet plenariam & accuratam deſcriptionem omnium, quæ nobis de anima ex *experientia* nota ſunt. Ex accuratiſſima ejus obſervatione clariſſime deſcribuntur & demonſtrantur variæ animæ humanæ operationes, facultates & attributa. Accurata deſcriptio & conſignatio caſuum extraordinariorum pſychologicorum, *medico* haud parum prodeſſe poteſt, uti ſunt obſervationes de præſagiis, inſomniis, & extra ea, de ſpecialibus animi perturbationibus, de inſania. Si diverſæ inſaniæ ſpecies æque accurate deſcriberentur, ac alii corporis humani morbi, multum tum lucis affulgeret, exinde doctrinæ de Harmonia inter ſtatum corporis & animæ.

2) *Pſychologia rationalis*, occupatur diſquiſitione & ſolutione caſuum a Pſychologia empirica obſervatorum, eſſentiam animi ejusque qualitates & mutationes explicans. Reſpicit ea ſimul naturam & eſſentiam aliorum ſpirituum cogitantium, ſublimioris & inferioris ordinis, quam anima eſt. Si animæ eſſentia bene nota eſt, non ſolum exinde eſſentia ſubſtantiæ cogitantis generaliter deduci & demonſtrari poteſt, ſed derivari inde quam facillime poſſunt, ideæ varii generis, de ſubſtantiis rationalibus, cogitantibus.

Pſychologiæ rationalis uſus inſignis eſt. Certitudo immortalitatis, correctio ingenii, voluntatis, omniumque animæ virium, elementa ſtudii moralis, theoria educationis & inſtitutionis hominum dependet quoque ab hac ſcientia.

Uſus Metaphyſices, dum ea veritates cognitionis humanæ fundamentales disquirit, omnibus ſcientiis & diſciplinis, ac univerſæ cognitioni humanæ magnum affundit lumen. Studium *Metaphyſices Medico* & theoretico & practico ſemper valde proficuum eſt, & nunquam ab eo negligen-

dum, cum *Metaphyſica* Deum ex religione revelata, jam cognitum e principiis rationis, ſimul conſiderare doceat, quum ea verſetur præcipue in diſquiſitione univerſali exiſtentiæ & eſſentiæ rerum; in indagatione mundi, ac in perſcrutandis intellectus humani facultatibus fundamentalibus, velum ea reducit, mundum ſpirituum ac corporum obtegens, manifeſtat ea nobis magnum autorem omnium ſubſtantiarum finitarum in omni ſua magnitudine, & majeſtate, quantum intellectus humanus comprehendere, & debilis oculus humanus perferre poteſt.

Veris Metaphyſices principiis probe inſtructus Medicus uti phyſicus, limites bene diſcernit rerum cognoſcendarum, & multo cautius iſte, quam plurimi alii, verſatur in primis cauſis inquirendis, in graviſſimis & profundiſſimis diſquiſitionibus, in Phyſiologia corporis humani inprimis occurrentibus. *Medico ſuppeditat Metaphyſica* omnem neceſſariam cognitionem & regulas, principia, obſervationes, quibus indiget in animi morbis dijudicandis, & accurate iis intelligendis: vivis quaſi coloribus exprimit ea affectuum humanorum robur, eique demonſtrat gradum paſſionum, earumque varium in corpus humanum influxum.

J. A. *Erneſti* initia doctrinæ ſolidioris, Lipſiæ 758. 8. J. F. *Mayers* Abbildung eines wahren Weltweiſen, Lpz. 762. 8. — G. F. *Mayers* Vernunft-Lehre, Halle. 762. 8. & ejus Metaphyſic, Halle. 759. 8.

*) *Reimarus*, Vernunft-Lehre, Leipz. 766. 8.

*) G. H. *Feder* Logic und Metaphyſic. Goetting. 770. 8. & ejus Inſtitutiones logicæ & methaphiſicæ, Gœtt. 782. 8. --- *) G. *Ploucquet* Inſtitutiones philoſophiæ theoreticæ, ſive de arte cogitandi, notionibus rerum fundamentalibus, de Deo, univerſo & ſpeciatim de homine, Tubingæ, 772. 8. --- *) Et ejus expoſitiones philoſophicæ theoreticæ cum Tabulis æneis, Stutg. 782. 8.

*) *Hennings*, Geſch. von den Seelen der Menſchen und Thiere, Halle 774. 8. --- *Sulzers* philoſoph. Schriften

ten, 773. --- *Bonnets* annalyt. Verſ. über die Seelenkräften, Bremen, 775. 8. --- *Mendelſons* phædon. Berlin. 776. & Tüb. 779.

§. 23.

Practicæ Philoſophiæ pars comprehendit omnia, quæ reſpiciunt *externam & internam* hominum felicitatem. Homo conſideratur in ea, ut ſubſtantia quæ felicitatis ſ. miſeriæ capax eſt, vel per ſe tantum vel reſpectu ſocietatis aliorum hominum, in ea viventium. Determinat porro proprie & generatim conditiones actionum moralium, & oſtendit, quomodo iſtæ vel bonæ vel malæ eſſe poſſint. Diſquirit univerſalem naturæ legem, qua homo debet vivere & determinat veras ideas de virtute & vitio, de morali bono & malo, de felicitate & infelicitate cogitantium entium, de præmiis naturalibus & pœnis & integritate, & oſtendit, quomoda liberæ actiones hominum generatim ad bonum finem dirigendæ ſint, & qua via homo ad ſummum bonum & felicitatis terrenæ gradum pervenire poſſit. *Univerſalis* hæc Theoria moralis de ſtatu humano hinc valde eſt *neceſſaria, ad reliquas practicæ Philoſophiæ* partes.

Univerſalem *Philoſophiam* practicam excipit *ſpecialis* conſideratio & determinatio officiorum hominis naturalium ſeu actionum moralium, ad quas natura quemvis hominem obligat: quæ alias *Theoria vocatur humanorum officiorum*, in qua conſideratur homo in ſolo ſtatu naturæ ſine omni accidentali, ſive civili connexione, qua Ens ad felicitatem determinatum: derivantur hinc omnes actiones e neceſſaria determinatione & naturali hominis obligatione. Ut omnia hæc officia eo accuratius, perfectius ex univerſalibus legibus fundamentalibus deriventur, conſideratur hinc homo

1.) reſpectu ſui: 2.) aliorum hominum, & 3.) in relatione ad ſummum bonum.

Quum vero *naturalia hominum officia* eſſentialiter *differant*, & a.) quædam ita determinantur atque tam perfecta ſint, ut homo etiam extra civilem connexionem ab aliis ad ea omni jure obligari poſſit; b.) quædam vero ex eſſentia ſ. natura eorum, ejus lubitu ſ. ejus conſcientiæ relinqui debeant; hinc Theoria officiorum hominis, duas habet partes principales, *Philoſophiam moralem*, & *Jus naturæ:*

In *Philoſophia* hominum *morali* conſiderantur,

1.) Principia *generalia* de humana voluntate, 2.) felicitate, 3.) legibus voluntatis fundamentalibus, ejusque juribus exercendi.

§. 24.

Philoſophia moralis ſeu *Ethica* eſt ſcientia de imperfectis juribus & officiis hominum. Conſiderat ea mores hominum conſuetos, & officia in illis obſervanda, quorum obſervantia non vi ab hominibus poſtulari, nec alieno judicio neglectus eorum ſubjici poteſt, determinat ea omnia hæc officia & demonſtrat ſimul luculenter naturalem ad ea obligationem, & neceſſariam eorum obſervantiam ad acquirendam naturalem felicitatem.

In Philoſophia morali traduntur,

1.) *Officia* ex obligatione cujusvis hominis morali orta. 2.) Officia erga omnes homines ex promiſcua ſocialitate, & humanitate, 3.) erga Deum, erga creaturas non viventes & viventes, erga bruta.

Ethica eſt *Philoſophiæ* moralis pars valde *neceſſaria & utilis.* Quum enim hominem conſiderat, qua

qua capacem officia ſua obſervandi, & moralem perfectionis gradum aſſequendi: Quum ea oſtendit ſtatum animæ ad moralem perfectionem neceſſarium, & quomodo variæ facultates & attributa animi corrigenda ſint, ad eum gradum perfectionis aſſequendum, quum ea varios conatus & exercitationes præſcribit, quibus hæc perfectio poteſt impetrari, & quomodo omnia impedimenta removenda ſint, quomodo paſſiones animi intra terminos ſuos contineri poſſint; Quum inquam hæc ſcientia imediate correctionem, perfectionem, & ab ea pendentem felicitatem hominis doceat, ea eſt, quaſi totius eruditionis philoſophicæ nucleus, & centrum omnis veræ ſapientiæ, ſine qua omnes reliquæ occupationes plane inanes eſſent.

Medico præcipue hæc officiorum cognitio *neceſſaria* eſt. Aegrotus enim ipſi ſummum in hac vita bonum, vitam ſanitatemque committit. Quam pie & religioſe huic hominum erga ſe fiduciæ reſpondere debeat, ne levi animo ægros tractet, atque ullam vel temporis vel mediorum opportunitatem dimittat, ne quid temerarie audeat, quam ſerio meditari debet, quanta bona vel mala familiæ, civitati, reipublicæ ex unius vel multorum hominum conſervatione, vel neglectione immineant, quantum ſæpe detrimenti liberi ex jactura parentum, parentes ex jactura liberorum, levis & ignari vel impii medici culpa patiantur.

Quis neſcit, quantum detrimenti genus humanum acceperit, ex perverſis iſtis moribus a conſuetudinibus ebrietatis, voracitatisque non neceſſitati naturæ, ſed gulæ & ſenſuum titillationi atque libidini convenientibus, quantum roboris & vigoris perdant homines e laſcivia, quantas turbas, tam animi quam corporis ſecum ferat emergendi ſtudium?

dium? quantam ſtragem inter homines ediderit, illa ex animi quadam impotentia enata, ob quascunque etiam frivolas res, iraſcendi, quin excandescendi inſania? quantum affectus interdum etiam læviores, animi alteratione & commotione inquieta, anxietate, ſollicitudine ac ægritudine augeantur, exagitentur & turbentur?

Et quam certum eſt miteſcere morbum & ægrum ad ſanitatem redire, ſi incipit bono eſſe animo, & quantum comitas, humanitas, modeſtia, animi tranquillitas ad valetudinis conſervationem conferre poſſunt, & quæ ſunt alia, de *inſigni uſu* rectæ applicationis harum, pluriumque iſtius generis obſervationum & præceptorum; *Medicus* itaque optime homines mortales, quibuscum & in ſtatu ſano, & in ſtatu ægro toties converſatur convincere, & eos, vel ad averſationem vel ad applicationem iſtorum, exhortare poteſt, non ſolum ex medicis ſed ex moralibus quoque principiis, quum *Philoſophiæ moralis*, animi habitus, gubernatio actionum humanarum, affectuum & paſſionum, præcipuum ſit *objectum*. *Philoſophiæ* practicæ & inprimis Philoſophiæ *moralis* ſtudium itaque eſt *Medico* ſumme neceſſarium & proficuum.

§. 25.

Jus naturæ ſ. Philoſophiæ naturalis eſt pars Philoſophiæ practicæ, hominum actiones ad legem naturæ componere docens, continet ea perfecta & determinata, officia ad quorum obſervantiam homo ab aliis poteſt obligari, & jura naturæ omnia tradit, ſecundum quæ ab aliis hominibus obſervantia horum officiorum poſtulari poteſt: Continet ea etiam omnem naturalem obligationem hominis erga alios, quatenus homines inter ſe qua plane æquales conſiderantur.

In

In *Jurisprudentia* hac *naturali conſiderantur* quæque principia juris naturæ, quæ cont nent conſiderationem humanarum actionum, intellectus & voluntatis, juris quoque naturæ indolem, exiſtentiam & *uſum*. Verſatur quoque circa officia & jura in ſtatu naturali, originali, in ſtatu hypothetico, in controverſiis, offenſionibus dominii, circa jura juſtitiæ, ſocietatis diverſæ, circa univerſale jus publicum, hominum ea quoque demonſtrat æqualitatem, officium cujusque, vitam ſuam, bona animi ac corporis, famam, ſe ſuosque conſervandi, ſuam promovendi felicitatem.

Magni itaque intereſt, ut *Medicus* famæ ſuæ atque exiſtimationi conſulat, quod alia ratione perficere nequit, quam ut vitæ ſanitatique aliorum, qui ſe ſuosque curæ ipſius commiſerunt, omni animi niſu atque indefeſſo ſtudio proſpiciat, profundiſſimum ſervet ſilentium, ſi qui vitæ ſuæ conſultaturi, abditiſſima fidei ipſius permittunt, atque id agat optima fide, nec plebejis artificiis, vel nugis fictisque medelarum miraculis famam quærat atque malis artibus animum prodat humilem atque abjectum.

*) J. E. *Roesler* Inſtitut. Jurisprudentiæ natural. Tubingæ 756. 8. --- J. A. *Erneſti* Initia doctrinæ ſolidioris, Lipſiæ 758. 8.

*) *Feder*, Lehrbuch der pract. Philoſophie. Götting. 770. 8. --- *Reimarus* von den vornehmſten Wahrheiten der natürl. Religion. Hamb. 766. 8. --- W. F. *Walchens* Grundſ. der natürl. Gottesgelahrtheit. Götting. 779. 8. --- *) J. A. *Eberhart*, Sittenlehre der Vernunft. Halle 781. 8.

*) Ad. *Ferguſon* Grundſäze der Moral. Leipz. 772. 8. J. F. *Hoepfner*, Naturrecht des einzelnen Menſchen, Gieſen 780. --- *) C. *Bonnets* contemplation de la nature 766. 8. ins Deutſche überſ. mit Zuſäzen und Anmerkungen v. J. D. *Titius*. Lpz. 772. 8. -- *Sander*, von der Güte und Weisheit Gottes, Carlsruh, 778. --- über die gröſſe und ſchöne in der Natur. Lpz. 781. --- *Home*, Unterſ. über d. mor. Geſeze der

der Geſelſchl. Lpz. 778. -- *) F. *Gellerts*, moral. Vorleſ. Lpz. 770. II.

CAP. III. MATHESIS.

§. 26.

Mathesis continet theoriam, qua quantitates, ſeu id, quod vel imminui vel augeri poteſt, in corporibus comparantur, verſatur circa dimenſionem quantitatum, & continet tot partes ſpeciales, ac determinari poſſunt genera quantitatum in natura diſtincte ac accurate ad principia. Quævis res habet quantitatem & magnitudinem in cujus cognitione omnis Mathematicorum opera verſatur. *Matheſeos* itaque *objectum generale* eſt corporum quorumcunque dimenſio. Magnus hic ſe pandit campus. Quantitates enim vel per ſe nulla rerum, quibus inſunt, ratione habita, vel in nexu cum rerum qualitatibus conſiderari poſſunt. Hinc prima amplæ hujus ſcientiæ pars dicitur *Matheſis pura* ſ. abſtracta ſ. idealis, quæ rerum quantitates, perſe, earumque dimenſiones docet, atque a rebus abſtrahit, quæ menſurantur.

Matheſis autem *applicata* ſ. mixta. ut nomen ipſius docet, dimenſionum genera, rebus ipſis applicat, atque phænomena naturæ in Phyſica conſiderata, menſurare docet & ponderare: Eſt itaque applicata in phyſicam & ejus objecta.

Matheſeos puræ partes ſunt *Arithmetica & Algebra*, quoad quantitates diſcretas, *Geometria & Trigonometria*, quoad quantitates continuas, verſatur ea in genere circa objecta idealia atque abſtracta, tam diſcreta quam continua. Quantitatum diſcretarum vel numerorum doctrinam tractat.

Arith-

Arithmetica atque *Algebra* vel Analyſis. *Arithmetica* tradit doctrinam, quantitates matheſeos puræ diſcretos, ſive numeros determinatos vel minuendi, vel augendi vel comparandi, vel ex comparatis alios inveniendi prioribus proportionales. *Analyſis* eſt pars Matheſeos puræ, quæ quantitates univerſales conſiderat, literisque non ciphris eas exprimere docet, atque regulas in quibuscunque caſibus applicabiles invenit.

§. 27.

Arithmetica eſt ſcientia numerandi numeris, & ars, e datis numeris quibusdam alios ignotos inveniendi, quorum qualitas ex indole numerorum datorum patet, & quorum ratio ad jam notos datur. Oſtendit ea quomodo quantitates determinatæ per numeros exprimendæ ſint, & quid agendum ſit, ſi numeri ad certas regulas augentur vel imminuuntur. In *Arithmetica* pertractantur doctrina & regulæ quæ obſervandæ ſunt, enunciatione & ſcriptione numerorum, in modo numeros vel augendi vel minuendi. *Arithmetica* hinc eſt Alphabetum quaſi totius Matheſeos, ſine quo ulterior in Matheſi progreſſus non datur.

Algebra ſ. *Analyſis* determinat quantitates per literas, disquirit univerſales quantitatum qualitates, imprimis ejus generis, quæ e variis compoſitæ ſunt partibus, uti & naturam ac proportionem quantitatum usque ad minutiſſimas partes conſtitutivas. Docet ea invenire ignotum, dum qua notum conſideratur, & ex ejus ratione ad alias res notas colligitur, quomodo per eas ſit determinandum. Ob varias quantitatum partes *Analyſis* dividitur in duas partes principales, in

1.) *Analyſin finitorum* quæ diſquirit quantitates, quorum partes habent *finitam* quantitatem &

2.) in *Analyſin infinitorum*, quæ conſiderat quantitates ex infinitæ minimis conſtantes partibus.

Analyſis ſ. Algebra exhibet clavem quaſi ad univerſam Matheſin & phyſicam, ſine illa effectus naturæ nec menſurari nec arcanæ naturæ plenius diſquiri poſſunt. In hac ſcientia id plane eſt ſingulare, quod omnia per accuratiſſima ratiocinia producantur, atquæ hæc ratiocinia ſingulari plane modo confici poſſint, qua mera transmutatione certorum ſignorum, per modum calculi in unico temporis minuto ſeries concluſionum deduci poteſt, ad quam verbis exprimendam multum temporis requireretur.

§. 28.

Geometria eſt pars Matheſeos quæ quantitates continuas conſiderat:

Geometricæ *ſcientiæ* partes principales ſunt:

1.) Geometria *elementaris*, 2.) *Trigonometria* 3.) Geometria *practica* & 4.) Geometria *ſublimior.*

Geometria *elementaris* ſ. ſimplex ſ. vulgaris eſt entia extenſionum, quatenus reſpicit ſitum ordinem & connexionem partium earum, quæ compoſitum certum efficiunt. Occupata eſt *Geometria elementaris* ſimpliciſſimis generibus extenſionum & figurarum, rectis nimirum lineis planitiebus ac corporibus, quæ rectis planitiebus incluſa ſunt, & ex curvis lineis eam duntaxat, facillimam conſiderat, circulum nimirum, & ex eo orta corpora, planitiesque. Tradit eam regulas, quibus hæc extenſionum genera dimetienda ſint, quomodo figura planitierum & corporum determinanda, quomodo inter ſe comparanda, dividenda vel componenda ſit: &c.

Geo-

Geometriæ elementalis uſus eſt inſignis & univerſalis. Inſervit ea ad dimenſionem amplitudinum, altitudinum, profunditatum, & diſtantiarum omnium, ad dimenſurationem ac diviſionem agrorum & provinciarum, univerſæ telluris ad conficiendas rectas accurratasque ſciagraphias, & delineationes urbium, prædiorum, univerſarum regionum & provinciarum. Fundamentum ea exhibet omnium reliquarum Matheſeos partium, in quas influxus ejus eſt continuus: Objecta enim Geometriæ ſunt univerſalia, & naturam reſpiciunt univerſam, in qua nulla mutatio niſi per motum conſpici poteſt. In quovis motu & magnitudo corporis, & via ejus per geometriæ principia determinanda eſt.

Univerſa Geometria etiam conſiderari poteſt, tamquam Arithmetica univerſalis, quævis enim extenſio conſtat partibus, quæ genus quoddam numerorum efficiunt, & quia varia calculandi genera celerrime & optime Geometriæ ope inſtituuntur, hoc reſpectu referri poteſt ad Matheſin univerſalem. Intellectum ea exercet eximie in ſolido & accurato ratiocinandi modo: cum ratiocinia & demonſtrationes Geometricæ tam perfectæ tam accuratæ ſint, ut nihil ſupra conſiderari ea denique poſſit, uti continua exercitatio & applicatio accuratiſſimæ Logices, atque optima ad ceteras ſcientias philoſophicas præparatio.

§. 29.

Trigonometria eſt ars triangula dimetiendi, continet ea doctrinam ad calculos revocandi latera ignota ſ. angulos trianguli, pro varietate triangulorum; tradit ea regulas, quibus e tribus datis partibus trianguli, indicato uno latere, reliquæ partes Trianguli inveniendæ ſint. Diverſitas angulorum

& laterum in triangulis anſam præbuit diviſioni in *Trigonometriam planam & ſphæricam.*

Trigonometria plana verſatur in dimenſione & ſolutione triangulorum rectilineorum, quomodo e tribus datis partibus & unius lateris trianguli plani, reliquæ partes, vel ignotum latus, vel angulus in hoc triangulo, inveniendæ ſint per calculum.

Trigonometria ſphærica tradit regulas, quibus e tribus datis partibus trianguli ſphærici tres aliæ partes calculi ope inveniuntur. *Trigonometria confert* multum ad præclariſſimas inventiones, ſine ea nos laterent ſtellarum magnitudo motus & diſtantia a terra, ſolis & lunæ deliquia, magnitudo globi noſtri terraquei, aliarumque rerum quam plurimarum cognitio nobis plane deeſſet hac ſcientia deſtitutis! *Trigonometriæ ſphæricæ uſus* eximius inprimis eſt in Geographia, in Gnomonica, in Aſtronomia, in motu ſtellarum circa terram, in ſtellarum determinatioe vera, ratione earum ſitus in cœlo, & ratione elevationis ſuper Horizontem, ortus & interitus eorum.

§. 30.

Geometria practica eſt applicatio theorematum & regularum, tam Geometricarum quam Trigonometricarum ad dimenſionem extenſionis actualis, quomodo ſe offert in ſuperficie telluris, auxilio quorundam huic negotio congruorum & utilium inſtrumentorum.

Geometria ſublimior eſt ſcientiæ mathematicæ ea pars, in qua omnes reliquæ lineæ curvæ, excepto circulo determinantur, per modum æquationum exprimuntur, & ſi fieri poteſt, menſurantur, & in qua ars in infinitum calculandi deſcribitur.

Quum

Quum hæc ars calculandi in infinitum magis reſpiciat Geometriam quam Arithmeticam, jure itaque ea ad Geometriam ſublimiorem refertur, quam ab cauſam hæc Geometriæ ſublimioris pars *analyſis* in *infinitum* denominatur.

Geometria ſublimior pertractat conditionem & dimenſionem linearum curvarum, & ex his ortarum planitierum ac corporum, ad inveſtigandas lineas curvas, requiritur inprimis cognitio figuræ, characteris eorum. Quum numerus earum ſit infinitus, ambitus Geometriæ quoque eſt infinitus: methodi tantum univerſales in ea traduntur, per Analyſin notas & characteres iſtarum linearum inveſtigandi.

Geometriæ ſublimioris uſus eſt inſignis, in omnibus reliquis Matheſeos partibus, & graviſſimis Phyſices inveſtigationibus. Quum plurimi motus in natura fiunt per lineas curvas, (e. g. planetarum curriculum, motus lucis per athmosphæram, motus corporum, qui projiciuntur,) quorum phænomenorum explicatio non recte procedit niſi accurata & prudens notitia ſublimioris Geometriæ adſit.

Medico, qui, quæ natura produxit, eorumque fabricam & uſum inveſtigat ac perpendit, dextra quaſi manus eſt *Matheſis* tam *pura* quam *applicata*. Phyſica enim cum carere nequeat, hac ipſa vero *Matheſi* ſolidior evadit, & accurratior Medici quoque cognitio, ope Matheſeos, ad majorem lucis & perfectionis gradum pervenit.

*) J. G. *Karſten*, prælect. Matheſeos theoret. element. Roſtock. 758. 8. --- und ins Teutſche Greifsw. 770. 8. *Clairaut*, Anfangsgründe der Geometrie, Hamb. 753. 8. --- J. A. *Segner*, curſus Mathematicus. Halæ 758. 8. V.

*) A. G. *Kaeſtner* Anfangsgründe der Arithmetic, Geometrie, ebenen ſphäriſchen Trigonometrie und Perſpectiv. Götting. 764. IV. --- der Analyſis der unendl.

endl. Gröſſen, Götting. 770. -- der Analyſis endl. Gröſen Gött. 760. & 767. 8.

*) J. F. *Keferſtein* Anfangsgr. zu practiſchen geometriſch. Zeichnungen und Vermeſſungen. Leipz. 778. 8.

*) G. S. *Klügel*, Anfangsgründe d. Arithmetic, Geometrie und Trigonometrie in Kupf. Berlin. 782. 8.

§. 31.

Matheſis applicata, mixta, eſt applicatio vera Matheſeos puræ, ad res ipſas. Doctrinæ fere omnes Matheſeos puræ applicantur hic ad phænomena, quæ in natura reapſe fiunt, & mathematice conſiderari poſſunt, eo quod quantitatem habent & menſurari poſſunt. Conſiderari ea itaque poteſt qua mixtura Matheſeos & Phyſices.

Matheſis mixta conſiderat itaque & dimetitur eas quantitates, quæ ſpecialiter in quibusdam rebus naturæ, in quibusdam phænomenis naturæ, occurrunt, e. g. in Geometria traditur generatim doctrina de lineis rectis, ſi vero linea recta, qua latitudo fluminis, vel qua altitudo corporis, qua diſtantia lunæ a terra &c. conſideratur & repræſentatur, tum Geometria ad vitam humanam, ad naturam, ad corpora & phænomena, quæ in natura fiunt, applicatur, & dein denominatur hæc ſpecies geometriæ *Matheſis applicata*.

Quum phænomena naturæ tam diverſa ſint, ac tam multa in iis conſideranda occurrant, *partes* hinc *Matheſeos applicatæ* ſunt diverſæ, cujus præcipuæ ſunt 1.) *Mechanica* 2.) *Optica*. 3.) *Aſtronomia*.

1.) *Mechanica*, quæ eſt doctrina de motu, applicatæ eſt Matheſeos pars præcipua, quæ motum diverſum omnium, quæ in natura fiunt, mutationum diſquirit, eumque dimetiendi præcepta tradit.

Ser-

Sermo in ea eſt de machinis, quibus vis movens validior redditur, qua onus movetur, & citius in corporibus ac alias fit, perficitur.

Dividitur ea in duas partes principales. a) in Staticam reſpectu ſolidiorum; & Hydroſtaticam reſpectu fluidorum corporum, quæ moventur, b) in Dinamicam reſpectu ſolidorum, Hydrodynamicam, reſpectu fluidorum corporum, quæ moventur.

§. 32.

Statica, quæ eſt doctrina de æquilibrio corporum ſolidorum, conſiderat eum corporum ſtatum, quo per duas æqualiter oppoſitas, vires in æquilibrio & quiete conſervantur, conſiderando ſimul motum & leges motus, vim & gravitatem corporum, ſpecies & compoſitionem virium.

Dynamica inveſtigat inprimis vires in motu, & motum, qui reapſe fit in corporibus tam libere volantibus, quam iis, quæ per machinas moventur. Inveſtigat ea univerſales motus leges, varias in natura obvias vires motuum, præcepta tradit, quomodo datis viribus, quæ effectum quendam in corpore exſerunt, motus genus determinandum ſit, quomodo deſcribenda & delineanda ac dimetienda ſit, quam corpus in motu percurrit, via, celeritas ejus in quovis temporis puncto in quo motus fit, ejusque vis, quam in quovis momento habet.

Machinæ quoque variæ hic conſiderantur, in quibus motus, vires motus ſimplicis & compoſiti, vires moventes, æquilibrium in motu conſiderantur & diſquiruntur regulis certis & ſtaticis & dynamicis.

Uſus ſtatices & dynamices ſ. doctrinæ de æquilibrio & viribus corporum ſolidorum, inprimis ma-

chinarum inſignem habet influxum, ad explicandas & dijudicandas varias actiones & functiones, quæ ope machinarum fiunt. Innumeræ functiones & actiones, in vita humana multo celerius & multo majori progreſſu & facilitate ſuſcipiuntur, & quam plurimi labores ſublevantur per machinas varias, iis congruas, nec viventes. *Dynamica* eſt ſcientia valde gravis, *inſervit* ea ad explicandam naturam, & ad uſum artium & vitæ communis. Ambitus hujus ſcientiæ eſt haud exiguus. Influxus enim ejus, quem exerit in dimetiendis & determinandis viribus plurimarum rerum & machinarum eſt inſignis.

Valde itaque *neceſſaria* eſt hæc pars *Matheſeos applicatæ*. Statices & Dynamices ſ. doctrinæ de æquilibrio & viribus corporum ſolidorum, inprimis etiam machinarum *uſus*, maximi in vita communi eſt momenti. Innumeri effectus, per machinas, magno vel virium vel temporis compendio producuntur. In ſimpliciſſima atque intellectu facillima principia omnia motus phænomena reſolvi, omnesque ut ut maxime compoſitæ machinæ, ad paucas easdemque ſimpliciſſimas reduci poſſunt machinas.

Permulta in rerum natura, œconomia, & vita communi ſine hac dynamices notitia explicari plane nequeunt. Quum itaque corpus humanum, cujus penitior cognitio *Medico* inprimis curæ cordiquæ eſſe debet, machina ſit artificioſiſſima, atque per ſingula temporis momenta miros producat effectus, hac Statices ſcientia medicus ægre carere poteſt.

§. 33.

Hydroſtatica eſt Statica fluidorum, quæ congruam tradit applicationem de æquilibrio fluidorum in-

inter ſe, & in conjunctione cum corporibus ſolidis. *Hydroſtatices* & *hydrodinamices* ſcientiæ *utilitas* non exigua eſt, *medico* inprimis ſcitu neceſſaria. Quum enim tam æquilibrium quam motum fluidorum quorumcunque determinet; motumque aquæ ejusque celeritatem in aqua ſaliente per aperturam vaſculi, ſola gravitate ſua, vel aliis viribus propulſæ disquirat, æque copiam quæ dato quodam tempore effluere debeat, definiat & preſſiones fluidorum, ad quasvis vaſorum partes conſideret, atque effectum aquæ in ſolidis corporibus doceat; quanta, quæſo *medico* inde *redundant commoda*, in acquirenda naturæ fluidorum, in corpore humano obviorum, notitia accuratiore.

Admirabilem e. g. ſanguinis circulum, & præcipuam ejus in corpore hominis machinam ſine his diſciplinis cognoſcere plane non poterit medicus. Ex ſcientiis, quibus principia Mechanices influidis corporibus elaſticis ulterius dilucidari debent, præcipua eſt etiam Aerometria, ea ſcientia quæ præcepta tradit, de variis aëris qualitatibus, earum dimenſione, gravitate & compreſſione. Examinat ea varios gradus denſitatis expanſionis & extenſionis aëris, quæ in calore fit, in varia athmoſphæræ altitudine, aëris preſſionem in *acuſtica* ſ. doctrina de ſono corporum diverſo, iſtiusque effectu in auribus noſtris. Vires & natura aëris mathematico modo demonſtrantur, ad calculos rediguntur, in Aërometria, qui calculi deinde ad artes ſalutares & ad varias res & corpora naturalia, ad phænomena naturæ diverſa ab aëre orta, applicantur. Qua propter uſus Aërometriæ non exiguus eſt, ſed longe lateque patet.

§. 34.

Varii lucis motus ad diverſas dimenſiones, & calculandi modum occaſionem dederunt, e quibus ſpeciales mathematicæ ſcientiæ ortæ, & univerſali nomine *ſcientiæ opticæ* inſignitæ ſunt. Minime vero verſantur iſtæ in indaganda natura, & qualitatibus lucis, quæ objectum proprie phyſices ſunt, etiamſi vario calculandi modo carere nequeant. Quum vero quamplurimæ lucis operationes e meris principiis mathematicis & quibusdam præmiſſis experientiis determinandæ ſint, absquæ ulteriori naturæ lucis diſquiſitione, iſtius generis inveſtigationes ad mathematicas referendæ ſunt diſciplinas.

Mathematici, qua interpretes legum naturæ immutabilium, in optica *leges videndi disquirunt* pro radiorum lucis incidentia, reflexione, refractione, hinc dividitur Optica,

1.) in ſimplicem, univerſalem. 2.) Dioptricam. 3.) Catoptricam. 4.) Perſpectivam.

A.) *Optica* ſimplex univerſalis eſt ſcientia omnium rerum viſibilium.

B.) *Dioptica* eſt pars optices, quæ de refractione lucis agit; objectum itaque Dioptices eſt lux, quæ in materiis pellucidis frangitur.

C.) *Catoptrica* eſt ea pars ſcientiæ opticæ, quæ docet per reflexos radios, vel aliquid videndi, vel ignem producendi: Hinc objectum catoptrices eſt lux, quæ a ſpeculis reflectitur, quia corporibus occurrit, quæ penetrari ab illa, ob ſoliditatem & denſitatem nequeunt.

Utilitas Dioptices & Catoptrices adeo ampla & inſignis eſt, ut haud prolixa indigeat demonſtratione. Inventio Tuborum opticorum, microſcopiorum, in medicina tam ſæpius neceſſariorum, perſpecillorum, vitrorum cauſticorum, in diverſis lu-

lucis qualitatibus fundata eſt. *Dioptrica* omnia vi-
tra, tam jucunditate, quam uſu ſuo commendabi-
lia, componere docet, eorumque diverſos perfectio
nis ac effectus gradus determinat, uti & uſum in-
ſtrumentorum dioptricorum, quæ e vitris pellu-
cidis conſtant, monſtrat.

Catoptrica, dum ea momenta diſquirit, quæ
lucem per ſpecula reflexam ſpectant, oſtendit,
quorſum radius lucis reflectatur, qui determinato
modo in ſpeculum datæ cujusdam figuræ incidit,
atque exinde formam ac magnitudinem viſibilium
in ſpeculis imaginum explicat: dum ea porro tam
accurate determinat figuram & compoſitionem
omnis generis ſpeculorum, atque artem docet, præ-
cipue teleſcopia & ſpecula cauſtica componendi,
ejus *uſus* hinc quoque eſt non exiguus.

D.) Ad *opticas ſcientias* referri etiam meretur,
Perſpectiva, quæ eſt ſcientia de figura corporum,
quomodo ea delineanda ſit ſecundum leges opti-
cas, in certa diſtantia, & altitudine ita uti in ocu-
los incidunt. Determinantur in ea leges funda-
mentales de diverſis lucis *proprietatibus & modis*.
Inſervit inprimis *hæc pars opticæ ſcientiæ* pictoribus,
& arti pingendi, quare etiam hæc ſcientia nun-
quam eſt negligenda: cujus quoque cognitio pene-
tior *medico* in depingendis variis imaginibus, ex
omnibus naturæ regnis, ſemper *conducet*.

Inter ſcientias ad *Medicinam præparantes Ma-
theſis* non infimum contendit locum atque id qui-
dem ſummo ſuo jure, varias quippe exhibet doctri-
nas *medico* ſcitu neceſſarias, mechanicam ſcilicet,
hydraulicam, hydroſtaticam, aërometriam, opti-
cam, quarum quidem omnium ſcientiam ita medicus
acquirat, oportet. Sic ad varia in medicina theo-
remata eo accuratius reſolvenda, perquam accurate &
diſtincte menſurari ac determinari poſſunt, ex prin-
ci-

cipiis *Mechanices* & *Dynamices* tam diverſæ quantitates, & vires in partibus corporis humani ſolidis, & ejus etiam ope proportio ſpatii & magnitudinis, quam corpora per ſe, & inter ſe, & ad alia habent.

Ita quoque ex principiis *Hydroſtaticis* & Hydraulicis, ex principiis *Aërometriæ* tam diverſa aëris vis in corpus humanum agens, ex principiis *Optices* effectus lucis in oculo humano explicari poteſt, & quæ ſunt alii fructus, quorum infra ſpeciatim fit mentio.

C. *Wolff*, Auszug aus den Anfangsgr. aller mathematiſchen Wiſſenſch. Halle. 717. und Wien 763. 8. ſub titulo Anfangsgr. aller mathemat. Wiſſenſch. in 6. Theile. H. B. *Wiedeburg* kurzgefaſste practiſch. mathematic. Jena. 761. 8.

*) H. W. *Clemm*, erſte Gründe aller mathemat. Wiſſenſchaften, Stuttg. 759. 8. & ejus, mathemat. Lehrbuch, Stuttg 764. 8. A. G. *Kaeſtner*, Anfangsgründe der höhern *Mechanic*, Götting. 766. IV. J. G. *Karſten*, Lehrbegrif der geſamten Mathematic, Leipz. 781. 8. IV. -- A. G. *Kaeſtners*, Anfangsgründe der Hydrodinamic. Götting. 759. 8. IV. -- & ejus Anfangsgründe der angewandten Mathematic Götting. 781. 8. -- & ejus mathemat. Anfangsgr. Gött. 758-69. IV.

*) J. J. *Eberts*, nähere Naturweiſung in denen philoſophiſch. und mathematiſchen Wiſſenſchaften, c. fig. Frft. 773. 8. -- *Segner* curſus mathematicus Gött. 766. VI. -- *) J. G. *Karſtens* prælectiones matheſeos theoreticæ elementar. Roſtock. 758. 8. & german. 780. 8. IV. & ejus Lehrbegrif der geſamten Mathematic. Greifswalde 767. 8. VII. *Buſch*, Mathem. zum Nutzen und Vergn. des Bürgerl. Lebens. 776. 8. m. K.

CAP.

CAP. IV. ARTES LIBERALES.

§. 35.

Multiplici modo eruditorum etiam objectum ſunt *Artes*, quoad eorum Theoriam, minime vero, quoad eorum exercitium. Operam nimirum non perdet *Medicus*, qui de artium origine, emendatione, exercitio, earumque regulis notitiam ſibi comparat. Inſignia in vita communi commoda artibus debemus, quamvis nonnullæ primo intuitu non adeo neceſſariæ nobis videantur. Nemo autem exſtimet, a Medico artium harum exercitium poſtulari. Sola earum theoria ipſi ſit curæ cordique, cognitionem pulchri ſ. recentioribus *Aestheticam* continent.

Artes dividi ſolent in *mechanicas & liberas*, quæ etiam elegantiores vocantur. *Mechanicæ artes* rerum acquiſitionem, præparationemque ad vitæ humanæ majorem commoditatem, vel virium vel temporis compendio promovent.

Ex mechanicis præcipuæ ſunt, 1.) Agricultura. 2.) commercium. 3.) ſcientia cameralis. 4) ſcientia redituum principis. 5.) ſcientia rei monetariæ, ac 6.) militaris. Quo magis artes hæ perficiuntur, eo plus ad florem reipubl. ejusque incrementum conferunt. Quapropter omni laude digni ſunt, qui in his artibus vel deſcribendis, vel docendis laborem impenderunt.

Artes liberales ſ. elegantiores, hominum oblectationi potius inſerviunt, illorumque inprimis *animum* voluptate perfundunt, mira quadam vi, imaginationem pulchri amoenique repræſentatione excitantes. Verum hæ artes minus *neceſſariæ* videntur, dum animum hominis per objecta ſenſibus externis perceptibilia afficiunt & delectant, atque me-

mechanicæ artes, quæ vitæ hominum conſervandæ ejusque comoditati promovendæ inſerviunt, palmam illis præripere videntur.

At momentum illarum eo majus eſt, quo magis hominum animus ea, quæ corpus eorum concernunt, antecellit. His artibus pulchri amœnique guſtus & belle cogitandi ſcientia magis magisque perficitur. Oculos illæ, auresque demulcent, pulchrum in toto orbe diffuſum, attento conſiderare animo, atque admirari & otium bene collocare docent. Omnes in eo conveniunt, quod guſtum pulchri ejüsque cognitionem promoveant, perficiantque & modo tantum id efficiendi, differunt.

Theoria artium elegantiorum, quæ inter omnes gentes bene moratos, & antiquioris & recentioris ævi floruerunt, comprehendit inprimis,

1.) *Architecturam* medicum non præcipue attinentem. 2.) *Artem* pingendi. 3.) Muſicam. 4.) *Rhetoricam*. 5.) *Poëſin*, ad quam quidam referunt artem comœdias, & tragœdias ſcribendi.

§. 36.

1.) *Theoria de arte pingendi* tradit regulas, ideam venuſti, in mundo viſibili, in plano, repræſentandi. Apparata per inventionem & diſpoſitionem idea, artifex ad delineationem progreditur, cujus pars potior eſt figurarum circumſcriptio linearis. Docet illa regulas, quæ pertinent ad poſituram rerum & habitum, ut habitudo hominis, vultus & geſtus rei temporique conveniant, & in ſpectantis animo cogitationem aut ſenſum aliquem ſuſcitent. Adeſſe debere in pictura lineari proportionem perſpectivicam, convenientiam homines quosvis veris, ſuisque pro re nata affectibus, affectus autem ſignis vulgaribus repræſentari, non opus eſt, ut copioſius oſtendemus. Quod perfecta ſit de-

delineatio, requiritur, ut toti operi juſta temperatura concilietur.

Fit illud ſi regulæ de tranſitu colorum accurate ſervantur, ut enim in natura, ita quoque in pictura lux & umbra commiſceantur, ita enim aliæ figuræ proſiliunt, aliæ recedunt. *Medicus* hac *arte* imbutus, humano generi *plus utilitatis*, (ſaltem theoria & regulis pictorem dirigendi,) præſtare poterit, quam alius, artis pingendi ignarus. Quam multa illi, ſive peregre abeunti, ſive ſuæ regionis objecta naturalia penitius ſcrutanti occurrunt, quæ hactenus nondum inotuerunt, ea cum orbe erudito communicaturus, picturæ adminiculo id commode perficere poterit. Hac autem arte probe inſtructus, animalia, plantas novas, foſſilia, machinas &c. aliis vivis coloribus poterit repræſentare. Ita quoque in praxi quotidiana multa apud homines in ſtatu ſano & ægro ipſi occurrent, quæ bene delineata tam ipſi, quam aliis uſui eſſe poterunt, nec unquam oblivionis damna ſentient.

2.) *Theoria Muſices* tradit præcepta, pulchrum & jucundum tonis, eorumque concentu & ſequela exprimendi. Intervalla tonorum illa docet, conſonantiam & diſſonantiam. Quomodo tonis ſe invicem excipientibus melodia, tonis conjunctim ſonantibus harmonia abſolvatur, quomodo lætitia, triſtitia, amor, ira, timor, dolor reliquique affectus vehementiores, tonis eorumque numero, vel tardiori vel celeriori excitari, pelli, leniri & exprimi debeant, oſtendit illa abunde. Diverſos concentus & hominum & inſtrumentorum muſicorum dirigit, variaque melodiæ & harmoniæ genera determinat.

Muſica Medico varios præſtat *uſus*. Vocis humanæ vel rauca, vel ſonora, blanda, vel acris, fortis vel mitis, alta vel profunda, ratio, animi naturam non raro prodit. *Auris* itaque *medici*, vo-

ces

ces tonosque arte muſica gnari diſtinguere oculo, phyſiognomiam detegente, comite, ſæpius hominis & ægri & ſani characterem internum detegere poterit. Quin *muſica* jam dudum, medicum morbis medendi efficaciſſimum habebatur, hujusque rei exempla cel. *Mende* e ſacra & politica hiſtoria ſcriptis, communicavit.

Muſica inquit, erat medium celeberrimum Judæis in mania, *Galenus* teſtatur. Aeſculapium ope Muſices & canticorum eos ſanaſſe, quibus motus ſpirituum vitalium temperamentum eorum nimis exci tarat. *Solanus* invenit pulſus clavicordium, quo rhytmos, ordines, numerum, per pulſum humanum determinare ſtuduit; a ratione ſua eapropter inter divos fere relatus? Italis jam dudum ictus Tarantulæ, ope muſicæ, ad propriam Melodiam, & numeros compoſitæ, & ſaltatione curari ſolebat.

Effectus varii Muſices ab incomparabili ejus ſuavitate, ad corpora, mentesque hominum redundant. Quamvis enim mentis tandummodo ægritudinibus emolliendis videatur apta Muſica, nihilo tamen ſecius, nec omnis, in corporis quibusdam morbis, mentis quandoque perturbatione etiam oriundis, ex voto tollendis, poſt habendus eſt ejus uſus, qui pluribus exemplis & rationis argumentis conſtat.

3.) *Rhetorica* occupatur rebus, quæ ad ſenſum communem ſunt, ſermonis ornatu pondere, ſuavitate ita illuſtrandis & exornandis, ut in animos hominum vel influant, vel eos commoveant, ut eadem velit, vel averſatur auditor, quæ vel complectenda vel averſanda Orator proponit. Duo oratoriæ artis *fontes* ſunt, res & verba. Res vel ob-

obſcuræ vel non intellectæ, omni verborum apparatu non poſſunt illuſtrari. Res quam maxime perſpicuæ, inepta & perplexa dicendi ratione, poſſunt obſcurari: optima res male prolata fieri poteſt peſſima. Ante omnia itaque ea, quæ quis proponere ſtudet, rite intelligat neceſſe eſt, probe autem intellecta, probe etiam ſciat proponere.

Rhetorica itaque regulas tradit, proponenda inveniendi, inventa proponendi. Inventio tota ab ingenio, literis lectione & uſu rerum ſubacto & nutrito ducitur, cui ſubjecta eſt diſpoſitio judicii & prudentiæ, quæ inventorum ſelectum & ordinem tradit. Elocutio obſervatione, judicio & ingenio dirigitur, quæ comprehendit pronunciationem, & ſi res poſtulet actionem. Rhetorica regulas tradit, expeditam atque alacrem ſibi facundiam acquirendi, quæ quemvis eruditum inprimis *Medicum ornant.*

Facundia gravi, virili & vivida ſæpiſſime graviſſimi & maximi momenti res efficiuntur, & ad exoptatum ducuntur finem. *Omnibus Rhetorices præceptis* probe *imbutus Medicus*, perſuaſoria vi hujus artis tantum efficiet, ut ſententiæ ejus lubenter ſubſcribant ægri. Omnes literæ, omnes relationes, & ad judicem & ad ægrotum, Medici, plenaria cognitione regularum eloquentiæ bene imbuti, ordinem cogitationum, ſelectum verborum, & naturalem ſermonis elegantiam ſemper continebunt.

A. F. *Büſchings*, anſtetiſche Lehrſätze und Regeln. Hamb. 776. 8. --- & ejus Geſchichte und Grundſ. der ſchönen Künſte und Wiſſenſchaften. 2 St. Berlin 772. 8. --- *) *Batteux*, Einleitung in die ſchöne Künſte und Wiſſenſchaften, von Ramler vermehrt. Wien, 774. 12. IV.

Moſes *Mendelſohn*, Abhandl. über die Hauptgrundſäze der ſchönen Wiſſenſchaften und Künſte Berl. 771. 8.

F. J. *Riedel*, Theorie der ſchönen Künſte und Wiſſenſchaften Jena 767. 8. --- *) *Sulzers*, ſchöne Künſte in ihrem Urſprung, deren Natur und beſten Anwendung Lpz. 772. 8. --- und ſeine allgemeine Theorie der ſchönen Künſte und Wiſſenſch. nach dem Alphabet Lpz. 771-79. 8. IV.

*) J. G. *Sulzers*, kurzer Begrif aller Wiſſenſchaften und Theile der Gelehrſamkeit nach ihrem Innhalt, Nuzen uud Vollkommenheit Lpz. 774. 8.

*) *Hagedorns*, Betrachtung über die Mahlerey Lpz. 762. 8.

Hirſchfeld, Theorie der Garten-Kunſt. Lpz. 779. 4. II.

Sandrats, deutſche Academie der Bau-Bildhauer und Malerei-Künſten. Nrnbg. 768. II. fol.

*) *Bekmans*, Technologie. Gött. 780. 8.

Hallers, Werkſtätte der heutigen Künſtler. Lpz. 761. VI. 8.

Sprengels und *Hartwigs*, Handw. und Künſte. Berl. 775. c. fig. Berl. 775. 8. -- *May*, Einleit. in die Handlungs-Wiſſenſch. Altorf 770. 8.

DISCI-

DISCIPLINÆ PRÆPARANTES

SPECIALES.

CAPVT V. PHYSICA.

§. 37.

Conſideratis adhuc, remotius ad Medicinam præparantibus diſciplinis, ad eas progredi jam licet, quæ propius ad ſcopum hunc ſpectant, ad *Scientiam naturalem* & *Hiſtoriam medicam.*

Scientia naturalis complectitur producta naturæ, ampliſſimum eorum ambitum, quibus natura ferax eſt, eorumque & internas & externas qualitates. Utor igitur termino hoc in ſenſu ampliori, quo 1.) *Phyſicam* ſpeciatim hoc nomine inſignitam, 2.) *Chemiam*, 3.) *Anatomiam*, & 4.) *Phyſiologiam*, 5.) *Hiſtoriam naturalem*, tanquam ſpecies ad genus hoc refero. Quod

I.) *Phyſicam* reſpicit, id a *Chemia* in eo differt, quod *illa* inveſtiget, colligat, obſervet producta, quæ in penu & divitiis naturæ inveniuntur, eorumque qualitates, & externas quam maxime, ſine ſolutione interioris ipſorum ſtructuræ.

Chemia vero non in conſiderandis externis corporum qualitatibus ſubſiſtit, ſed in internam ipſorum penetrat ſtructuram, inſtituta partium ſolutione & ſeparatione.

Haud incommode *phyſica* in *puram* dividitur & *adplicatam.*

Pura in generaliori rerum & qualitatum naturalium obſervatione & cognitione verſatur.

Adplicata notitiis hac via adquiſitis progreditur ad ſigillatim contemplanda naturæ effecta, & primo quidem *in Zoophyſica* animalia; ſecundo in *Phytophyſica* vegetabilia, tertio in *Mineralogia* ſ. Me-

Metallophyſica, mineralia ſibi cognita reddit. Unde patet, longe ampliſſimum eſſe Phyſicæ adplicatæ campum, nam iisdem, cum hiſtoria naturali, limitibus continetur.

Phyſicus & experimentis & obſervationibus inſtituendis occupatur, tum vero ad theoriam hinc colligendam pergit. Obſervat primo corpora & phænomena naturæ, ex convenientia vel diſcrimine eorum, univerſales eidem patent naturæ leges & mutationes. Hac ratione phyſica dividitur in *theoreticam* & *experimentalem*; & prior iterum in *univerſalem* & *ſpecialem* ſubdividitur.

1.) Ad *univerſales* corporum qualitates refertur a) extenſio, b.) impenetrabilitas, c.) diviſibilitas, d.) mobilitas, quieſcibilitas ſ. inertia; e.) attractio ſ. vis attractiva.

2.) Ad *ſpeciales* corporum naturalium qualitates, recenſentur omnes eæ, quæ a.) in fluidis ſ. liquidis, b.) in ſolidis c.) in fluidis & ſolidis inter ſe mixtis, d.) in ſpeciliarioribus quibusdam corporum phænomenis obſervantur. a.) Fluidorum *hydroſtatica*, notionem, ſpecies, leges varias exhibet cohæſionis, diviſionis, adhæſionis fluidi in aliis corporibus, effectus ac qualitates ejus tam multiplices. b.) In *fluidorum* claſſem referenda ſpeviatim, & fluidis analoga ſunt; aer; ignis, lux, materia calorifica; refrigerans; electrica; magnetica.

§. 38.

In aëre a.) conſiderat Phyſicus ejus naturam conditiones, partes aëris conſtituentes, qualitates naturales, quæ ſunt fluiditas, elaſticitas, extenſio a calore, & hinc ortæ exhalationes, vapores; penetrabilitas in corpora; gravitas, dimenſio aëris;

ris; conditiones in motu, in æqualibrio, in dura- tione, & directione ventorum, vis & celeritas e- laſticitas, hujus proportio ad gravitatem, ac aug- mentum per calorem, per compreſſionem aëris, qua puri l. impuri, qua mixti in atmoſphæra variis alienis partibus, in nebula, nubibus vaporibus va- riis, & in diverſis corporibus diſperſi terreſtribus; rarefactio, condenſatio aëris; inviſibilitas; pelluci- ditas; tenuitas, denſitas, varia in variis locis, preſſio, motus aëris, in hujus motus conſideratio- ne venti varii, eorum origo, ſpecies, effectus, ce- leritas inquiruntur per anemometrum, conditio aë- ris in aqua & in aliis fluidis corporibus, leges conſiderantur etiam ad quas aër componitur, & altitudo aeris ſupra terram.

Effectus etiam *inquirit Phyſicus aeris*, fluidi univerſalis, ope antliæ pnevmaticæ, in loco ab ae- re vacuo, hujus deſcriptio, conſtructio, ubi ap- plicatio ſimul determinantur, & ſpecies reſpectu gravitatis, elaſticitatis, ſenſationis humanæ in au- re, ubi theoria ſimul occurrit de acuſtico ſono & tono, ejus natura, qualitatibus, ſpeciebus, varieta- tibus, origine, propagatione varia, effectibus di- verſis, differentia litterarum & toni in loquela, in muſica per varia inſtrumenta, reſonantia in chordis, varie intenſis; de diverſa anni temporis mutatio- ne & influxu ad baroſcopia & barometra; de va- riis qualitatibus & effectibus aeris artificialis in variis machinis & inſtrumentis.

§. 39.

Ignem in pyrologia b.) Phyſicus contemplatur 1) quod ejus *naturam*, fluiditatem, levem co- hærentiam, inſignem penetrabilitatem ejus per om- nis generis corpora, & gravia & levia; 2) quoad

varietates & ejus *ſpecies*, e quibus præcipuæ ſunt ignis naturalis, artificialis; 3) elementaris ignis partes conſtituentes; 4) ignis originem, modum, effectum corporum diverſorum ad ignem; 5) caloris originem & communicationem variam, æſtus ſenſationem; 6) mutationem corporum per ignem & calorem; 7) communicationem ignis & caloris diverſam in variis corporibus; 8) conſervationem ignis & caloris variam in diverſis corporibus.

Pyrologiæ pars præcipua quoque eſt doctrina de *luce*, de eo, quod corpora viſibilia reddit, quæ alias *Optica* vocatur. Phyſicus in hac doctrina disquirit 1) *Lucis naturam*, motum varium, directionem radiorum lucis diverſam, celeritatem lucis, ortum ac nutritionem. 2) *Effectum lucis generalem* quoad calorem & lucem, ac *ſpecialem* a.) in variis diſtantiis b.) in iis corporibus, in quibus lux incidit, mutatur, & radiorum lucis ope refractio obſervatur, in vitris diverſi generis, convexis, variis machinis opticis inſervientibus, *dioptrica* alias dicta: in varii generis *ſpeculis*, in quibus diverſimoda radiorum lucis reflexio fit, alias *catoptrica* dicta. 3) *Effectum lucis* in *corporibus pellucidis* inquirit quoque Phyſicus, quoad ejus naturam, cauſam, tranſitum radiorum lucis per hæc corpora, originem, differentiam, cauſam, qualitates, effectus diverſorum calorum in tam diverſis corporibus.

§. 40.

In diſquiſitione c) corporum *fluidorum* ſpecialium, perpendit æque Phyſicus *materiam* in natura occurrentem univerſalem *frigefacientem*, ejus naturam, effectus, leges fundamentales & phænomena plane pecularia in ea obſervanda, horumque cau-

cauſam & originem, variam quoque contractionem in ſolidis & fluidis.

d) *Materia electrica* in tot corporibus naturalibus præſens, præcipuum etiam Phyſici eſt objectum. Materiei hujus electricæ naturam, varietatem, diviſionem in originariam, communicatam, poſitivam & negativam inveſtigat Phyſicus, & corpora ea continentia, & aſſumentia, productionem ejus in diverſimodis corporibus ac machinis huic ſcopo inſervientibus, ejus augmentum l. decrementum, ac cauſam omnium talium phænomenorum.

e) *Materia magnetica*, quæ etiam in corporibus naturalibus deprehenditur a Phyſico inquirenda eſt, & quidem ejus natura, origo, in corporibus, qualitates, varietates, corpora eam continentia, directio, varia inclinatio, declinatio, communicatio, augmentum, & decrementum, modus adornandi magnetem & acus magneticas ad diverſos polos. Omnium horum phænomenorum naturam & cauſam examinat Phyſicus.

f) Inter *corpora fluida* præcipuum quoque locum tenet *aqua*, cujus naturam, qualitates, partes conſtituentes, tranſitum ejus per varias machinas, effectum aquæ in aliis corporibus, mutationes diverſas per ignem, frigus & corpora, aquam frigefacientia & incaleſcentia, accurate inquirit & cujusvis phænomeni cauſam ſollicite examinat Phyſicus, hocque modo originem quoque aquæ, fontium, fluviorum, maris, & in iis motum aquæ diverſum, mutationemque.

Ad *ſpeciales qualitates* corporum naturalium a Phyſico diſquirendas referuntur eæ, quæ obſervantur, in corporibus *ſolidis*, & elaſticis & aſperis; in *mixtione corporum ſolidorum* & *fluidorum*, horum-

rumque diverſis effectibus, uti in ſolutione, præcipitatione, cryſtalliſatione tam varia metallorum, vegetabilium, animalium, quorum phænomenorum natura, cauſa originis, diverſa modificatio, varietates accurate examinantur.

§. 41.

In conſideratione phyſica *qualitatum ſpecialium* corporum naturalium examinat Phyſicus ea quoque phænomena, quæ in *aere*, in *terra*, in *machina mundi* contingunt. Omnia ea, quæ

I.) in *aere*, a) ab ejus motu fiunt, & ventus & meteora aerea denominantur, cujusvis originem, ſpecies, cauſas, materias, qualitates, effectus mutationes, b) a *vaporibus* ſ. exhalationihus diverſimodis *aquoſis* in ſe vel *conglaciatis* ſ. a frigore varie mutatis; quorum *meteorum aqueorum* natura, origo, cauſa, varietas, modus diverſus exiſtentiæ & apparitionis, differentia, mutatio, figura, forma varia, partes, contenta, qualitates ſpeciales, gravitas, color, tempus, locus, corpora, in quibus apparent, conditiones, effectus aliorum corporum in hæc phænomena, a vaporibus aquoſis & conglaciatis orta, diſtincte perſcrutantur: vel ab inflammabilibus vaporibus tempeſtatem tam diverſe mutantibus, variaque alia aeris phænomena producentibus.

II.) Phænomena in *Tellure*, 1.) generatim per ſe ſpectata, & quæ a Phyſico disquiruntur ſunt ea, quæ vel in diverſis aquis obſervantur, & ſtagnantibus & ex fluviis ortis; quoad eorum originem, varietates, modum varium, ambitum, profunditatem, altitudinem, profluxum, deſcenſum, calorem, frigus, æſtum, variumque uſum, 2.) ea quoque quæ ſpectant inæqualitates terræ, montes,

val-

valles, quoad eorum naturam, originem, altitudinem ambitum.

a. 2.) In Telluris noſtræ parte deprehenduntur varii generis corpora, in quibus permulta occurrunt phænomena, quorum naturam & originem Phyſicus disquirit, & quæ vel ſunt ſimpliciter *mixta*, inanimata, non organica, *foſſilia* dicta iterum ſubdiviſa in terras, lapides, mineralia ſ. metalla: vel corpora *inanimata*, organiſata, *plantæ* ſeu *vegetabilia* alias denominata: vel *animata*, organiſata corpora, vi ſe movendi, & ſenſibus prædita, & ſe propagantia, *animalia* dicta.

3.) Ad phænomena in tellure præcipue referri etiam merentur, mutationes variæ in orbe terrarum, quæ fiunt vel per corpora extra noſtram tellurem, uti effectus Cometarum in terra noſtra: vel per corpora, quæ in tellure contenta ſunt, qualia ſunt ſitus varii terrarum, petrificata varia animalia & marina, in altiſſimis montibus deprehenſa, ſylvæ in abſconditis terræ locis ſitæ, cavitates inſignes ſubterraneæ, vaporibus diverſis quam maxime inflammabilibus impletæ, terræ motus, inundationes maris & aquarum aliarum; Inſulæ & nova generatio terræ continentis in mari, & in fluviis ortæ montes ignivomi diverſi, omnium ſingulorum phænomenorum origines, cauſas, naturas, varietates, modificationes, quantum fieri poteſt inveſtigantur in hac *hiſtoria naturali phyſica*.

III.) Phænomena in *ſyſtemate mundi* extra circulum telluris noſtræ, & corpora, quæ in eo Phyſicus disquirit, ſunt ea 1) quæ pertinent ad noſtrum ſolis ſyſtema, quæ ſunt *planetæ* ab incolis ſemper ſpectabiles, & 2) *cometæ* non ſemper viſibiles. Theoria & emenſuratio horum omnium corporum cœleſtium pertinet ad Aſtronomiam. e. g.

D. C.

D. C. Bode Anleit. zur Kenntniſs des geſtirnten Himmels. Berlin. 778. 8.

§. 42.

Objecta elementorum phyſices experimentalis, in qua ea, quæ in theoretica Phyſica obſervata & disquiſita ſunt, applicantur ac obſervantur in corporibus ipſis ope inſtrumentorum, machinarum, & variorum experimentorum, quæ ſtudet leges naturæ corporum per inſtitutas experientias inquirendi & perſcrutandi; præcipua ſunt:

I.) Ea, quæ ſpectant experimenta *ſtatica*, quæ conſiderant puncti alicujus naturalis celeritatem, potentialem, inefficacem tantum, ſolicitationem ad motum impreſſam, quæ non turbat quietem, ſed æquilibrium ſervat mere mechanice, in quibus

a.) æquilibrium ſolidorum corporum examinatur, & oſtenditur, & quidem in vecte, libra, trochleis, in axi, in peritrochio, in planoinlinato, in cuneo, cochlea, quæ omnia ſunt machinæ & organa ita conſtructa, ut homines eorum ope in ſuos uſus graviſſima onera, & ingentes moles vi parva movere poſſint, ſunt tam ſimplicia, ut ex his ſeptem machinis vario modo inter ſe conjunctis, omnes fere aliæ machinæ compoſitæ facile confici queant;

b.) in quibus connexio firma ſolidorum corporum inter ſe, & ad alia ſolida corpora demonſtratur, uti in phialis vitreis, lacrymis hollandicis, in magnete & naturali & artificiali, in acu magnetica;

II.) ea, quæ pertinent ad experimenta *hydroſtatica*, quæ fluidorum preſſionem, vires eorum mortuas disquirunt, in quibus inſtituitur a.) *libratio* ſo-

ſolidorum corporum in aqua & aliis fluidis materiis ope librarum diverſi generis. b.) Diſquiſitio fluidorum diverſorum inter ſe, ope libræ, qua e. g. aqua ſalſa pura, & vinum examinatur; c.) ſeparatio fluidorum corporum facilioris & difficilioris generis per filtra diverſa.

III.) *Aerometrica* experimenta, quæ inſtituuntur per a.) *antliam pneumaticam*; b.) in *tubis torricellianis*, barometro, thermometro, hydrometro, manometro diverſæ ſpeciei, in fonte heronis, in ſiphonibus incendiariis; c.) in *tubis acuſticis*; d.) in *follibus*.

IV. *Hydraulica* ſ. *hydromechanica* experimenta, quæ celeritatem actualem omnium fluidornm inveſtigant, inſtituuntur inprimis in 1.) ſiphonibus; 2.) fontibus ſalientibus. Pyrologica experimenta heic quoque disquiruntur, quibus ignis gradus ratione caloris, pyrometri ope dimetitur.

V.) *Optica* experimenta 1.) quæ ſpecialem lucis & umbræ propagationem differentem in diſtantiis variis, ope cameræ obſcuræ oſtendunt; 2.) quæ in caloribus multiplicem diviſionem ac conjunctionem radiorum lucis ope prismatis & cameræ obſcuræ probant; 3.) *catoptrica*, quæ differentem reflexionem radiorum lucis repræſentant in diverſi generis ſpeculis, planis, concavis, convexis in ſpeculis, quæ machinis compoſitis applicatæ ſunt & imagines repræſentant, uti in laterna magica, in vitris ac ſpeculis cauſticis. 4.) *Dioptrica* experimenta, quibus refractio & transgreſſus radiorum lucis per corpora pellucida inſtituitur & effectus valde diverſus disquiritur, varii ope generis vitrorum politorum, tuborum opticorum, terreſtrium,

ſtrium, teleſcopiorum, microſcopiorum tam ſimplicium quam compoſitorum, & ſolarium quoque.

VI.) *Aſtronomica* per tubos opticos, per quadrantem inſtituuntur, & varia diſtantia, forma, figura, effectus, influxus, ad tellurem noſtram, aſtrorum, in cœlo inveſtigatur.

VII.) *Electrica* experimenta, machina electrica inſtituta, naturam, ac virtutes electricæ materiæ probantia; uti & *magnetica* in magnete.

*) C. S. *Krazenſtein* Vorleſung über die Experimentalphyſic. Coppenhagen. 781. 8. — S. W. *Kraft* phyſicorum experimentorum præcipuorum brevis deſcriptio. Petropoli. 738. 8. — *Nollet*, Vorleſung über die Experimental-Naturlehre 749--764. 8. VI. *) Anweiſung zur Experimental-Phyſic, aus dem Franzöſiſchen des Monſ. Sigaud de la Fond. Dresden. 774. 8. — *Prieſtley*, Geſchichte der Optic, mit Zuſäzen von Klügel. Lpz. 775. & 777. 4.

§. 43.

Quam varia, quam multiplicia ſint *objecta phyſices* & *theoreticæ* & *practicæ*, in hiſce ultimis paragraphis ſatis ſuperque demonſtrata ſunt.

Utilitas phyſices eo luculentius dehinc patebit. Ex iis, quæ nos perpetuo circumdant corporibus, tam multiplices in nos redundant uſus, ut conſideratio eorum penitior valde ſit neceſſaria, atque utilis. Inſignis eorum copia quotidie nobis opus eſt ad vitam noſtram ſuſtentandam, & plurima etiam perpetuo ſua ſponte commodis noſtris inſerviunt. Ordinarius & regularis quorundam corporum uſus, etiam noſtram vitam multo ſuaviorem & commodiorem reddit, quædam vero multiplici ratione noxia nobis fieri poſſunt.

Qua-

Quare plenaria horum corporum cognitio absque dubio quam maxime conſulit ſaluti noſtræ, adeoque Phyſica ſeu philoſophia naturalis, quæ cognitionem hanc de qualitatibus & viribus corporum tradit. *utiliſſima* eſt *ſcientia*. Hæc ſcientia optimos tradit *fontes* ad acquirendam *cognitionem exiſtentiæ* entis ſummi, cum omnibus ejus qualitatibus, tam eximiis.

Inſervit ea, quam maxime ad *amplificandam* noſtram *cognitionem* de *corporum* iſtorum *ſtatu*, quæ nos perpetuo ambiunt, & in nos agunt, de veritatibus, quarum cognitio & notitia nos ſemper reddit perfectiores, de legibus naturæ fundamentalibus, quas & in corpore noſtro, & in aliis, quæ nos circumdant, immotæ obſervantur. Inſervit ea eximie ad eruendas veras cauſas & rationes naturæ phænomenorum tam diverſiſſimorum. Ad *voluptatem* quoque *hominum* permultum *conducit Phyſica*. Fons hic præcipuus actionum humanarum exſerit ſe in ea, eo magis, quo magis veritates, quæ hic addiſcuntur, in ſenſus cadunt, & quo major varietas eſt, & ex ea devenientes perpetuæ occupationum viciſſitudines. Conducit ea ad iſtam oblectationem, quæ ex majori & propiori cognitione veritatum ortum ſuum trahit.

Liberat Phyſica hominum animos a ſuperſtitionibus, apparitionibus variis & admirationibus, priſcis obſcuris temporibus tam valde inveteratis.

Præſervat nos phyſica a variis & quam plurimis incredulis & ſuperſtitioſis ſomniis ac commentis, dum veras variarum apparitionum cauſas ea nobis aperit. In *Phyſica* docentur qualitates corporum, & inveſtigantur rationes phænomenorum, ſi itaque proprietates ſpecierum, animalium,

plan-

plantarum, mineralium, curatius examinentur; poſſunt itaque partim exceptiones a communibus regulis, partim novæ qualitates deduci, partim multa minus cognita illuſtrari.

Uſus Phyſices eſt quoque *haud exiguus* in *commoditatibus vitæ communis* inveniendis & amplificandis, inventione varia & meliori conſtitutione utilium inſtrumentorum, ad eo melius cognoſcendas partes corporis humani, & corporum hominem circumdantium & proficuorum & noxiorum attributa, ac qualitates tam diverſas.

Verbis vix deſcribi poteſt, quantum *utilitatis* ex genuinæ phyſicæ capere nobis liceat ſtudio. Infiniti ea fere uſus eſt in vita noſtra, facemque nobis præfert in aliis ſcientiis, in omnibus artibus humanis, aliisque diſciplinis intelligendis, explanandis, promovendis, præcipue & quam maxime etiam in *medicina.*

Phyſica verſatur inprimis in diſquiſitione & explicatione virium, & qualitatum omnium corporum, quæ in mundo viſibili apparent, ab eruditis ſemper, a Medico vero & dogmatice & experimentalis phyſices ſtudium omni ſtudio, & contentione inprimis excolendum eſt. *Medicus* ea inprimis *carere nequit.* Locupletat ea intellectum cognitione tam magnificorum naturæ arcanorum, introducit ſcrutatorem diſcendi cupidum in naturæ ſanctuaria, oſtendit, quomodo iſte a ſenſualibus qualitatibus ad eas, quæ adſpectui ſunt ſubductæ, progredi, & continuis obſervationibus ac experimentis, ad certitudinem quandam, in perſcrutanda natura pervenire poſſit & debeat.

Univerſales corporum qualitates, leges motus & effectus corporum ſolidorum & fluidorum, meteo-

teora, totiusque ſyſtematis & terræ & cœli phænomena, *ſunt medico perquam utilia*, ſine iis enim ſæpiſſime in tenebris errat, ac in multis morbis influxum iſtorum naturæ phænomenorum, quorum natura & cauſæ in phyſica eruuntur, medicus plenarie non perſpicere poteſt. e. g. influxum aeris in corpus humanum & ſanum & ægrum. Medicus qui tam inſignem ambitum Phyſices accurate & ſolide cognoſcere debet, ineunte ſtudio medico, minime in campum plane alienum transgredi, & facillime ad univerſales corporum cognitiones, ſpeciales iſtas addere & addiſcere poteſt, quas in exercente arte ſua adhibere debet.

Phyſica itaque eſt *ſcientia medico valde utilis*; & perquam *neceſſaria*. Inſervit enim ea eximie, ad leges motuum in corpore humano inquirendas, examinandas & perſpiciendas: atque ita quoque variæ ejus partes, multum conducunt ad dilucidanda varia phænomena, eorumque cauſas rite intelligendas; ſic mechanica varia dilucidat in motu muſculorum; hydraulica & hydroſtatica, in circulo humorum; ærometria in reſpiratione; acuſtica in mechaniſmo organi auditus; optica in mechaniſmo organi viſus, machinam opticam perbene referentis, &c.

Quamplurimæ in corpore humano occurrunt ſpecies e. g. Antliæ, torcularium, funium, cribrorum, ſiphonum, tuborum, vectis, trochleæ, cochleæ, cunei, pluriumque aliarum quaſi machinarum & inſtrumentorum mechanicorum, variæ ſpecies extenſionis, impenetrabilitatis, diviſibilitatis, mobilitatis, attractionis, cohærentiæ, mutationis, denſitatis, elaſticitatis, duritiei, mollitiei, gravitatis, levitatis, & in partibus ſolidis & mollibus corporis humani obſervari poſſunt, uti & plurimæ

 va-

variæ ſpecies aſcenſionis, deſcenſionis, adhæſionis, mutationis, transfluxus, directionis, motus, æquilibrii, humorum corporis humani. Varius etiam eſt influxus aëris in corpus humanum e. g. ratione ejus preſſionis, elaſticitatis, denſitatis; valde diverſus & communis eſt influxus & effectus caloris frigoris, ac tam diverſorum naturæ phænomenorum, quæ & in tellure & in cœlo occurrunt, uti & materiæ electricæ, magneticæ &c.

Hæc vero omnia phænomena, quoad eorum naturam nec intelligi nec examinari ſolide a Medico poſſunt, quin plenaria ac accurata phyſices cognitione inſtructus ſit, quæ præcipue naturam, qualitates, effectus eorumque cauſas, ex legibus naturæ fundamentalibus detegit. Corporum omnium elementa indagat phyſica, quoad eorum naturam, eſſentiam, modum efficiendi, ex quibus corpus humanum tam mirifice exſtructum eſt; omniaque corpora & noxia & ſalutaria, quæ hominem circumdant: quam *neceſſarium Medico* ſit in medicina *phyſicæ ſtudium*, ut vel exinde pateat. Quum origo & cauſa tam diverſorum & multiplicium morborum, quam conſtructio, applicatio, effectus tam diverſorum inſtrumentorum chirurgicorum; Quum tam variorum corporum, humano corpori & ſalutarium & noxiorum, vires, a variis legibus fundamentalibus phyſices, a legibus e. g. mechanicis, ſtaticis, hydraulicis, hydroſtaticis dependeant, eorum itaque cognitio & demonſtratio ſemper manca, & inſufficiens erit, niſi veræ & ſolidæ phyſices cognitioni ſuperſtructa fuerit.

Et ſic *Phyſices* ſtudium inſignem præſtat uſum, non tantum in *diæta*, in *phyſiologia*, ſed in omnibus quoque partibus *pathologiæ*, ac *therapiæ* tam internæ quam externæ. *Phyſica* cauſas, & materiales

&

& finitas partium aperit, talique modo ejusmodi elementorum, humorum, ſpirituum, partium corporis humani, homogenearum & heterogenearum, ſingularumque naturæ ſ. temperierum, & uſus operationum officiorumque ſcientiam ſuggerit, cujus utpote proprium eſt ſubjecti ſui, corporis ſ. naturæ, hujusque ſpecierum & partium omnium, omnia omnino principia ſcire, & proprias affectiones nulla plane prætermiſſa, ſi latuerint, per illa, de ſubjecto ſuo demonſtrare. Neceſſitatem & uſum phyſices inprimis in Medicina ſpeciatim tradidere, in diſſertat:

G. *Schinz*, Turici 780. Frid. *Hoffmann*, Halle 729. G. P. *Michaelis*, Marburg 764. -- P. G. *Nenter*. Arg. 707. Autores præcipui *theoreticae & practicae* phyſices ſunt;

*) J. P. *Eberhardt*, erſte Gründe der Naturlehre. Halle, 752. und 767. 8. --- J. G. *Krüger*, Naturlehre Halle 750. deſſen Auszug. Helmſt. 759. 8.

*) v. *Muſchenbroek*, Elementa phyſices. Lugd. Batav. 741. 8. & ejus Compendium phyſicæ experimentalis Lugd. Batav. 762. 8. & Germanice von Gotſched Halle 747. 8. c. fig. J. H. *Winkler* Anfangsgründe der Phyſic. Lpz. 753. & 754. 8. -- G. W. *Krafft*, prælect. academ. publicæ in Phyſicam theoret. P. I. part. mechanicam P. II. opticam. P. III. Tubingæ 76 . 8 & 771. — J. G. *Malers*, Phyſic, oder Naturlehre, Carlsruh. 767. 8.

J. J. *Bekmanns*, Naturlehre oder ganz umgearbeitete Maleriſche Phyſic, Carlsruh. 775. 8. c fig. -- *) J. A. *Segner*, Einleitung in die Naturlehre. Augsb. 770. 8. -- C. *Bonnets*, Betrachtung der Natur. Lpz. 772. 8.

*) C. P. *Erxleben*, Anfangsgründe der Naturlehre. Göttingen. 777. & 782. 8. qui ſelectum quoque optimorum ſcriptorum phyſices & puræ & applicatæ, & generalis & ſpecialis & ſpecialiſſimæ, indicat.

*) J. G. *Karſten*, Anfangsgründe der Naturlehre. Halle 780. 8. -- J. J. *Eberts*, Anweiſ. in der Naturlehre. Lpz. 775. & 780. 8. *) *Suckows* erſte Gründe der Naturlehre. Jena 782. 8.

J. A. de Nollet Leçons de phyſique experimentale a Paris 743. VI. & Amſterd. 745. VI. 12. Germanice

Erfurt. 749-764. VI. 8. -- Nollet l'art des experiences a Paris 770. 12. III. & germanico idiomate Lpz. 771. 8. III.

A. A. *Hambergers*, allgemeine Experimental - Naturlehre. Jena 774. 8. & ejus Elem. phyſices Jena 735. & 750. 8. --- Phyſicæ dogmaticæ elementa, prælectionum cauſa evulgata a J. D. *Titio*. Wittenb. 774. 8. -- J. D. *Titii*, Elementa Phyſicæ experimentalis. Lipſiæ 782. 8.

Leçons de phyſique experimentale par M. *Sigaud de la Fond*. a Paris 767. 12. II. & germanic. Dresden, 774. 8. II.

*) Briefe an das ſchöne Geſchlecht über verſchiedene Gegenſtände aus dem Reich der Natur. Jena 776. III. 8. cum fig.

CAP. VI. CHEMIA.

§. 44.

Chemia eſt ea pars ſcientiæ naturæ, quæ dogmata continet de mutationibus corporum, in inquiſitione *compoſitionis* & *mixtionis* earum diverſæ obviis.

Iſtam ea continet ſcientiam rationibus fundatam, quæ apto modo rerum omnium & naturalium & arteſactarum, in tellure obviarum, partes *conſtitutivas* elementares, disquirit, principiorum qualitates detegit, eorumque vires ac effectus variamque compoſitionem determinat, quibus reipublicæ prodeſſe poſſunt: ut cognitio accurata naturæ, & qualitatum, in corporibus tam diverſe obviarum pateant conditiones.

Omnia corpora, quæ homines circumdant in tellure e diverſi generis partibus compoſita ſunt. Corpora hæc, eorumque natura per experimenta explorari poſſunt, in eo vero ſtatu prius ſunt ponenda, ut phænomena quædam ex iis appareant.

Con-

Conſiderantur tum in iis, vel iſtæ mutationes, quas corpus in toto ſenſibus noſtris repræſentat, vel eæ tantum, quæ ex partibus ſuis corpus producere poteſt. Ad finem hunc obtinendum requiritur ſcientia, qua corpora in ſuas partes eſſentiales diſſolvi, & partium copia, qualitates in compoſitione iſtarum cognoſci poſſint. Hancce ſcientiam corpora apto & congruo modo in eſſentiales ſuas partes reſolvendi, earum qualitates detegendi, varioque modo componendi *Chemia* comprehendit, qua iſto modo corpora ita mutari poſſunt, ut ejus ope conſtitutio interna corporum appareat.

Docet ea certas phyſicas operationes, quibus corpora ſenſibus patula, vel patifacienda, vaſis capienda, mutentur, per propria inſtrumenta, ut definiti & ſingulares quidam effectus producti innoteſcant, & eorum cauſæ per effectus pateant, in varios diverſarum artium uſus adplicare. Tradit ea itaque rationes ac regulas, quibus corpora congrue diſſolvi & e ſimplicibus partibus componi poſſint, quibus corpora ita mutari poſſunt, ut compoſitio ac ſtructura eorum interna eo clarius pateat, ac quomodo pro diverſa ſingularum partium conſtituentium conditione nova artefacta corpora diverſæ mixturæ componi atque produci inde poſſint. Ignis ope & aliorum menſtruorum corpora ſolvit naturalia Chemia, particulas minimas varia ratione vel ſeparat vel combinat, & ita mixtionem earundem declarat.

Fundata eſt *Chemia* in obſervationibus & experimentis, in corporibus inſtitutis, hinc Chemicus derivat per concluſiones modum mixtionis corporum, nexum elementorum in iis contentorum, quo utitur vel diſſolutione & disjunctione corporum unitorum in ſimpliciores, in minus mixtas partes,

vel combinatione disjunctarum partium ſimplicium, ejusdemque compoſiti, conſtitutione priſtina ante diviſionem in principia.

Objecta Chemiæ non ſolum *ſunt*, artefacta corpora, ſed omnes præcipue res naturales, quæ in ſenſus cadunt, quæ tellurem conſtituunt, eique inſunt & in regno *animali* & *vegetabili* & *minerali*. Tam diverſa corporum ſtructura atque mixtura, tam varius partium eſſentialium finis, in tam diverſo numero ac proportione diſſolutionis & combinationis corporum; & quum corpora in ſimplices earum partes diſſolvi poſſint, & e conjunctione corporum ſimplicium inter ſe magis compoſitæ producantur, atque æquiparantur inde res, quæ vel remedia ſunt, vel alia corpora in vita communi, ad varios fines & uſus proficua: hinc obſervandæ ſunt regulæ, in negotio diſſolutionis ac corporum combinationis, quæ anſam dederunt diviſioni Chemiæ in I. *Theoreticam* ſ. puram, & II. *Practicam* ſ. applicatam.

Applicata Chemia iterum varie dividitur in *Phyſicam medicam* & *œconomicam.*

Inter has multiplicis generis Chemiæ ſpecies maxime *uſum* præſtat *theoretica* & *œconomico-medica*, in *ſcientia medica* tam theoretica quam practica.

Medicus itaque *iis Chemiæ partibus* ac ſpeciebus, quæ theoreticam & applicatam medicam comprehendunt, *carere nequit*, ſed omni cura & ſoliditate a Medico ſunt colendæ. Qui theoreticam atque ab iſta haud ſeparabilem applicatam medicam chemiam probe callet, iſte facili & lubenti animo, *applicatam œconomicam* etiam, de cujus partibus ſpecialibus ſermo erit in ſectione de ſcientiis medi-

dicis *affinibus*, addiſcet inprimis, ſi ei occaſio ſuppetit.

§. 45.

Chemia theoretica ſ. philoſophica ſ. pura, eſt ea pars Chemiæ, quæ ex veris principiis fundamenta ſcientifica, generalia de principiis, elementis corporum, tam diverſimode mixtorum, de phænomenis iis obviis, de operationibus chemicis, & de ſingulis ſimul tradit & rationes explicat.

Corpora naturalia diverſis modis cohærentia, quæ inſtrumentis chemicis capi, tractari, variamque diatheſin, aut analyſin inde ſubire poſſunt, inſtrumentis aptis & congruis in partes eſſentiales diſſolvere, vel ea congregare, componere & mixtiones ac reſolutiones naturales imitari docet *Chemia theoretica*, ut inde corporum diverſa materia ſ. varius eorum nexus, qualitates ac effectus ex iis dependentes eo magis illuceſcant.

Certæ itaque regulæ, rationes, encheireſes ac media in ea traduntur, quibus mixtionis corporum indagatio inſtituenda eſt, debitis operationibus chemicis, & heic congruis inſtrumentis, quibus apta artificialis ſeparatio partium corporearum, earumque connexio confici poteſt: quibus mutationibus ſubjecta ſunt corpora indaganda, quibus modis obſervationum ope naturalia corpora & diſſolvenda & componenda & reproducenda ſint, & quomodo fallaciæ circa artem chemicam evitandæ ſint.

Certa comprehendit dogmata *Chemia dogmatica* ſ. theoretica, quibus compertæ penitus continentur veritates phyſicæ, chemicorum ope detectæ. Generalia quidem dogmata & certa artificia, quibus fere efficiuntur operationes, quæ in arte chemica effici poſſunt & debent; nulla vero alia

niſi innixa generalibus effatis ſelectis, prius ex communibus, & multis firmis obſervatis chemicis, eodem ſemper modo contingentibus, e quibus una generalis veritas colligi poteſt; quibus naturæ ſcrutator indefeſſus, in diu inſtituta mixtionis corporum inveſtigatione ad ejusmodi tandem ſubſtantias pervenire poteſt, quæ in permagna puritate, ſimplicitate atque tenuitate ſenſibus ejus ſeſe manifeſtant, nullamque amplius diviſionem in diſſimiles partes admittunt, & dehinc elementa ſ. principia chemica appellantur, in omnibus pene corporibus naturalibus obvia, e quibus varia proportione inter ſe junctis, reliqua omnia mixta corpora oriuntur.

Finis theoreticæ Chemiæ hinc magis eſt docens, quam exercens, de proximis & remotis initiis naturalium corporum plenariam tradit cognitionem, & ex his internam corporum conditionem manifeſtat. Duplici via *finis* hic *Chemiæ theoreticæ* aſſequitur, a) per reſolutionem & dislocationem, qua naturalia corpora per congrua & apta experimenta, ſolidaque revelatione tam diu dividuntur, & partes iterum dislocantur, usque dum ad prima initia, quæ nullam ulteriorem diſſolutionem permittunt, perventum ſit, b) per compoſitionem ſ. conjunctionem qua ſeparatæ partes, ſeu principia denuo conjunguntur, & corpora producuntur, quæ naturalibus vel æqualia vel inæqualia ſunt.

Præcipua Chemiæ theoreticæ capita ſunt 1.) Doctrina de notione chemiæ generali, etymologia ejusque diviſione; 2.) Doctrina de notione generali corporum mixtorum, compoſitorum, decompoſitorum eorumque diviſione. 3) Doctrina de *principiis*; de *elementis* & materiis corporum, de mixtis corporibus, ex variis principiis & elementis conſtan-

ſtantibus; de compoſitis corporibus. 4.) Doctrina de *ſpeciali cognitione* partium, corpora conſtituentium, a quibus vires, effectus in aliis corporibus, uti & attributa ſ. qualitates corporum dependent, quæ dividuntur in eſſentiales, accidentales, ſenſiles, & inſenſiles. 5.) Doctrina de *mediis* & *inſtrumentis* & utilibus & neceſſariis, quæ objectis explorandis applicata mutationem in iisdem requiſitam producunt, quibus corpora reſolvuntur, & analyſis & ſyntheſis corporum produci poteſt. Sunt ea vel *activa* vel *paſſiva*.

§. 46.

Activa Inſtrumenta ſ. efficientia, inſerviunt; omnia corpora naturalia, plus minusve compoſita ac commixta dividendi, *α*.) in partes *minores* toti ſimiles, magnitudine tantum differentes; *β*.) in partes *conſtitutivas*, elementares, commixtione corporibus peregrinis. Diverſi ſunt generis, & præcipua ex iis ſunt, ſenſus externi, mechanica analyſis, omnia media ſolventia, & ſimplicia & compoſita, & ſicca & fluida, omnia corpora præcipitantia & contra agentia; terræ variæ puræ minerales uſtæ & inuſtæ; aquæ tam diverſæ, aer; frigus; calor, ignis & naturalis ſolis & artificialis; corporum vis attractiva.

Omnium horum plurimorumque *activorum inſtrumentorum uſum*, modum agendi, atque in fluxum diverſum in corpora, ac uſum agendi in diverſa proportione, mixtura, diverſamque applicationem in tam varii generis corporibus inquirit, perſcrutatur & determinat *chemia theoretica*.

Paſſiva inſtrumenta, quibus vis activorum mediorum, ſtatus efficiens, ad corpora inquirenda naturalia diſponitur, & alias *ſuppellex chemia*

de-

denominatur, ſunt præcipua ea, quæ dividuntur in *includentia*, *applicantia* atque *auxiliaria*.

1.) Ad *includentia paſſiva inſtrumenta*, alias dicta vaſa, variæ materiei, quæ corpora inquirenda continent, & ad eorum aſſervationem conducunt, referuntur ea quæ inſerviunt,

α.) ad ſolutionem, coctionem, ad deſtillanda volatilia objecta, β) ad fluida diverſa transpirantia refrigeranda; γ.) ad volatilia fluida corpora expellenda; δ.) ad candefacienda & fundenda corpora; ε.) ad fundenda vitrificanda & intrahenda vitrificata; ζ.) ad aſſervanda fluida & ſicca corpora;

2.) ad *applicantia inſtrumenta*; referuntur ea quæ activa media ignis ope ad effectum producunt;

3.) ad ſuppellectilia ſ. auxiliaria inſtrumenta, pertinent ea, quæ inprimis conducunt; a.) ad diminuenda inquiſitioni ſubjecta corpora; b.) ad præparanda ac accommodanda inſtrumenta varia; c.) ad dimetiendas magnitudines, & determinandas gravitates; & ad d.) manubria diverſorum laborum chemicorum. Omnium horum *inſtrumentorum paſſivorum* varias ſpecies, formas, figuras ſubſtantias, ſtructuram, materiam congruam & diverſum modum ea exſtruendi, conficiendi, applicandi & adhibendi ſcopum, in tam varia diſquiſitione corporum chemica, indagat, determinat & docet *chemia theoretica*.

§. 47.

Doctrina 6.) de *laboribus chemicis* & iſtis corporum mutationibus per inſtrumenta, in finem, artis lege chemicæ, definitum, quæ in corporum diſquiſitione occurrunt, præcipuum etiam eſt objectum *chemiæ theoreticæ*. Inprimis operationum chemicarum diverſitates, qualitates, effectus, varii fines, diverſa eorum producta, produ-

cto-

ctorumque uſus varius, rita eorum inſtitutio, neceſſaria requiſita & conditiones, congrua corporum inquirendorum præparatio, manipulatio, applicatio vaſorum, atque mediorum reliquorum utilium neceſſariorumque in hiſce operationibus, in recta mixtura & congrua proportione ad relationem ac conditionem corporum inveſtigandorum, obſervatio accurata durationis temporis, aeris aliarumque circumſtantiarum & phænomenorum, influxus non exiguus, pertractantur in ea, quæ determinat quoque, qualis ſpecies operationum chemicarum cuivis generi corporum chemicæ inquirendorum optime conveniat.

Præcipui labores chemici valde differentes, pro varia applicatione inſtrumentorum, & ab his efficientibus mutationibus, ſunt ſequentes, qui reſpiciunt inprimis A) ſolutionem B) compoſitionem corporum, atque C) translocationem partium in corporibus.

A.) *Solutio ſ. Analyſis* eſt vel *mechanica*, quæ mediis utitur ad finem acquirendum in operationibus chemicis & ope inſtrumentorum paſſivorum inſtituitur, vel *chemica*.

I.) Ad analyſin *mechanicam* referuntur pulveriſatio, ejusque ſpecies, expreſſio, frictio.

II.) Ad *analyſin chemicam* referuntur 1) calcinatio ejusque ſpecies, reverberatio, toſtio, torrefactio, uſtio, crepitatio, incineratio, detonatio, calcinatio & quidem in ſole l. p. ſpecula cauſtica l. arroſione per media humida aut ſicca; 2) Solutio, liqueſcentia; 3) fuſio; 4.) infuſio, emollitio, maceratio, circulatio; 5) extractio l. p. infuſionem l. p. decoctionem, elixivationem, elutionem, ſ. edulcorationem; 6) evaporatio; 7) deſtillatio & qui-

quidem l. ſimplex l. cohobatio, abſtractio, de phlegmatio, rectificatio, 8) ſublimatio.

B.) Ad *ſynteſin* ſ. compoſitionem corporum, quæ referuntur operationes, præcipuæ ſunt; 1.) mixtio, 2.) volatiliſatio ſ. vegetatio, 3.) inſpiſſatio, congelatio, coagulatio, 4.) præcipitatio, 5.) cryſtalliſatio, 6.) ſaponum confectio, 7.) vitrificatio, 8.) reductio ſ. reſtitutio, revificatio. 9.) mineraliſicatio, mercurificatio, 10.) fermentatio & in hac ſeparatio, decolatio, decortatio, rectificatio, dephlegmatio, purificatio l. ope ſolutionis, præcipitationis, colationis, cæmentationis; concentratio.

Verſatur ea circa *doctrinam* de iis ſubſtantiis, quæ in generaliſſimis ſunt conſideranda, quæ per reſolutionem corporum prodeunt, quæ a) vel *educta* ſunt, ſeu ea principia proxima, quæ neutiquam mutata, ſub eadem, qua in corporis compoſitione antea hærebant, forma exinde obtinentur, ac plane novum efficiunt corpus, exortum e corporis partibus in eo jam contentis, vel b) *producta* ſ. ſubſtantiæ per corporum analyſin obtentæ ſunt, quæ tales, quales extractione poſt analyſin facta apparent, antea in corpore non ita quidem exſtiterunt, ſed vel e principiis remotis, per ipſam operationem alio modo collocatis, exſtiterunt, vel aliquam qualiscunque illa fuerit, mutationem ſub ipſa diacriſi ſunt expertæ: & qua novum corpus exortum e conjunctione duorum corporum antea non junctorum.

Disquiritur in *Chemia theoretica* conditio, uſus, qualitates omnium corporum per labores chemicos confectorum, acquiſitorumque ſub nomine *Eductorum* ac *Productorum* cognitorum: quæ ad eorum partes conſtitutivas commode dividuntur:

a) in

a) in *fluida* & *tenuia* corpora, ad quæ referuntur varii generis 1) aqua, cryſtalli, 2) ſpiritus, æther, 3) aceta, 4) olea, 5) extracta liquida, tincturæ, eſſentiæ, elixiria, 6) varia alia liquida, uti emulſiones, juſcula ex animalibus præparata.

b) in *molliora* & *ſpiſſa* corpora, ad quæ pertinent diverſæ 1) gelatinæ, mucilagines 2) gummata, 3) reſinæ, 4) extracta ſpiſſiora, ſucci inſpiſſati, 5) ſapones.

c) in *dura ſolida* corpora, quæ comprehendunt varii generis 1) terras, 2) ſalia, 3) ſulphur, 4) ſublimata & flores; 5) præcipitata, quæ comprehendunt magiſteria, calces, feculas, rubiginem, 6) regulos, 7) metallicas calces, 8) cineres, 9) vitra, 10) ſcorias, 11) fluores, 12) capita mortua.

§. 48.

Doctrina de *ſignis* & *propriis characteribus* quibus chemici, inprimis *Alchymici* utebantur, eſt quoque objectum chemiæ theoreticæ. In chemiam illi introducebant diverſas operationes, varia ſubjecta ac producta chemiæ, variaque alia indicabant, & ad ſcripturæ compendium levitatemque, & ad naturæ artisque arcana occultanda. Horum ſignorum ac characterum varia forma, figura, relatio ad alia corpora, *determinantur* in *chemia theoretica*, cognitionem neceſſariam & uſum rectum, ea quam maxime commendatur, ad ſcripta publica veterum auctorum, in quibus iſta ſigna occurrunt, rite intelligenda.

d) *Doctrinam* denique comprehendit *chemia theoretica*, *de regulis certis* & encheireſibus, quarum adminiculo diſquiſitio mixtionis corporum, aggredienda eſt, uti & dijudicatio ac comparatio par-

partium earum conſtituentium elementarium, ac ulterior earum reſolutio; perſcrutatio, & modus ex iis nova gignendi & componendi corpora. De iſtis denique regulis ac inſtitutionibus, quibus cognitio ſolida de natura & conditione corporum chemice perſcrutandorum & pertractandorum optime acquirenda ſit, quænam cuivis operationi chemicæ inſtrumenta convenientia eligenda ſint, & recto tempore, congruaque proportione applicanda ſint, & activa & paſſiva, uti & modus præparationis ac mixtionis, ad finem propoſitum acquirendum.

§. 49.

Hactenus dicta, & in hiſce paragraphis, determinatæ doctrinæ, *præcipua ſunt objecta chemiæ theoreticæ ſeu philoſophicæ*; a triviali pharmaceutica & mechanica, in opificum officinis paſſim obvia, & quam maxime empyrica, quum hæc valde differens ſufficit, ſecundum præcepta tradita, proceſſus ſuos elaborandi, de ratione autem ſeu cauſis proximis vix ſollicita, aut edocta; illa vero (*chemia philoſophica*,) fundamentum rerum inquirit multo penitius, & materiæ diverſitatem modum, & motum coaleſcendi, variosque effectus conſiderando, certas & evidentiores cauſas denique elicit.

Finis diſſolutionis corporum, uti hactenus audivimus in eo inprimis nititur, ut partes corporum eſſentiales eo clarius innoteſcant, & in iis ea inquirantur, quæ pro eſſentia ſua efficere poſſint. *Utilitas* atque *emolumentum Chemiæ* atque omnium ejus partium, & ex his inprimis *theoreticæ*, per omnes humanæ vitæ conditiones ſeſe diffundit, & naturæ ſcrutator, *phyſicus*, & inprimis ex his *Medicus ea carere nequit.*

Che-

Chemia theoretica, ſine qua nulla applicata chemia recte & ſolide, exerceri poteſt ſemper prius ſolide *a medico* eſt addiſcenda, cui tam diverſorum corporum naturalium & artificialium, homini vel ſalubres vel noxiæ eſſentiales partes, uti & hominis ipſius partes elementares ſcitu neceſſariæ ſunt, quæ in nulla ſcientia tam certo & ſolide inquiri ac manifeſtari ſolent, quam in *Chemia practica ſuffulta chemiæ theoreticæ principiis.* Sicuti in omni arte requiritur ingenium, ad certas regulas percipientes, atque dexteritas operandi, quam exercitatio magis magisque perficit, & quivis artifex primum ideam operis futuri animo concipit, dein materiam operi illi idoneam & qualitate ac quantitate convenientem quærit, tum apta ſibi eligit inſtrumenta, quæ dictæ materiei admovere, & pro norma ideæ animo propoſitæ dirigere, adeoque ipſum opus abſolvere poſſit. Plura de *uſu Chemiæ theoreticæ* dicendi infra occaſio ſuppeditabitur, ſi de *uſu univerſæ chemiæ & theoreticæ & practicæ* ſermo erit.

Autores *Chemiam thoreticam* continentes præcipui ſunt:

E. *Stahlii*, fundamenta chemiæ dogmatico-rationalis & experim. Nrnbg. 746. III. 4. -- H. *Boerhave*. Inſtitut. & experimenta Chemiæ, Paris. 724. 8. & ejus Elementa Chemiæ. Lugd. Batav. 732. 4. II. & Baſiliæ, 745. 4. II. & german. Lpz. 757. Berol. 762. 8. & ſynopſis chem. Boerhav. Lond. 732. german. Gütting. 740. 8.

J. *Junkeri*, Conſpectus Chemiæ theoretico practicæ. Halle. 730. & 750. II. 4. german. Lpz. 753. III. gallice. Paris. 757. VI. 12. -- *) J. F. *Cartheuſer*, Elementa Chemiæ dogmatico-experimentalis. Halle. 736. & Frft. 753. & 766. 8.

H. *Ludolph*, Einleitung in die Chemie, Pharmacie, Metallurgie und Alchymie. Frft. 752. 8. -- *) A. A. *Vogel*, Inſtitut. Chemiæ, Erfurt. 753. & 762. Lipſ. &

& cum notis Wiegleb. german. Weimar. 775. 8. A. *Rüdigers*, ſyſtematiſche Anleit. zur reinen und angewandten Chemie. Lpz. 756. 8.

Macquer, Elemens de Chemie theoretique. Paris. 749. 12. & practique 751. II. 12. & 756. in germanicam linguam translatæ. Lpz. 752. 8. & ejus Dictionair de chemie. theoret. & pract. Paris 766. 778. III. 12. & germanic. Lpz. 780. III. 8.

*) J. G. *Wallerii*, chemia phyſica, ſuecice Holmiæ 759. & 760. II. 8. & german. cura C. Mangold. Gota 761. 8. II. cum notis C. E. *Weigel*, german. Grfsw. 776. 8. -- J. R. *Spielmann* Inſtitut. chemiæ, Argent. 763. & 766. 8. & a Paris. 766. II. 12.

A. *Beaumé*, Elemens de Chymie. Paris. 763. 12. III. & a *Waſſenberg*, german. verſa. Wien. 1774. 8. & ab J. C. *Gehler*, Lpz. 1774. III. 1774. 8. II.

J. D. *Suckows*, Entwurf einer phyſicaliſchen Scheidekunſt. Erfurt. 769. 8.

J. J. *Langens*, Grundlegung zu einer Chemiſchen Erkenntniſs der Körper mit Anmerk. von F. F. *Madihn*, Halle. 770. 8. -- *) J. C. *Erxleben*, Anfangsgründe der Chemie. Götting. 775. 8. qui varios quoque autores chemiæ & theoret. & pract. indicat.

*) C. E. *Weigel*, Grundriſs der reinen und angewandten Chemie. Greifswald. 777. & 78. II. qui præcipuos autores chemiæ theor. & pract. quoque allegat.

J. A. Scopoli fundamenta chemiæ. Pragæ. 772. & 782. 8. -- *Waſſenberg*, Inſtit. Chemiæ Wien. 772. III. 8.

C. W. *Poerner*, allgem. Begriff der Chemie, ad Alphabet. ordinem e gallico. Lpz. 766. 8. III.

J. W. *Baumer*, Elementa chemiæ theoret. pract. Gieſſ. 782. 8. -- J. C. *Wiegleb*, Handbuch der allgemeinen Chemiæ 781. 8. II. und ſ. hiſtoriſch critiſche Unterſ. der Alchemie oder der eingebildet. Goldmacherkunſt. Wien. 774. 8.

C. F. *Wenzel*, Einleit. in die höhere Chemie. Lpz. 773. I. & ejus verwandſch. der Cœrp. Dresd. 776. 8.

J. F. *Gmelin*, Einleit. in die Chemie. Nürnb. 780. 8. Plures autores de chemia general. & ſpeciali communicat. *Baumer* in bibliothec. ſua chemica. Lipſ. 782. 8.

L. *Crell*, chemiſch. Journal. Lemgo 779. 8. VI. & ejus neueſte Entdek. in der Chemie Lpz. 781. VII. 8.

§. 50.

§. 50.

Chemia *applicata ſ. practica* eam Chemiæ partem continet, in qua Chemiæ theoreticæ uſus peculiaribus in ſcientiis, artibus & commerciis demonſtratur, in qua analyſes ac ſyntheſes informantes, uti & præparatio utilium & inſtruentium productionum traduntur. Applicatione & exercitio notionum, dogmatum, juſtarum encheireſium in theoretica parte deſcriptarum tum demonſtrandarum, tum etiam manu peragendarum peragitur atque abſolvitur ea.

In *chemia applicata* experimentis demonſtratur, quomodo cognitio chemica, & univerſa *chemia theoretica applicanda ſit*, ad varias intenſiones in vita humana, in ſingularibus ſcientiis, artibus, opificiis, commerciis acquirendas, & in perſcrutandis phænomenis affectibusque variis, tot naturalium ac artificialium corporum, eorumque qualitatum & productorum.

Ex tam diverſis *chemiæ applicatæ partibus*, quædam inprimis *medico* inſerviunt, & ad exercendam praxin medicam plane *neceſſariæ* ſunt, iisque minime carere poteſt; præcipuæ ex hac claſſe ſunt *chemia applicata*.

I. *Phyſica* & II. *Medica*.

Ad Chemiam applicatam *anthropologicam medicam* inprimis referuntur:

a) *Phyſiologica*, b) *Pathologica*; c) *Diætetica*, d) *Therapevtica*. Hæc iterum ſub ſe comprehendit chemiam applicatam α) *therapiæ generalis*; β) *Materiæ medicæ diæteticæ* & *internæ* & *externæ*. γ) *Pharmaceutic..m*, δ) *Formularem*, ε) *Forenſem*.

 Quæ-

Quædam vero, quæ ad *chemiam applicatam oeconomicam* ſ. mechanicam referuntur, ob quorundam influxum in rem medicam, ſcitu etiam neceſſariæ ſunt *Medico*; & ab eo, theoriam Chemiæ generalem ei proficuam probe callente, facile addiſci poſſunt. De iſtis chemiæ applicatæ partibus peculiariter ſermo erit in ſectione de ſcientiis Medicinæ affinibus.

§. 51.

Chemia applicata phyſica continet doctrinas & theoreticas & practicas de applicatione chemiæ ad Phyſicam, detegit ea elementorum in corporibus obviorum naturam, partes eorum conſtituentes generales, relationes mutuas & attributa. Conſiderat ea chemice univerſalia naturæ phænomena & qualitates naturalium corporum.

In hac parte chemiæ applicatæ traditur *cognitio ſolida* 1) *univerſalis*, de elementorum corporum partibus eſſentialibus conſtituentibus varie differentibus, diverſimode mixtis ac operantibus, & inter ſe & in aliis corporibus; de igne nimirum, aqua, terra, aere, oſtendit ea, quales *actiones* & *operationes chemicæ* in hiſce elementis, in tam variis meteoris ac phænomenis phyſicis naturalibus, & arte, naturæ æmulatione, productis, e cujusvis natura, variaque ſingulorum mixtione, actione ſingularum partium inter ſe & alia corpora occurrant, & a chemico ſolido ex principiis & e fontibus chemiæ theoreticæ obſervari poſſint. 2) *Specialis* etiam *cognitio* e theoria chemiæ quoque deſumta, in ea traditur de principiis phyſicis materialibus, eorum mixtione, convenientia in tribus naturæ regnis, de phænomenis in ſingulis telluris noſtræ corporibus naturalibus, de mixtorum ſingulorum efficacia, & mutua relatione, variisque inde

de ortis *actionibus & operationibus chemicis*, quæ relationem ac reſpectum inſignem ac præcipuum habent ad multiplicem animalium & plantarum evolutionem, generationem mineralium, originem, formationem, varietatem, characteres, qualitates proprias in ſingulis obvias, creſcentiam, conſervationem, nutritionem tam diverſæ mixturæ, multiplicationem, propagationem, decreſcentiam, deſtructionem atque interitum.

Quam *neceſſaria* ſit *hæc ſpecies cognitionis chemicæ*, ad naturam, eſſentiales partes, efficaciam phænomenorum naturæ & corporum naturalium intimius intelligendam & perſcrutandam, & quam *utilis* ea ſit & *Phyſico*, profundo naturæ ſcrutatori & *medico*, cui inprimis plenaria ac ſolida cognitio de omnium phænomenorum naturæ & corporum naturalium influxu, ac effectu in corpus humanum curæ cordique eſſe debet, nemo non intelliget.

Autores citantur quam plurimi de hac parte chemiæ, & ſingulis ejus objectis in J. Chr. Ehrenfr. *Weigel* Grundriſs der reinen und angewandten Chemie im I. Band 1777. 8. & in Erxleben Anfangsgründen der Chemie, Götting. 775. 8.

§. 52.

Chemia applicata medica comprehendit dogmatum, e chemia theoretica deſumtorum, applicationem ad medicinam, & eorum quidem, quæ ad cognoſcendum & penitius detegendum ſtatum naturalem, & præternaturalem corporis animalis, atque cauſas varias diverſarum in illo mutationum occaſionem exhibentes inſerviunt, uti & ad media & conſervationem & præſervationem curationemque promoventia, horumque ritam applicationem conducunt. Inquirit ea corpora, quæ mutatione mix-

turæ ſuæ ita adoptari poſſunt, ut ſtatus morboſi corporis humani corrigantur iis ſic mutatis & præparatis.

a) Chemia applicata *medico-anthropologica* ea reſpicit, quæ in corpore humano & detegenda & applicanda ſunt chemiæ ope, de qua hic in ſequentibus ſex ſubdiviſionibus ſermo erit.

b) Chemia applicata *medico-brutologica ſ. veterinaria* ea eſt, quæ reſpicit inveſtigationem & applicationem in corpore brutorum animalium irrationalium, de qua neceſſaria dicuntur, in capite de arte veterinaria.

§. 53.

Chemia applicata medico-phyſiologica, ea eſt pars chemiæ applicatæ medicæ, qua non ſolum tam variæ partes eſſentiales conſtituentes corporis humani ſani, experimentis ac congrua inſtrumentorum paſſivorum activorumque applicatione, penitius principiis chemicis theoreticis inveſtigantur, ſed in corpore quoque humano ſano actiones, operationesque variæ chemicæ, in actione ipſa, exercitio functionum corporis humani, obviæ, adcuratius determinantur.

In chemia *phyſiologica* inquiruntur

I) Partes eſſentiales elementares, conditio, ſubſtantia, mixtio, proportio relatio ſingulorum varia, reſolutio partium in ſtatu putrido, & fluidarum & ſolidarum, in corpore humano ſano vivente obviorum, & quidem A) ex hygrologia, ſeu doctrina de *humoribus* humani corporis, & B) e doctrina *partium ſolidarum* corporis humani, ſtructura eorum & mixtio diverſa interna conſideratur.

II) De-

II) Determinantur & *eruuntur* etiam in hac chemiæ applicatæ parte *omnes actiones*, & *operationes chemicæ* quæ fiunt, & occurrunt in ſecretione, & excretione tam diverſorum humorum, & generatione tam variarum partium ſolidarum, in tam diverſis functionibus ſingularum corporis humani partium.

Inſignem *lucem* ex hac *chemiæ applicatæ* parte *hauriunt*, non ſolum in phyſiologia doctrina, de mixtione humorum & partium ſolidarum corporis humani, ſed etiam doctrina de ſingulari ciborum reſolutione per fermentationem in ventriculo orta, de chyli extractione & confermentatione cum ſanguine, de ortu ſeri ſalſi ex reſoluto ſanguine, & alimentis non manifeſto ſalſis, de chylificatione, de cauſæ rubedinis in ſanguine, de caloris cauſa in circulo ſanguinis, ſanguificatione ipſa, de origine famis, ſitis, nutritionis, incrementi, ſenſationis corporis humani, reſolutionis plenariæ partium antea mixtarum in ſtatu nimirum putredinoſo &c. A *medico* itaque, cui phyſiologica cognitio corporis humani tam neceſſaria eſt, *hæc chemiæ applicatæ medicæ pars ſemper* omni cura probe *excolenda* eſt.

*) C. E. *Weigels*, Grundriſs der reinen und angewandten Chemie im 1ſten Bande. Greifswalde 777. 8.

*) Alb. ab *Haller*, Elementa phyſiolog. Tom. I-VIII. Lauſ. 757-66 4. Plures autores in capite de phyſiologia determinantur ſpeciatim.

§. 54.

Chemia applicata medico-pathologica ea eſt pars chemiæ applicatæ medicæ, in qua ratione mixtionis ac conditionis partium elementarium, tam diverſe mutati humores ac partes ſolidi cor-

poris humani morbo afflicti, principiis chemicis inquiruntur. Omnes in ſtatu ſano chemiæ phyſiologicæ ope, inveſtigatæ partes fluidæ ac ſolidæ, quomodo ſe habeant in ſtatu morboſo, in hac parte chemiæ conſiderantur.

Inquiruntur in ea conditio humorum, ab iis qui ſtatum ſanum conſtituunt & conſervant, valde diverſorum. *Inveſtigat hæc pars chemiæ*, principiorum & experimentorum chemicorum ope, origines, cauſas, ſigna variorum morborum & ſimplicium & compoſitorum, 1) in ſimplicibus quidem, eos qui oriuntur e connexione nimis forti, ſeu debili, in partibus ſolidis & fluidis, vel e varia mixtione, vel motu eorum irregulari præternaturali. 2) In compoſitis morbis, qui oriuntur a læſa digeſtione, vel humoribus in genere.

Maxime *proficua* eſt hæc *chemiæ applicatæ ſpecies* ad *pathologiam* inde formandam. Varias enim cauſas, modos, effectus, humorum degenerantium in corpore humano, dum vel vaſis immoti hærent, vel tardius percurrunt ea, aut in cava effuſi, quieſcunt aut denique prorſus permutantur, hæc & ſimilis iſta chemiæ pars luculenter vel directe demonſtrat, vel indirecte ratiocinio pathologico fundamentum præbet. *Quid nimirum acre*, & quotuplex illud ſit, quicquid in nobis natum idem pareat, unde trahat ortum, unde porro partes ſanguinis coeant, unde coacta reſolvuntur; unde indoles puris, ſaniei, ichoris, liquidi virulenti, gangrænæ putridum, exitus ſphaceli; unde tam varia oſſium mala ortum ſuum trahant; alibi cauſæ & origines horum phænomenorum fruſtra quæſitæ, in hac tantum chemiæ applicatæ parte, fundata, veris principiis chemiæ theoreticæ, liquido & ſolide perſpici poſſunt. In illa etiam Medici-

cinæ parte, quæ in *ſignis ſanitatis*, *morbi* & vitæ tractandis verſatur, quamplurimum etiam *juvat* chemia applicata *pathologica*, ſtrictius ſic dicta *ſemiotica*. Crebriores arteriarum pulſus febrem denotare præſentem, hujus gradum illorum numero definiendum eſſe, aucto hinc naturali calido abſumi radicale humidum & inde vitæ periculum inſtare, pro vario gradu diverſum, *ſemiologo* ex ſemiotices principiis, hæc tantum de hoc phænomeno conſtant. Chemicus vero ulterius progredi poteſt in inquirendo hoc phænomeno, in corpore humano obvio. Ars enim ejus chemica docet, & certiſſimis experimentis huc collatis, augmento *caloris* & quidem e numero pulſuum aucto, liquidiſſima ſic difflari, denſari reliqua, olea ſolvi, fuſa miſceri ſanguine, atteri, acria reddi, fieri volatilia, in putredinem vergere, hinc vaſis minimis impreſſa, cerebrum miris turbare modis, nec tam facile e ſanguine ſeparari poſſe: *Salinum* vero in *humoribus* ita mutari, ut ex tardiore plane admotum natura, quæ nativa illi aderat, jam ſponte fere volitat, ex blanda indole acerrimum, & ex ſaponacea levi qualitate mordax alcali evadat. Atque ita inde verum eliciunt, & ſigni hujus intellectum proprium & genuinum, pariter illius uſum exhibent iſtius generis *ſemiologi*, principiis chemiæ bene inſtructi.

Interna corporum & abdita in morbis de conſpecto *lotio* eliciendi indeque intelligendi, jam antiquus, & noſtris etiam temporibus non ſolum eſt mos, ſed etiam neceſſaria cognitio hujus phænomeni, in affectibus humanis tanquam eximii ſigni ad tam diverſos morbos probe diſtinguendos, dijudicandos & futuros ſtatus prævidendos & eo accuratius determinandos. Chemiæ peritus medicus

urinam ad artis ſuæ leges explorat, & quam plurima utilia ibi detegit. Sic quoque *ſputorum*, *ſudorum*, *puris*, *ichoris*, *alvi* denique *excrementorum* naturam per ſigna accurate dignoſcere haud poterit alius, quam medicus, artis chemicæ probe peritus. Sola enim medica arte inſtructus, ea non tantum efficere valet, quam qui chemicam artem penitius intelligit, quo dein aptus evadet, ut utriusque indicio, rectoque uſu, aperiat illa, quæ ſine his judiciis neutiquam intelligi poterant.

§. 55.

Chemia applicata medica diætetica ea eſt chemiæ applicatæ pars, quæ indagat conſtitutionem, variam mixtionem, diverſas partes elementares rerum non naturalium, de quibus ſermo eſt in diætetica, quorum applicatio ad ſanitatem conſervandam, & morbos auferendos valde differt, pro cujusvis iſtius corporis varia craſi & reliqua conditione.

Conſiderat itaque hæc chemiæ applicatæ pars res ſic dictas non naturales, pro varia ſingularum compoſitione, mixtura atque inde orto affectu diverſo in corpore humano, aerem nimirum cibum, potum, motum, quietem, promotionem ſecretionum, vigilias & ſomnum.

Quoad aerem requirit ea ejus variam a) temperiem, reſpectu caloris, frigoris, preſſionis; b) *mixtionem* tam diverſis alienis partibus impletam; c) *motum* varium, vel in loco clauſo vel aperto, vel extra nexum atmosphæræ conſtitutum, vel cum hac communicantem, diverſi generis *ventos* producentem, tam multiplicibus partibus impletos, varieque, pro ſingularum partium hic multiplici modo mixtarum conditione, efficientes. In *nutrimentis*, in

in cibo & potu nimirum, tam ex regno vegetabili quam animali & minerali deſumto, disquirit ea a) partes earum conſtituentes, ſimplices vel compoſitas; b) varium partium reſpectum, connexionem, cohæſionem, ſolutionem, effectum variis inſtrumentis chemicis tam activis quam paſſivis obtentum, diverſam corporum nutrientium & eſculentorum & potulentorum præparationem multiplicem, in arte coquinaria, & inſtrumentorum variorum ope hic neceſſariorum.

Hac tantum *Chemiæ parte* accurate *formari poſſunt* concluſiones, & corollaria in determinandis gradibus, duratione, diverſitate cauſarum, in comparatione cum *ſtatu* hominis *phyſiologico* & *pathologico*, quantum rerum non naturalium influxus valeat, in tam valde differentibus ætatibus, vitæ genere, victu & amictu, & ad conſervationem, infirmitatem, & reſtitutionem ſanitatis. Victum ex ſanis artis regulis præſcribere nemo valet, quem latet, in quodnam genus corruptionis agatur potus cibusque in determinato gradu motus, quo corpus aſſumturi exercetur, vel in propria cujusque temperie.

Agricolis, curſoribus omnibusque iis, qui duro membra exercent labore, opificibus quibusdam carnes, piſces recentes, ſine copioſo ſale, ocyſſime putreſcunt in eorum ventriculo valido, nimis attrito motu; hiſce vero magis proderunt frumenta, panis aceſcens, lac, piſces v. carnes aere vel fumo exſiccati, ſive copioſo ſale acetove conditi, una cum aqua vel tenui aceſcente cereviſia. In hiſce enim perſonis, tendit per exceſſum motus, bilis atque univerſus ſanguis in putredinem; ad hanc itaque avertendam ea opponenda ſunt & conducunt, quæ

quæ aciditate, ſale, duritie, putrefactioni quam maxime reſiſtunt.

Litteratis vero, qui ſapientiæ ſtudiis acerrime incumbunt, & motus corporis exercendo & firmando debitus & neceſſarius deficit, ea dum valent, potius præſcribenda ſunt, quæ faciliora digeſtu ſunt, eo melius iis conducunt ac vergunt in naturam humorum corpori humano naturalium, minus ſalita, recentia, carnes, piſces, quod e principiis chemicis luculenter illuceſcit.

Aer nimirum alimenta, potus, horum materia, condimenta, præparatio, motus, ſomnus, excernendorum ſtimulus, animique affectus, ad moderamina ſalubris vitæ, chemia variis ex fundamentis & principiis explicare valet. *Hæc* itaque *pars chemiæ* applicatæ *ſemper utilis ac neceſſaria* atque a *Medico* nunquam negligenda eſt.

*) *Weigels*, Grundriſs der reinen und angewandten Chemie in I. B. 777. qui plures allegat autores.
J. E. *Hebenſtreit*, ætiologia chemica. Lipſ. 757. 4. Plures autores in capite de pathologia.

§. 56.

Chemia applicata *medica therapevtica* eam comprehendit partem chemiæ applicatæ, quæ principiis chemicis disquirit conditionem corporum, & ſanitati conſervandæ & amiſſæ reſtituendæ proficuorum, atque varia ſubinde efficaciſſima medicamenta e ſubjectis variis extrahere & componere docet.

Partes chemiæ theoreticæ præcipuæ ſunt, quæ reſpiciunt a) *therapiam generalem* b) *materiam medicam* & diæteticam & internam externamque proprie therapevticam, c) *pharmaciam*, d) *artem formulas præſcribendi*.

A) *Che-*

A) *Chemia therapeutica* verſatur inprimis in eo, ut ex principiis chemiæ *theoreticæ* eruat, ac inveſtiget ſtatus diverſos univerſales morboſos præternaturales, in partibus corporis humani conſtitutivis & fluidis & ſolidis obvios, in quovis modo ſpeciali vel ſimul vel ſpeciatim occurrentes, & quæ pro quovis tali ſtatu avertendo inprimis conducunt, & ex principiis chemicis applicandæ ſunt, quales dein ſigillatim occurrant actiones chemicæ in corpore humano ægroto, atque in remediis in eo applicatis, de quibus non ſolum in univerſali ſed in ſpeciali pathologia & therapia morborum ſpeciatim tractatur. Conſiderantur præcipue in ea. 1) *Status* morboſi *partium ſolidarum*; 2) debilitata *digeſtio* a mala conditione ſolidarum partium & mixtione humorum in primis viis plurimum orta. 3) Conditio *ſanguinis* reſpectu mixtionis, cohæſionis, copiæ, motus, 4) ſecretiones & 5) excretiones imminutæ vel ſublatæ; 6) ſtatus præternaturales, inteſtini, febriles, inflammatorii, univerſales, bilioſi, putridi; 7) morbi nervorum, nimia ſenſibilitas ſyſtematis nervei; 8) morbi a noxio orti effectu venenorum & chemico conſiderati oculo.

Hoc itaque modo peculiarem plane *influxum* habet, & *utilitatem* exſerit *chemia applicata therapeutica* in therapia morborum interna uti & externa. Ad curandos enim tam varios ſtatus corporis humani præternaturales varia requiruntur e diverſis ſcientiis, inprimis quoque *principia chemica*; quorum ope ſtatus cujusvis præternaturalis conditio interna eo clarius pateſcit, variaque phænomena eo luculentius explicari poſſunt; cujus quoque ope quam optime inveſtigari, applicari & opponi poſſunt congrua media activa & contra-agentia, tam diverſas partes conſtituentes, efficientes

va-

varieque mixtas continentia; uti & modus efficiendi explicari poteſt, quo remedia tam ſimplicia quam compoſita in humores ac partes ſolidas corporis humani, tam diverſæ conditionis in ſtatu morboſo agunt, cum effectus iſti ſæpe in corpore humano æque ſe manifeſtent ac in operationibus chemicis, in commixtione diverſorum corporum, tot varias partes eſſentiales conſtituentes comprehendunt: ſi ad curam morborum animus intenditur; victus nullus ægrotantibus ſalubris exhiberi poteſt, nec remedia vitæ ſuſtinendæ vel inſtaurandæ apta, nec ea acquirenda ſunt, quæ aliena corrigunt, vel expellunt, quæ urgentia leniunt, niſi ex inſtrumentis idoneis, quæ chemia inprimis explicat, ſola hæc ordine digerens optimeque in uſus idoneos præparans. *Hæc* itaque *pars chemiæ applicatæ* in praxi *tam neceſſaria*, ſemper eſt excolenda, & nunquam negligenda a medico ſolide docto & prudenti.

B) *Chemia applicata therapevtica medicam reſpiciens*, continet ea dogmata & præcepta chemica in theoria chemica fundata, quæ inſerviunt ad penitiorem & accuratam cognitionem omnium eorum corporum, quæ hominibus & in ſtatu ſano & in ægroto proficua & utilia ſunt, de quibus ſermo præcipue eſt in *materia diætetica* ac *medica* interna externaque.

In hac *chemiæ applicatæ parte* 1) *disquiruntur* & denominantur accurate & ſolide, chemicis principiis, operationibus, inſtrumentis, & activis & paſſivis, omnium corporum e tribus naturæ regnis deſumtorum, nutrientium & eſculentorum & potulentorum, uti & omnium remediorum internorum externorumque partes eſſentiales, elementares, ſtructura, conſtitutio eorum interna, varia mixtio,

con-

connexio, proportio, relatio ſingularum earum partium; 2) modus chemico etiam oculo determinatur; & 3) diverſi ſingulorum remediorum effectus tam generales quam ſpeciales. Diverſa remediorum claſſificatio, pro varia eorum fundamentali mixtione & diverſa parte, una alterave elementari prædominante, in majorique copia ſe manifeſtante; uti & pro diverſis partibus prædominanter efficientibus, ex vi quadam propria & ab iis pendentibus tam variis effectibus plane peculiaribus.

Effectus mediorum & externorum & internorum, quum ab eorum craſi & varie in iis contentis ac mixtis partibus conſtituentibus eſſentialibus dependeant, notitia & cognitio harum partium plenaria omnino ita requiritur, ſine ea nullus ſolide doctus ac prudens medicus ſolidam & felicem praxin exercere iisque morbos vel præcavere, vel eos prorſus auferre poteſt. Scientiæ itaque eæ auxiliares ſemper a medico conſulendæ & applicandæ ſunt, quæ hanc notitiam adæquatam ac genuinam exhibent, circa partes conſtituentes efficientes remediorum medicorum; circa materiam diæteticam & medicam tam internam quam externam puto, & cum hac tam intime conjunctam neceſſariam chemiam tam theoreticam quam applicatam medicam. *Neceſſitas & utilitas* in re medica, hujus chemiæ applicatæ partis, ex hactenus dictis ſatis ſuperque itaque per ſe patet.

Nicol. *Lemery*, Cours de chemie auct. opera ill. Baron. Paris. 756. 8.

*) *Weigels*, Grundriſs der reinen und angewandten Chemie in Tom. I. jam cit.

Boerhav, Elementa chemiæ, Lugd. Batav. 732. 4. II. & germanice cum Wiegleb notis, Lipſ. 778. 8. III.

Caſp. *Neumann*, Prælectiones chemicæ editæ a Joh. Chr. Zimmermann Berol. 740. 4. in germanicam linguam

guam verſæ, Züllichau. 749. III. 4. & multo auctius editæ dein a G. H. Keſſel, Berlin 758. 8.

Zimmermann, Grundſäze der theoretiſch - practiſchen Chemie, Dresden. 756. 4. III. Chemie Medicinale par Mr. *Malouin*, a Paris 750. 12. II. & german. Altenb. 760-764. a G. H. Königsdörfer. Plures autores in capite de Materia medica.

§. 57.

Chemia pharmacevtica ſeu *pharmacochymia* eſt illa chemiæ applicatæ medicæ therapevticæ pars, quæ tantum præparationes medicamentorum tradit: qua corpora per mutationem mixtionis ſuæ propriæ apta reddere poſſumus, ſtatus morboſos corporis humani corrigendi. Ad hanc rite ſuſcipiendam medicamentorum præparationem requiritur, ars ſimplicia medicamenta colligendi, depurandi, ſolvendi, componendi, aliis miſcendi pro ſcopo medici in uſum & ſolamen ægrorum; *Pharmacia ſ. pharmacologia* hæc ars appellatur, & is qui novit medicamenta colligere, elicere & componere, *pharmacopæus* appellatur.

Hæc Chemiæ applicatæ pars & univerſæ pharmaciæ involvit cognitionem plenariam, accuratam ac ſolidam omnium corporum ſimplicium ſ. ſic dictorum materialium, ac ſcientiam quomodo corpora naturalia, viribus medicatis vel jam inſtructa, vel iisdem nondum donata, & ſecundum artis chemicæ dogmata eo debeant præparari, adaptari, ut facilius ingeri atque promtius & efficacius actionem ſuam in corpore animali exercere poſſint; notitiam ea quoque tradit inſtrumentorum, quibus indiget pharmacopæus, ad tam varias operationes pharmacologicas ſuſcipiendas & exercendas. Hæc chemiæ practicæ pars nimirum partim indolem, & principia ſimplicium medicamentorum de-

te-

tegit, partim præparationem & compoſitionem deſcribit. Studioſius ea itaque examinanda eſt, ut remediorum ſelectus in materia medica per eam fiat, & uſus auxiliorum in corpore ægro certior reddatur.

Pertractantur dehinc in *pharmacia* 1) doctrina *labores* ac *præparationes productorum pharmaceuticorum attingens*: ea doctrina, quæ agit de præcipuis & conſuetis chemicis operationibus, in pharmacia occurrentibus, & neceſſariis ad remedia e corporibus naturalibus rite præparanda, & quæ reſpiciunt, vel diminutionem l. extractionem, l. mixtionem, l. compoſitionem; determinantur quoque cautelæ variæ, ſpeciales, modus diverſus præparationis corporis ſimplicis ad operationem, operationis ipſius mixtura & proportio adæquata; menſtrua apta, effectus, finis & ad quamvis operationem chemicam pharmaceuticam recte inſtituendam, tempus congruum, & neceſſariam temporis durationem rite obſervandam, in quovis, ad hanc illamve operationem congruo, antea accurate præparato corpore, naturali, qua medio, medico jamnoto; 2) doctrinam continet quoque de quavis in *operatione pharmaceutica neceſſariis inſtrumentis*, eorum effectibus, fine vario, recto uſu & ſelectu, appropriata applicatione cujusvis inſtrumenti & activi & paſſivi, 3) doctrinam de *productis*, ac in *quavis operatione* pharmaceutica *acquiſitis*, diverſimode denominandis, deſcribendis rite, & claſſificandis pro varia conſiſtentia, forma ſtructura, & partibus conſtitutivis, uti & pro variis dotibus in examine accurato ſenſuum ope & experimentorum diverſimode ſe manifeſtantibus, e quibus præcipua ſunt 1) remedia *fluida* per deſtillationem, infuſionem, coctionem, emulſionem, preſſionem paranda; 2) remedia *ſolida*

da per coagulationem, præcipitationem, cryſtalliſationem, ſublimationem, fuſionem, calcinationem, combuſtionem, mixtionem ſimplicem, pulveriſationem, levigationem, &c. præparanda; 3) *mediæ conſiſtentiæ remedia* quoque in pharmacia pertractantur, quæ aſpectu & tactu partes ſolidas & fluidas oſtendunt, ad quæ referuntur remedia per evaporationem & inſpiſſationem per liquefactionem, coagulationemque paranda; mechanicis operationibus acquiſita producta, vel reſpectu diminutionis, ſeparationis partium vel reſpectu connexionis intimioris artificialis.

§. 58.

Conſiderat quoque *pharmacia* doctrinam, quæ 4) *labores* attinet remediorum & *corporum* naturalium *ſimplicium*, nondum mutatorum, ſolicite ſemper obſervandos a pharmacopæo, rectam eorum inprimis, accuratam genuinamque acquiſitionem ſpectantes; uti & collectionem recto tempore convenientem, copiæ, optimisque qualitatibus inſtructæ depurationem; examen accuratum qualitatum cujusvis multiplicisque mangoniſationis; ſelectum; adornationem ritamque denominationem ſecundum cujusvis regni denominationes rectas, ſyſtematicas, officinales, provinciales; uti & ad diviſiones; ordines; claſſes; genera; ſpecies; aſſervationem in loco congruo & in vaſculis aptis, pro cujusvis remedii ſimplicis indole, leviorique mutatione, ab atmosphæra vel nimis humida, l. ſicca, l. calida l. frigida; modum, formam, & colorem, ſaporem, odorem, qualitates varias corporis ſimplicis l. qua diſciſſi l. integri, pro cujusvis ſignis characteriſticis, varietatibus, locis natalibus, &c.

5) Doctrina de laboribus multiplicibus, qui verſantur in remediis tam internis quam externis

na-

naturalibus, ſimplicibus, compoſitis æque ac pharmaciæ ope productis, varii generis ac ſpeciei, ad medicorum præſcriptiones varias ſtatim componendis, juſtis regulis & cautelis etiam hic determinatis.

6) *Dotes pharmacopæi*, et *requiſita* ejus pharmaciam rite, nec tantum mechanice, uti dulciarii, nitri coctores, aliique artifices, ſed ſolidioribus doctrinis probe inſtructus, rationali modo et religioſe exercendi, et pertractandi omnemque operam adhibendi, omniaque ita apta reddendi, ut a medicis præſcripta ac ordinata in ægrotantium ſalutem applicari poſſint, hic quoque determinantur.

7) Norma hic quoque determinatur, quæ a pharmacopæo ſollicite obſervanda eſt, et in qua iſte obligatur, ad aſſervanda quædam quovis tempore in pharmacia neceſſaria remedia, ſimplicia et compoſita et naturalia non mutata ac mutata, et in quanam compoſitione congrua, in recta doſi, modo ac forma, in variis denique compoſitis aſſervandis. Hæc deſcriptio rerum medicamentalium, notas diſtinctionis, colligendi, depurandi modum, earumque vires et doſin exhibens, in uſum medicorum, et pharmacopæorum contenta eſt, in ſic dictis *pharmacopæis* fere cuivis regioni propriis.

§. 59.

Naturalia corpora ſimplicia viribus medicatis jam inſtructa præcipua ſunt, uti jam audivimus, pharmaciæ objecta. Quum vero eadem haec corpora, prout natura ea largitur, ob varias ſæpe cauſas inquiri nequeant, eaque vel ob tam varias partes mixtas, inertes, vel etiam ob alimentoſas, vel interdum etiam ob venenatas adjunctas mirum in modum in actionibus ac effectibus immutentur, *neceſſe itaque erat*, ut impedimenta iſta moveren-

verentur, et particulæ iſtæ ſalutares activæ ſeorſim colligerentur. Hæc omnia *pharmaciæ ope* præſtari poſſunt.

In corporibus naturalibus non omnes partes conſtituentes ſunt activæ et viribus medicatis inſtructae, ſed plures inertes intextæ ſunt in matricibus quaſi inefficacibus, quibus ta men efficacitas particularum agentium in humano corpore diuturnior evadit, ac lenta producitur evolutio, vel plane nulla, impoſſibilisque ſæpius evadit in corpore humano ob tam arctum vinculorum nexum; *hunc nodum ſolvit* et removet *pharmacia*, chemiæ ope variisque aliis adminiculis ſicſeparat, ac evolvit ea in naturalibus corporibus, viribus medicatis inſtructis & quidem

a) Varias particulas activas, quæ ejusdem ſunt generis, quæ conjunctæ unicum tantum effectum edunt conſpicuum diverſum plane ab eo, qui obſervatur in particulis activis disjunctis;

b) Vel varias particulas, indolis diverſæ, citius et tardius operantes, in ſimplicibus corporibus, e. g. roborantes cum purgantibus;

c) Vel eas etiam particulas ſalutares cum venenatis ſimul combinatas.

d) Vel particulas ea evolvit activas, quæ ſi conjunctæ manent, noxiæ, ſeparatæ vero et aliis ſubſtantiis conjunctæ, medicatæ exiſtunt. Separatione partium inertium ab activis particulis efficaces proprius ad ſe invicem accedunt, conjunguntur, ac conjunctæ vi demum unita fortius in corpore humano agere poſſunt. Sic *arte pharmaceutica* remediorum ſimplicium mutatorum particulæ noxiæ, ſeparatæ, proficuæ vero antea disjunctæ vel non propius conjunctæ, in minori volumine idem

nunc

nunc præſtant, quod corpora ſimplicia non mutata, non niſi multo majori copia ingeſta præſtare valent, quæ ſic facilius, in minori etiam volumine ac commodius ingeruntur, nauſea quoque a majori doſi et a ſapore ingrato ſæpius excitata, facillime evitatur; cum facilius rejiciatur remedium iſtud ſimplicius, nondum mutatum, legibus vero pharmaceuticis congrue præparatum ac adaptatum ad ſalutarem ægrotantium uſum et ſolamen juvet.

Solius pharmaciæ ope variorum corporum partes activæ antea ſeparatæ denuo conjunguntur, unius alteriusve aut plurium partes inter ſe invicem miſcentur, atque ita nova remedia novis impleta viribus producuntur. Hæc omnia ſedulo perpenſa artis pharmaceuticæ *neceſſitatem* pariter ac *utilitatem* luculenter declarant. Quum pharmacia inſtrumenta quoque ſuppeditet, et modum remedia præparandi ac componendi, quibus morborum ſeminia e corpore expelli poſſunt, hinc non utilis ſolum, ſed plane neceſſaria facta eſt pharmacia.

Ex *chemiæ* ergo applicatæ medicæ partibus inprimis excolendum eſt a *medico practico chemiæ pharmaceuticæ ſtudium*. Cognitio enim remediorum ſine cognitione partium conſtituentium valde manca eſt, atque ad varias periculoſas compoſitiones, errores et transmutationes ſeducit; et medico porro ea eſt neceſſaria, ob tam varios ſtatus, qui ipſi occurrunt, quum ſæpius remedia ipſe præparare, et componere cogitur, vel loco officinalium alia adhibere obligatur, quo in caſu hæc chemiæ pars eum tanquam manu ducit et idoneum reddit ad corpora inveſtiganda, quorum partes conſtituentes ſimilitutinem cum iſtis exſerunt, quibus nunc caret, et quorum loco alia adhibere coactus eſt.

 a) Auto-

a) Autores de pharmacia in univerſum.

*) I. F. *Cartheuſer*, pharmacologia theoretico-practica. Berol. 745. et 770. 8. *Malouin*, traité de la chémie, contenant la maniere de préparer les remedes à Paris 734. 8. & ejus chemie medicinale. Paris. 750. II. 12. 755. 12. & germanico idiomate editum a *Kœnigsdoerfer* Altenb. 762. & 764. 8. II.

Beaumé Elemens de la Pharmacie théorique et pratique. à Paris 762. & 764. 770. 778. III. & germanic. ſupra jam citat. eſt. --- *) C. G. *Poerner* delineatio pharmaciæ chemico --- therapeuticæ. Lipſ. 764 & 768. 8.

*) A. S. *Retzius* Kort begnep af Grunderne tit pharmacie. Stockholm 769. 8. et latine ſub titulo primæ lineæ pharmaciæ Gœtting. 771 8. et german. a C. *Ebermajer*, Lemgo. 777. 8.

Neu vermehrter und verbeſſerter Apotheker-Catechismus. Hamburg 776. 8.

F. A. *Goething* Einleitung in die pharmacevtiſche Chemie für Lernende. Altenburg 778. 8.

*) C. G. *Hagen*, Lehrbuch der Apothekerkunſt Königsberg. 778. & Lpz. 781. 8.

Neues verbeſſertes Diſpenſatorium oder Arzneybuch, worinn alles zur Apothekerkunſt gehörende nach den Londner u. Edinburger pharmacopæen mit praktiſchen Wahrnehm. u. Bemerk. Wien. 768 II. 8.

*) G. F. *Gmelin* Einleit. in d. Pharmacie Nürnb. 781. 8.

b) Diſpenſatoria.

Diſpenſatorium regium electorale Boruſſo Brandenburgicum. 734. fol. & 758. & cum G. H. *Schulz* prælectionibus Norimb. --- 753. 8. denuo augmentis editum Berol. 782. 8. --- Diſpenſatorium *argentoratenſe* 757. fol. --- Diſpenſatorium *Leidenſe* 751. 8.

Pharmacopæa *Edinburgenſis* 758. 776. & 1780. 8. aucta ab C. G. *Baldinger* Bremen. 775. & 778. 8. & Edinburgenſis pauperum. Edinburgh. 759. & Frft. 762. 8.

Pharmacopaea Londinenſis, una cum Meadiana Londini 761. & Frft. 771. II. --- *) Pharmacopæa *Würtembergica* Stutgard 771. fol. --- Pharmacopæa *Palatina* Manhemii 767. 4. --- Pharmacopæa *Helvetica* cum præfatione, Alb. Haller. Baſil. 771. II. fol.

I. B. *Boger*, codex medicamentarius Pariſinenſis, Frft. 760. 8. --- Pharmacopæa *Danica*, Hafniæ 772. 4.

Diſpenſatorium pharmaceuticum *Brunsvicenſe*, Brunsvicæ. 1777. 8. --- *Pharmacia pauperum*, Hamb. 781. 8.

Pharma-

Pharmacopæa *Herbipolitana* Bamb. 782. 8. --- Pharmacop. *Auſtriaco* - provincialis Vindobon. 774. 8. & 776. ſub titulo: öſterreichiſche Provincial - pharmacie 8.
*) Pharmacopæa *Suecica* Holmiæ. 779. 8. & germanice, ſchwediſche Pharmacie Lpz. 776. & 782. 8.
*) Pharmacop. *Roſſica* Petropol. 778. & 782. 8.
Brocks General diſpenſatory. Lond. 774. 8.
R. *James's* pharmacopæa univerſalis, or new univerſal engliſch diſpenſatory. London 752. 8. Ant. *Lewis* new diſpenſatory, containing the Elements of Pharmacy, the materia medica &c. London 770. 8. & germanice 778. 4. --- *) C. J. *Mellin* Pharmacia ſeculo moderno accommodata. Altenb. 772. 8.
I. L. *Witwer* diſſ. idea diſpenſatorii noſtris ævis accommodati. Argent. 774. 4. --- *) Daniel Wilh. *Trilleri*, diſpenſatorium pharmacevticum univerſale. Frft. 764. 4 II. *Spielmann* pharmacia univerſal. Argentor. 782. 4.
I. H. *Pfingſten* deutſches diſpenſatorium od. allgem. Apothekerbuch in alphabethiſcher Ordnung Stuttg. 783. 4. --- C. F. *Scherpf* Verſ. des Apothekerb. vor Landſtædte. Gotha 782. 8.
*) I. I. *Plenck*. pharmacia chirurgica. Viennæ 775. & 782. & german. 780. 8. --- I. I. *Weichard* de pharmacopoliis rite conſtituendis 776. 4.
F. W. *Eſſich* medicíniſch. pharmacevtiſch. Handbuch für Anfænger d. Medicin u. Chirurgie Augſb. 778. 8.
Pharmacia rational. Eruditor. examini ſubjecta. Caſſel. 778. --- 780. VI. 8. --- *) I. *Piderit* pharmacia rational. correcta & concentrata. Caſſel. 782. 8.

§. 58.

Chemia formularis, eſt ea pars chemiæ applicatæ, medicæ therapevticæ, quæ continet methodum formulas conſcribendi medicas, ad morbos & internos & externos; ſ. quoad materiam & formam remedii pharmacevtici ex arte inventi rationalis conſignatio medica, juxta quam id a pharmacopæo apte parari atque ægro commode et fructuoſe poteſt applicari.

Hæc *Chemiæ applicatæ pars præcepta tradit*, quomodo præſcriptio ſ. conſignatio juxta principia chemiæ

theoreticæ aliaque a medicis conficienda ſit, qua pharmacopæa ordinatur materia, menſura et forma cujusque remedii et ſimplicis naturalis et producti chemici, e pharmacia aſſumendi, componendi, conſignandi et exhibendi. Doctrina de methodo concinandi formulas conſideranda eſt tanquam pars medicinæ practicæ, quæ remedia ſelecta, probata et convenientia pro morborum, ſexus, ætatis, aliarumque circumſtantiarum ratione prudenter combinare et debita methodo præſcribere docet. Variæ regulæ requiruntur ad aptam formulæ conſtructionem et cautelæ, quas omnes chemia formularis, et ars formulas conſcribendi, determinat. Doctrinæ et regulæ præcipuæ, quæ hic traduntur, ſunt: 1) Ea, quæ ante præſcriptionem formularum a medico obſervandæ ſunt, ad quæ referuntur judicium practicum, ægrotorum ætatem, ſexum, temperamentum, idioſyncraſiam, opes ægrorum, naturam, ſelectum mediorum, non nimis ſenſibus adverſum, remedia rariora et pretioſa, huic vel illi morbo adverſa, reſpiciens; cognitio plenaria ſimplicium, crudorum, præparatorum, et compoſitorum, pharmacorum remediorum; ſecundum principia activa, modum operandi, ac virtutum differentiam, ſecundum diverſam aſſumendi aut applicandi formam, cognitio quoque regularum therapiæ generalis, circa remediorum applicationem, et operationum pharmaceuticarum qualitatumque conjungendorum remediorum, uti & cognitio uſus ac conſuetudinis in hoc vel illo loco.

2) Ea quoque, quæ attinent formularum medicinalium *diviſionem*; a) Quoad univerſam compagem in *officinales* ſ. eas, quæ remedia ſpectant, in phar-

pharmaceuticis officinis, ex autoritate publica, et ad normam diſpenſatorii qualiscunque ad uſus futuros paranda atque aſſervanda; et in *magiſtrales* ſ. *extemporaneas*, quæ a medico ex tempore pro natura morbi et ægri conditione componuntur, præſcribuntur. b) Quoad *compoſitiones*, quæ ſunt vel *ſimplices*, vel *compoſitæ* variæ, comprehendentia medicamenta, vel ſolida vel fluida, vel hæc invicem mixta.

3) Ea, quæ dotes formularum et externarum et internarum, & ſimplicium et compoſitarum, generales reſpiciunt, quæ naturam ac formam formulæ cujusque medicinalis conſtituunt; inſcriptionem, initium, quo deſignatur pharmacopæo, quæ ſequuntur, promere ordinem, quo formulæ ingredientia, modum, tam ipſa formulæ ingredientia, quam menſuras, et ſolidorum & liquidorum deſignandi; ſubſcriptionem formularum externarum, pharmacopæum docentem formulæ ſpeciem, quamnam expetat medicus, quomodo paranda et e pharmacia exhibenda aut applicanda ſit, ſignaturam præſcripti remedii, formam, vim, doſin, modum applicationis, tempus, vehiculum, regimen exponentem.

4) Quæ attinent compoſitionem formularum, quales regulæ & cautelæ obſervandæ ſunt, et quæ requiruntur ad formulam quamvis tam generaliter quam ſpecialiter, et quidem in tam diverſis compoſitarum formularum ſpeciebus, oſtenditur et determinatur, quid in ſingulis earum ſemper obſervandum ſit, exceptis dotibus univerſalibus formularum, e. g. in pulveribus, pilulis, mixturis, electuariis &c. Ratione 1) denominationis ſ. definitionis; 2) differentiæ ſ. diviſionis, vel convenientiæ, reſpectu præparationis, et reſpectu uſus; 3) materiæ

riæ ſ. delectus ingredientium, e tribus naturæ regnis; 4) magnitudinis ſ. doſeos, ſ. proportionis ſingulorum ingredientium quoad formam et effectum, quoad quantitatem præſcribendam et aſſumendam; 5) Ordinis in præſcribendo; 6) Regularum et obſervationum practicarum, quoad doſin, formam variam, vehiculum, ſubjecta, qualitates varias et uſum, &c. uti et quoad formulas varias vel jam obſoletas, vel juxta exempla in libris de methodo concinnandi formulas tradita.

Quam *neceſſaria* et *utilia* quoque *ſit remediorum* in tam diverſi generis morbis cognitio ſolida, nemo dubitat; ſed quam inſufficiens et inutilis ea eſſet ægrotis, niſi legitima præparatio, applicatio et præſcriptio illius auxilii, quo indicationi ſatisfacere conatur medicus, accederet, quæ in concinnatione formularum medicarum quam optime obtinetur.

In tanta morborum multitudine, quibus homo & animalia ſubjecta ſunt, *omnibus iis inſtrumentis inſtructus eſſe debet medicus*, quibus res ſanitati vitæque infenſæ et noxiæ declinari commodeque abigi et proficuæ applicari poſſunt. Hic vero finis obtinetur, ſi ea omnia, quæ uſus et experientia docuit, ſtudioſius eliguntur, et pharmacopæo, fidoque medicorum miniſtro, componenda, conſignanda et exhibenda accurate præſcribuntur & committuntur. Methodus hæc *formulas concinnandi* ultimum complectitur eorum, quæ medico artem ſuam exercenti agenda ſunt.

Doctrina hæc valde *neceſſaria* eſt; a) ob pharmacopæos, ut hi præſcriptionem et adæquatam et congruam acquirant, remedia ægro neceſſaria et utilia rite componendi et exhibendi; b) ob temporis brevi-

brevitatem, quo ſæpe remedia a medico ſunt determinanda, abbreviationes adhibendæ; c.) ob abuſum formularum ita ſcriptarum ne ſchedulam quævis alia perſona ſubito intelligat, & male applicet, vel plane ejus uſum intermittat: ob conſuetum & receptum morem, quo medicus obligatur, formas ejus conſcribendi, in iis inprimis urbibus, in quibus privata diſpenſatio prohibita eſt, quæ non rite conſcriptæ formulæ vario ſunt damno. Quam *utilis* quoque ſit *hæc doctrina* de recta methodo, concinnandi formulas, & male ii agant, qui eam plane negligunt, vel parvi pendunt, omnes fatebuntur, qui non ignoraverint, quod ſæpe errores a medicis in aliis ſcientiis in præſcribendis talibus medicis formulis committantur, quibus ſæpius & pharmacopæo & ægroto contemtui ſint, quin imo ægrum ſæpiſſime jugulent.

*) H. D. *Gaubii* methodus concinnandi formulas medicamentorum. Lugd. Batav. 738. 752. & 782. 8.
Ioh. *Iuncker* conſpectus formularum medicarum Halæ 753. 4. --- *) I. F. *Cartheuſer*, tabulæ formularum medicarum præſcriptioni inſervientes Frft. 766. 8.
S. *Scharſchmid* vom Recept-Schreiben. Berlin 772. 8.
*) I. B. *Eberhardi* methodus conſcribendi formulas medicas. Halæ 754. 8. --- *) C. G. *Gruner*, via & ratio formulas medicas conſcribendi. Halæ 778. 8.
*) P. A. *Parenti*, de doſibus medicamentorum, in ordine alphabetico. Ienæ. 761. 8.
Kurze Anweiſung zum Receptſchreiben Berlin 760. 8.

§. 59.

Chemia forenſis eſt ea chemiæ applicatæ pars, in qua ex principiis chemiæ theoreticæ omnes cautelæ & *regulæ traduntur* & determinantur, quibus tot, in vita communi tam neceſſariæ res, in publicos privatosque cedunt uſus, debita mixtione, mala vero nocent; ac quomodo diverſimode mango-

mangoniſatæ, accurate inquirendæ, & eorum natura perverſa plenarie examinanda partesque conſtituentes diverſæ plenariæ determinandæ ſint. Ob tam diverſa adulterata in ſocietate humana obvia corpora naturalia & artificialia chemiæ hujus applicatæ *objecta* etiam *valde differunt*; reſpiciunt ea inprimis,

1) Modum intimam inſtituendi chemiæ *diſquiſitionem* originis, cauſarum, & partium eſſentialium, tam variorum morborum *peſtilentium*, homines & pecora corripientium, uti & tam variorum miasmatum contagioſorum aliorumque morborum univerſalium, epidemicorum, unicorum, e varia aëris vitioſa craſi, paſſim ortorum, vel a diverſa alia indole malæ mixtionis & in hominibus & in brutis.

2) *Viſitationes chemice ſuscipiendi* officinarum pharmacevticarum accuratas, & ex his remediorum ſimplicium examen, partium eorum eſſentialium, an genuinæ vel adulteratæ ſint; ſuspectorum ac venenoſorum pharmacorum, arſenicalium, mercurialium, draſticorum, diſquiſitionem conditionis, quoad partes eſſentiales internas ac externas, modum aſſervationis, effectum ad inſtrumenta & activa & paſſiva, uti & quoad variam humorum corporis humani mixturam.

3) *Viſitationes inſtituendi* principiis chemicis tabernarum, *myropolarum*, aromatariorum, aliorumque mercatorum ſic dictorum materialiſtarum, varias cum genuinis infucatas materias ſæpius merces lucri cauſa vendentium.

4) Eorum *viſitationem*, chemicis principiis *ſuscipiendi, qui laborantes vocantur*; qui in operoſis ſæpe pharmacopæis plane neceſſaria elaboratione

v. c. olei vitrioli, ſpiritus nitri &c. deſudant, magnaque in copia parant; diverſeque lucri cauſa adulterant, iisque aliam plane virtutem ac effectum ſæpe nocivum inducunt; & ſic quoque

5) Eorum *præparata* ac *producta examinandi* chemice, qui *nobiliſſima metalla arte parare geſtiunt;* qui metalla peculiari, ſæpe fraudulento modo transmutant; qui ex iſtis transmutatis metallis varia præparant ad uſum oeconomicum.

6) Eorum quoque *præparata diſquirendi* chemice, qui *eſculenta varia præparant*, ac in magna copia vendunt, variaque lucri cauſa ſæpius adulterant, e. g. piſtores in annonæ caritate & penuria, panem variis aliis corporibus inſuetis, ſæpe noxiis commiſcent, & adulterant.

7) *Modum varia* alia *eſculenta inquirendi*, inprimis olera ac obſonia ordinaria, ſi virulentis plantis, e. g. cicuta vel aliis, umbelliferis cum petroſelino commiſcentur improvide, ſi in vaſis nocivis, culinariis, cupreis, aliisve metallicis coquuntur &c. Si nocivi fungi aliique fructus, deleterii & baccæ pro eſculentis, ex errore venduntur. Si carnes animalium, & ex iis varia præparata, diverſe adulterata ſunt, & omnium ſic dictorum victualium juſta & ſalutaris mixtio læſa varioque modo fucata, & noxia reddita, publice tanquam juſta venditur a mercatoribus fraudulentis.

8) *Modum eruendi fraudem aromatariorum* in vendendis condimentis ordinariis e. g. ſalis culinaris cum ſale foſſili, ſeu marino; in aromatibus, adulteratis exoticis cum indigenis, obſoletis loco generoſis mole non imminuto, pretio augentibus, e. g. croci cum floribus cardamomi tinctorii,

9) *Mo-*

9) *Modum diverſi generis potulenta inveſtigandi*, quibus partibus heterogeneis aquarum tam diverſæ ſpecies, ad uſum œconomicum neceſſariarum, imbutæ ſunt, an nonnullæ e. g. particulæ calcareæ, gypſeæ vel aliæ putreſcentes immixtæ ſint; qualibus partibus conſtitutivis aquæ minerales & fontes ſoterii ac thermæ &c. conſtant, ut ab incolis quotidie cum fructu bibantur, & adhibeantur, quomodo in publica commoda partes earum conſtitutivæ noxiæ vertantur.

10) *Modum alias potulentorum qualitates, ſpecies, inveſtigandi* e. g. vinum, cereviſiam, ſpiritus ardentes, nec non varia infuſa, & miſcelas potulentas, quibus adminiculis chemicis inquirendum ſit; an omnes debita ſua gaudeant mixtione, nec ex adulteratione fraus commiſſa ſit, ſi variis noxiis corporibus admixtis clarificationis, rubedinis vel aliorum colorum vel volatilitatis cauſa, virium qualitas diverſe adulteratur.

11) Quales operationes chemicæ inſtituendæ ſint, ac inſtrumenta neceſſaria & activa & paſſiva adhibenda ſint, *variorum ſalium*, in vita communi neceſſariorum, mangoniſationem chemicis adminiculis detegendi, e. g. nitri cum ſale communi, ſale marino &c.

12) *Philtrorum* variorumque *venenorum*, corporibus mixtorum, præſentiam ac qualitates, hæc quoque chemiæ pars inveſtigat, uti & variorum *corporum utenſilium indolem* & *naturam*, qui venenoſam indolem exſerunt, & in quibus eſculenta ac potulenta parantur, e. g. viridæ æris in vaſis cupreis, æneis &c. vaſorum terreorum minus juſta vitrificatio.

13) *Modum* denique, quomodo chemiæ theoreticæ & applicatæ docimaſticæ ope æſtimanda ſit,

qualitas

qualitas atque *puritas monetarum* ſymbolicarum & puritas metalli ad ea aſſumti, quibus auxiliis chemicis varia foſſilia inflamabilia, v. c. lithanthraces, turva, ligna bituminoſa, quæ lignorum penuriam & caritatem poſſunt compenſare, inveſtiganda, & partes eorum conſtituentes inflamabiles determinandæ ſint.

Et ſit *hæc pars chemiæ applicatæ multum confert*, plura alia corpora, quæ in vita communi in uſus quotidianos vertuntur, de quibus in *chemia oeconomica* proprie ſermo eſt, inquirendi partes conſtituentes variasque adulterationes detegendi ac nova melioris notæ utenſilia producendi.

Mixtionem corporum & naturalium & artificialium uti & diæteticorum & medicorum, & in vita communi neceſſariorum, quum *chemia forenſis* doceat, adhibitorum ope inſtrumentorum & activorum paſſivorum, operationumque juncto debito ratiocinio, & conſideratione virium corporum ex mixtione actuoſarum, vel ſeparatione vel combinatione partium, quum præter reliqua, incolumitas ac ſalus publica rei publicæ & ſingulorum civium & utenſilium proſperi fructus a chemia & quidem ab hac ejus parte pendeat, quatenus ejus ope fraudes, damna, læſiones, a mala vel illegitima mixtione oriundæ, detegantur & avertantur; quatenus damna ex certa quadam mixtione oborta dijudicentur, nexusque inter cauſas & effectus determinetur, ut inde a magiſtratibus & judicibus ſummis eo accuratius concluſiones elici poſſint, legesque ferantur & ſerventur, non *utilitas* ſolum, ſed imprimis quoque *neceſſitas*, *hujus chemiæ applicatæ partis*, quæ a medico inprimis deſideratur, elucefcit, nec ulteriori probatione indiget,

*) H. F.

*) H. F. *Delii* primæ lineæ chemiæ forenſis. Erlang. 771. 4. --- *) Das geöfnete Laboratorium, oder die entdekte Geheimniſſe der Chemiſten u. Apotheker. ex angl. verſ. a. G. H. Königsdoerfer 760. 8.

*) D. R. *Biedermann* Diſſert. de fraudibus & erroribus pharmacopæorum & quomodo cognoſci queant. Gött. 781. --- *) F. *Gmelin* pharmacia jam. citata.

§. 60.

Ex tot chemiæ applicatæ ſ. practicæ ſpeciebus reſtat quoque ea, quæ *chemia experimentalis* denominatur. Continet ea artificia ipſa chemica, per quæ mutantur corpora ſecundum artis præſcripta. In eaque omnia & in parte theoretica & in practica ſpecialiter determinata, quantum fieri poteſt, oculis ſubjiciuntur ac demonſtrantur.

In *chemia experimentali* atque in iſtis prælectionibus chemicis præcipue obſervatur & ad id attenditur, ut 1) omnium in theoria chemiæ contentorum dogmatum veritas ac probatio per experimenta ipſa dilucidentur ac omnes ſpecies operationum experimentis ipſis manifeſtentur. 2) Antequam vero operatio ipſa in corpore mutando inſtituitur, ſenſibus prius obſertur, illud corpus opere chemico explorandum, ut pateat, quale ſit per ſe, ante mutationem arte productam. 3) Operatio ipſa, accurate in minimis etiam regulariter deſcribitur, qua corpus illud primo recte examinatum, tractandum ſit, & poſtea demonſtratur, ſpectatoribus operatio ipſa pro diverſis ſpeciebus in tam variis corporibus. 4) Effectus illi in corpore examinantur, quos operatio definita produxit. 5) Corpus dein reſiduum poſt quamvis operationem ſollicite inquiritur, oculis ſubjicitur, & comparatio adcurata inſtituitur, cum eo ſtatu corporis mutati, in quo ante applicatam operationem chemicam erat,

quo

quo mutatio deinde exorta, notabilis in hoc reſiduo pateſcit.

6) Inſtrumenta quævis adcurate determinantur, ac deſcribuntur, quibus ſingula quæque operationum genera ac ſpecies effici poſſunt.

7) Corollaria ſubnectuntur, quæ ex operatione in quovis corpore præſtita ſunt, & dehinc natura partium, earum conditio, ſtructura corporum eſſentialis, & effectus operationis inſtitutæ cujusvis, in hoc corpore ſeſe manifeſtantes ſimul determinantur, & deſcribuntur, præmiſſis variis accuratis obſervationibus, indigitantur quoque ea omnia, quæ experimentorum fide confirmari queunt.

Finis chemiæ theoreticæ quum ex eo præcipuo ſpectet, ut clara, & ordinata explicatione omnia pateant, quibus opus eſt & ad pleniorem intellectum autorum in hac arte optimorum, a quibus disciplina ſolis experimentis unice nitens addiſci poteſt, & ad ulteriorem, ad profundiorem notitiam corporum acquirendam, & ad perficienda præcipua quoque opera, quæ ibidem ſolent exerceri, ut manus & mens operi exſequendo apte evadant. *Neceſſitas* & *uſus* etiam hujus partis *chemiæ* quam inſignis ſit, per ſe ſine ulteriore ac penitiore enarratione clara & manifeſta eſt.

Autores hactenus recenſiti chemici in quavis parte chemice pertractarunt quoque *chemiam experimentalem.*

§. 61.

Et ſic quoque *univerſæ chemiæ inſignis uſus* & *neceſſitas* pateſcit jam luculenter, de jam dictis, de ſpeciali uſu cujusvis chemiæ ſpeciei ac partis.

Cognitio

Cognitio mixtionis corporum e ſuis principiis & inde emanantium mutationum ampliſſimæ eſt utilitatis, hinc quoque chemia, qua tantum cognitio hæc poteſt obtineri & addiſci. Dum ea enim non in cortice, nec in ſuperficiebus ſolummodo verſatur, ſed penetralia naturæ ſine ejus principiis chemicis vix reſeranda perſcrutanda, inſignia ex illa redundant commoda in univerſam rem publicam vitamque humanam. Omnia quum corpora vi partium conſtituentium efficiunt, & ex eorum varietate ac corporum deviatione concluditur, quas chemia manifeſtat influxus itaque inſignis chemiæ in totam phyſicam illuceſcit.

Uſus & influxus chemiæ non ſolum in varias artes & negotia, ſed in *artem præcipue medicam* ejusque omnes partes ex eodem patet fundamento. Omnia enim remedia efficiunt tam pro conditione propriarum earum partium conſtituentium, quam pro viribus corporis humani partium conſtituentium, in quo ea applicantur. Et ſi e mera cognitione partium conſtituentium nondum immediate concludi poteſt, ad conditionem virium corporis quos efficiunt, ex analogia partium conſtituentium formari tamen poteſt analogia effectuum. Si itaque partes conſtituentes & effectus operis innoteſcunt, concluſio formari poteſt juſta, quodvis corpus easdem continens partes conſtituentes cum jam noto conveniente corpore, æquales proferre poſſe effectus. Inſtruit chemia itaque homines partes corporum conſtituentes, vires corporum, ab immixtione & partium ſeparatione pendentes, ad corpus applicare humanum, functiones ejus & naturales & præternaturales partim explicare, atque in ægrotantium ſalutem quoque convertere. Docet ea metalla e glebis ſuis educere eaque nobiliora reddere

atque

atque pro innumeris fundere uſibus, ſalia tam diverſa extrahere, pluriesque ea iterum ſeparare ac componere, fœcundare terras, panem fermentationis ope conficere, ſpiritus variaque potulenta producere, cum aquoſis varia miſcere inflammabilia, diverſos coquere ſapones, vitra, gemmas, ac vaſa murrhina, imo & viliora, tegulas, ollasque conflare, ac ea omnia aliaque pingere, coria ſubigere, eaque adaptare ad varios uſus œconomicos; cæmenta diverſa pro exſtruendis ædibus parare, pyriumque pulverem conficere, qui & ſuo tempore oculos lætatur, & ſaxa utiliſſima disrumpit, hoſtesque abigit, variaque alia, de quibus in chemia œconomica ſpeciatim ſermo eſt.

Tam *inſigni* & *tam amplo uſu* ſeſe itaque commendans *chemia*, pro vario reſpectu phyſico, medicinæ œconomiæ, metallurgiæ, mechanicis artibus aliisque plurimis facem præfert. Et hinc non ſolum ad *utiliſſimas* ſed ad maxime *neceſſarias ſcientias* omni jure referri meretur. Ob tot eximias utilitates, chemia præ ceteris, quæ res naturales tractant, artibus eſt commendanda, quippe quarum nulla eſt, quæ non alchemia juvetur, quin imo plures unice chemia nituntur, quæ ſola corporum naturas ſ. principia, unde vires ipſis proprie & conſtantes pendent, pandit, ac nova, quæ natura nobis denegavit, corpora, noſtros in uſus exſtruit. *Medicus itaque*, cui cognitio corporum plenaria de partibus eorum conſtituentibus ac ſingulorum effectibus, *perquam neceſſaria eſt*, ad exercendam ſcientiam medicam, carere non poteſt chemia, nec principiis ejus theoreticis, nec horum applicatione multiplici in parte chemiæ practica. In eam inprimis cognitionem chemicam omnem operam impendere debet *medicus* præcipue *practicus*, quæ

reſpicit & corpus ipſum humanum & eas res naturalem influxum in id exſerentes, & quæ media præcipua contra tam multos corporis humani affectus præternaturales præcipue utilia ac proficua. Acquiſita prius theoriæ chemicæ & ex applicatæ chemiæ medicæ partibus earum, quæ in partes medicinæ varias influxum exſerunt inſignem, ſolida & ſufficiens cognitio, reliquarum tum quoque partium chemiæ applicatæ œconomicæ, medico inter homines vitam degenti, ſemper magno erunt commodo.

J. F. *Kirſchii* Diſſert. præſid. N. *Ludolf* de artis pharmaceuticæ ad ſtudium medicum neceſſitate & utilitate. Erf. 746. 4. --- *) G. D. *Mutzel* diſſ. de examine uſus chemiæ in medicamentorum ſcientia. Halæ 1772. 4. --- J. F. *Schroeter* diſſ. præſid. A. E. *Buchner* de indicatione chemiæ univerſalis ductu formanda. Halæ 765. 4.

J. M. *Aulber* diſſ. de pharmaciæ uſu ejusque abuſu. Argentor. 708. 4. --- H. *Pury* diſſ. de fontis pharmaceutici præſtantia. Baſil. 763. 4.

J. H. *Schnewlin*. de ſtudio pharmaceutico medico, maxime neceſſario. Baſil. 754. 4.

*) L. *Rouſſeau* Vertheidigungsrede der Chemie. Ingolſtadt. 774. 4. --- *) Torb. *Bergmanns* Anleit. zu Vorleſ. über die Beſchaffenh. u. d. Nuzen der Chemie. Lpz. 779. 8. --- *) S. A. *Suckow* vom Nuzen der Chymie zum Behuf d. bürgerl. Lebens u. d. œconomie. Manheim 775. 8.

(* J. S. *Wallerii* diſſ. de nexu chemiæ ac utilitate reipuplicæ. *Langhuth* de cheimæ recentioris præſtantia. Wittenb. 779. 4.

CAP. VII. ANATOMIA.

§. 62.

Anatomia ea eſt ſcientiæ naturalis pars, in qua corporum animalium fabrica, artificioſæ & concinnæ diſſectionis partiumque præparationis ope, exponitur

exponitur, & repræſentatur. *Topographiam* ſc. corporis humani comprehendit.

Vox *Anatomia* ſignificat & diſſectionem ipſam, & artem, ſeu doctrinam, qua oſtenditur, quomodo diſſectio ad juſtas regulas ſit inſtituenda. Diſſectio hæc inſtitui poteſt ad indagandam omnium corporum naturalium fabricam in animalibus, & ſingularum partium qua inſtrumentorum, quibus functiones corporis efficiuntur & producuntur. Senſu lato comprehendit anatomia eam ſcientiam, & ideam adæquatam ſtructuræ corporis, cum omnium partium ſuarum conditione & uſu. In Anatomia connexio partium in corporibus animalium obviarum disjungitur, ſeparatur, & ſecundum regulas artis diſſectio inſtituitur, ad rimandas, pernoſcendas, & eo diſtinctius determinandas, ſingulas corporis partes, externas æque ac internas, earumque ſtructuram, formam, figuram, connexionem, ſitum, mechanismum, magnitudinem, proportionem, ordinem, teneritudinem, diverſitatem ſpecificam, materiam, numerum, meatus ac cavitates varias, in quovis animali ejusque partibus, e quavis regni animalis claſſe, vel terreſtri, vel aquatili, vel volatili: Qui hoc modo ad hunc ſcopum corpora diſſecat *anatomicus* appellatur.

a) Machinæ, & machinulæ in corporibus animalium obviæ, aliæ ſunt exſtantioris fabricæ, quæ illas rimatur *anatomia vulgaris ordinaria*, minusque ſubtilis appellatur;

b) Aliæ minutioris fabricæ, quæ illas ſcrutatur, *anatomia* audit *ſubtilis*.

Objecta Anatomiæ ſunt: 1) corpus humanum; 2) varia alia animalia, & viva & mortua, e corporibus humanis ſunt objectum anatomiæ,

1) Cadavera *adultorum*, utriusque ſexus, antehac ſanorum, ſubito interfectorum, vel alia ex cauſa violenta defunctorum.

2) Cadavera *foetuum*, infantum, puerorum & ſenum ad variam differentiam totius corporis, & partium ſingularum eo clarius perſpiciendam, ac comparandam, tam inter ſe, quam cum adulto corpore.

3) Et eorum quoque *corpora*, qui *morbo obierunt*, ad ſtatum partium ſolidarum eo clarius exemplis illuſtrandam.

Media varia exſtant, hanc cognitionem, omnium & ſingularum partium humani corporis, uti & brutorum, acquirendi:

1) Per *theoreticam* ſ. *ſpeculativam*, ſ. puram *anatomiam*, in qua non ſolum docetur perite & ſcienter ratiocinari de ſtructura corporis animalium; ſed præcepta quoque generalia de rite inſtituenda anatomia traduntur, ſecundum experientiam, quam alii jam ſibi acquiſiverunt, diſſectione & inſpectione cadaverum. Quum vero verbis aut ſcriptis tantum profertur, aliisque communicatur, & quidem de homine, tum audit *anthropographia* ſ. anthropologia, ſi vero de brutis ſermo eſt, tum *Zoographia* appellatur.

2) Per *practicam* ſ. applicatam, in qua corpus humanum vel brutum ad perſcrutandam cujusvis ſtructuram inſtrumentis anatomicis ſubjicitur, dum cadavera incidendo partes, easdemque artificioſe reſolvendo, præparando atque perveſtigando inquiruntur; in quibus diſſectionibus oſtenditur partium tam diverſarum & externus & internus numerus, forma, ſitus, connexio, quam inter ſe habent, ſimulque variæ annotationes & obſervationes,

& phy-

& phyſicæ & medicæ, & pragmaticæ conjunguntur. Ea inſuper applicationem, ſectione nimirum ipſa in animalibus variis, tradit, quales partes adſint in corpore animali, cujus ſtructura ſectione indaganda eſt, ad qualem claſſem diviſionis generalis partim referenda ſit quævis pars, pro varia earum cognitione, quoad diverſam ſubſtantiam, ſtructuram, figuram, ſitum, numerum, magnitudinem.

§. 63.

A) *Anatomiæ puræ* ea præcipua ſunt capita, quæ reſpiciunt 1) *generalem conſiderationem principiorum*, ſeu in corporibus animalibus obviarum partium ſimplicium conſtitutivarum, quomodo rite diſcernendæ, cognoſcendæ, definiendæ vel deſcribendæ, ordinandæ, & in claſſes reducendæ ſint omnes partes tam ſolidæ quam fluidæ.

α) Ex *ſolidis* conſiderantur hic a) partes omnes *duræ*, ad quos oſſa & cartilagines referuntur, & b) *molles*, quorſum fibræ, laminæ, membranæ, tunicæ, cellulæ, vaſa arterioſa, venoſa & lymphatica, nervi, canales, ligamenta, tendines, muſculi, glandulæ, viscera, pili, aliique in corporibus animalium tam diverſe ordinata & intertexta pertinent.

β) Ex *fluidis* & fluido - analogis partibus, quæ accurate quoque penſitantur, præcipuæ ſunt, Chylus in ciſterna propria; ſanguis in corde & vaſculis ſanguiferis, lympha in vaſculis lymphaticis; cerumen in auribus; lacrymæ in glandulis lacrymalibus, ſaliva in glandulis ſalivalibus; mucus in glandulis mucigeris, variis in corporis partibus ſitis, v. c. naribus, ore, inteſtinis, aſpera arteria, glandularum aliarum humores varii; li-

quor pericardii; humor in ovulis, aliiſque vicinis partibus contentus; ſuccus gaſtricus in ventriculo, bilis in hepate; ſuccus pancreaticus in pancreate, urina in renibus, ſemen in teſtibus, fluidum nerveum in nervis, in cerebro; pinguedo in membrana adipoſa, & omento; ſynovia in articulationibus; lac in mammis; materia perſpirabilis ſubtilis, & ſudor in cute; &c. Structura partium corporis animalis & externe differens & interne. Interna ſtructura proprias habet internas qualitates, & ad externam ſtructuram omnia ea referuntur, quæ externe obſervari poſſunt, quoad magnitudinem, formam, colorem externum, diviſionem &c. Quum externa partium conformatio non ſemper plenarie eadem ſit, ſed interdum aliquo modo mutata appareat, tum in anatomia hæc obſervatur regula, ut ea aſſumantur, quæ quamplurimis communia reperiuntur.

Anatomiæ puræ præcipua ſunt capita, quæ reſpiciunt

2) *Rectam notionem, deſcriptionem, claſſificationem* contentorum in tam variis doctrinis, & conſiderationum anatomicarum ſpeciebus. Quum anatomia occupata ſit cum omnibus partibus corporis animalis, & rationalis & irrationalis, quæ diverſi ſunt generis, hinc tam variæ disquiſitiones earum ſeparatæ ſunt a ſe invicem, atque exinde ortæ ſunt diverſæ anatomiæ partes, earumque genera. Ob tam inſigne, & multiplex diſcrimen inter ſubſtantiam, ſtructuram & uſum partium in corpore, & hominis & bruti; hinc *antropotomia* æque ac *Zootomia* ulterius reſpectu diverſitatis partium diſpeſcitur in

a) *Oſteologiam*, quæ doctrinam, de durioribus partibus, de oſſibus & cartilaginibus continet,

quæ

quæ, ſi actu ſuſcipitur & applicatur in corporibus,
animalibus, *Oſteotomia* & *Sceletopoeia* appellatur; ſi oſ-
ſa totius corporis in naturali adhuc ſitu connectuntur.

b) In *Dermatologiam* ſ. *Sarcologiam*, quæ mol-
lium partium naturam explicat: ob varias ejus
ſpecies iterum dividitur in

1) *Syndesmologiam*, ſ. *Stegasmologiam*, doctri-
nam de ligamentis, quæ actu applicata diſſectio-
ne *ſyndesmotomia* dicitur.

2) *Splanchnologiam*, doctrinam de viſceribus,
variisque organis ac humoribus, quæ ſi actu ſuſ-
cipitur, *Splanchnotomia* vocatur.

3) *Myologiam*, doctrinam de muſculis, de car-
noſis partibus, actu ſuſceptam *Myotomiam* dictam.

4) *Adenologiam*, doctrinam de glandulis, actu
applicatam *adenotomiam*.

5) *Angiologiam*, doctrinam de vaſculis ſangui-
feris, actu applicatam *angiotomiam* dictam.

6) *Nevrologiam*, doctrinam de nervis, quæ in cor-
poribus animalium applicata *nevrotomia* appellatur.

Anatomiæ puræ capita reſpiciunt, quoque

3) Generalem inſtitutionem, & regulas, ſe-
cundum quas anatomica præparatio, ſeu ea actio
inſtituenda ſit, qua generatim tales producuntur
mutationes in corpore diſſecto, quæ cognitionem
ſenſualem ſtructuræ & fabricæ corporum promo-
vent, e quibus corporum partibus, quoad ſingu-
las doctrinarum anatomicarum ſpecies præparatum
anatomicum conficiendum ſit, adhibitis ſimul con-
gruis mediis. Ad quasnam corporum partes re-
ſpiciendum ſit & attendendum in ſectione anato-
mica,

mica ſpecialis cujusdam anatomiæ partis, & quid in quavis parte accuratius obſervandum ſit, varii jam auctores omni cum induſtria oſtendere allaborarunt, e quibus *Caſſebohm* a) ſecandi methodus, hic allegenda, & præcipue commendanda ſufficiat. In ea nimirum non ſolum traditur ars corpora animalium rite diſſecandi, in jam dictum finem, ſed aptitudo ac manipulationes quoque præparata anatomica rite conficiendi, & a putredine conſervandi, & præſervandi; regulæ hic quoque traduntur, quibus determinatur, quale ſubjectum huic illive parti anatomiæ addiſcendæ aptum & congruum ſit.

4) In Anatomia pura pertractatur quoque doctrina de *mediis præcipuis*, quibus *anatomia* ſuſcipi, & præparatio anatomica eo melius perfici poteſt, quæ iterum varia ſunt. Sectio ſ. inciſio cadaverum ipſa non ſolum, ſed aliæ quoque qualitates tam diverſarum corporis partium requirunt quoque alios labores, ſi ſtructura eorum penitus inveſtiganda eſt, quum e. g. quædam vaſa cera impleri debent ſ. injici, ad minima & ſubtiliſſima vaſa ſanguifera eo accuratius detegenda & perſpicienda; cum aliæ partes inflari, aliæ macerari debent, ad eas eo clarius diſtinctiusque oculo humano repræſentandas & manifeſtandas; hinc varia requiruntur inſtrumenta aliaque auxilia, quæ ad quemvis ſuſcipiendum ſpecialem laborem, ejusque finem conveniunt, quibus diſcindi, diffrangi, annecti, purificari, oblui, nimis quoque ſubitanea putredo averti poteſt. Ad anatomiam ſubtiliorem, ad penetrandas & detegendas eo melius partes minimas, pertinent microſcopia, & microſcopicæ obſervationes, quarum adminiculo ad interiora partium devenire licet, & quæ novis anſam præbent inventis anatomicis.

5) Doctri-

5) Doctrinam quoque reſpicit Anatomia pura de *requiſitis* & *mediis*, quibus diſcentes habitum in hac arte ſibi comparare, ac cognitionem plenariam clarasque ideas de ſtructura corporum cum omnium partium ſuarum conditione facile poſſunt acquirere, diligenti inprimis obſervatione, & ſolida periti cujusdam anatomici inſtitutione & demonſtratione, tam theoretica quam practica, propria & ſæpius repetita imitatione tam in hominibus quam in brutis, ſcriptorum in hac ſcientia ejusque partibus bonorum lectione, & optimarum perluſtratione effigierum; ſed ne theoretici tantum anatomici fiant, qui cognitionem tantum e libris anatomicis, de ſtructura animalium ſibi acquirunt, ſine ulla ſectione ipſa corporum anatomica, ſed practici quoque, qui ſcientiam bene tenent, concinne, & ad artis regulas rite ſecandi corpora, eoque melius ac accuratius corporum ſtructuram ſibi familiarem reddendi, ex Anatomia & Zootomia comparativa, ac quoque ex quibusdam vel ligno inciſis, vel e cera artificioſe ſatis a variis artificibus præparatis & efformatis figuris anatomicis in naturali magnitudine, coloribus vivis ſæpe pictis & ſculptis & irroſis, vel artificiali modo formatis, quæ ſuum quoque conducere poſſunt, ad ulteriorem cognitionem anatomicam acquirendam, ut ſtructura eo diſtinctius intelligi poſſit.

6) Requiſita quoque penſitat Anatomia pura, quæ anatomico inprimis ſcitu ſunt neceſſaria, qui cadavera humana & bruta promte & accurate diſſecare perſpicueque demonſtrare novit, ut ſpectatores ſive diſcentes partium inde poſituram, ſtructuram, actionem & uſum rite queant addiſcere.

*) J. F. *Caſſebohm* methodus ſecandi, oder deutliche Anweiſ. zu anatom. Betracht. u. Zerglieder. des menſchl. Cörpers. Berlin. 746. 8. -- F. *Hofmann* Anweiſung zur Section d. menſchl. Cörpers. Lpz. 710. 8.

*) J. F. *Caſſebohm* methodus ſecandi muſculos & viſcera corporis humani. Halæ 740. 8. germanice edita 740. 8. & ſub titulo deutl. Anweiſung zur Zergliederung des menſchl. Cörpers. Berlin. 746. 8. & 769. 8. multo auctior edita eſt. Ejusdem methodus contemplandi & ſecandi corp. humani viſcera. Halæ. 740. 8. -- *) P. C. *Fabritii* methodus cadavera humana rite ſecandi, cum notis e Lyſers cultro anatomico. Halæ. 746. 774. Hafniæ germanice 776.

J. H. *Kniphoff* de optima oſſium in ſceleto artificioſe jungendorum ratione. Erfort. 749. 4.

Sue anthropotomie de l'art d' injecter, d'enbaumer & de conſerver les parties du corps humain. Paris 768. 12. -- *) B. D. *Mauchart* diſſert. de injectionibus anatomicis Tub. 726. 4.

*) J. G. *Walter* myologiſches Handb. zum Gebrauch der in d. Zergliederungskunſt ſich Uebenden. Berlin. 777. 8. -- J. C. *Elardi* diſſert. præſid. de Bergen, de anatomia experiment. inprimis vaſa ſanguif. injiciendi. Frft. 755. -- B. *Valentini* amphitheatrum Zootomicum una cum methodo ſecandi cadavera humana, injiciendi vaſa & oſſa dealbandi ad ſceletopœiam. Frft. 742. fol.

§. 64.

B. *Anatomia* itaque *applicata*, ob varia objecta, quæ in ea conſideranda occurrunt, dividitur

I) In *Zootomiam* quæ ſub ſe comprehendit.

a) *Anthropotomiam*, cujus objectum præcipuum ſiſtunt animalium rationalium corpora:

b) *Brutotomiam* in qua animalium irrationalium corpora præcipue inveſtigantur.

II) In *Phytotomiam*, in qua plantæ diſſecantur & diſquiruntur, ad ſtructuram, ſitum, conne-

xionem

xionem & uſum partium in ſingulis eo clarius investigandam & determinandam; de qua vero proprie ſermo eſt in hiſtoriæ naturalis applicatæ parte dicta *Botanica*, & quidem in ſectione de terminologia botanica.

I) *Zootomia* ea anatomiæ pars eſt, in qua animalium corpora ſectionis ope perſcrutantur, eorumque fabrica penitius inſpicitur, quæ & pro claſſe regni animalis, e quo animal inquirendum, deſumtum eſt, & pro ſpecie animalis valde iterum differt.

In *Zootomia* brutotomica enim, & quadrupedia & aves & piſces & reptilia inquiruntur, atque in ſingulis ea omnia, quæ Anatomiæ partes varias ſpectant.

In Zootomia hactenus potiſſimum & præcipuum objectum erant pecora, omniaque præcipue animalia, quæ uſum & diæteticum & medicum & œconomicum exſerunt, ad ſtatum eorum ſanum eo accuratius diſtinguendum ab ægroto, morbosque eo melius profligandos, de quibus in arte *veterenaria* præcipue eſt ſermo.

Alia enim animalia tam varia & innumera fere ſunt, ut iis omnibus ſecandis & rimandis humana ætas non ſufficiat. Nec tamen defuerunt, qui indefeſſam adhibuerunt diligentiam in hac anatomiæ parte, in *Zootomia* ſic dicta *brutotomica*, in antiquioribus æque ac recentioribus temporibus, e quibus unius tantum, ſed noſtris temporibus præcipui libri anatomici in Zootomia mentionem faciam; celeberr. de *Buffon hiſtoriæ naturalis*, in qua multorum animalium anatomica deſcriptio, ſecundum anatomiæ ſpecies, accurate tradita eſt.

II) *Anthro-*

II) *Anthropotomia* eſt ea pars anatomiæ, in qua ſecundum regulas artis in corpore humano, vita privato, diſſectio inſtituitur, ad rimandas & pernoſcendas ſingulas corporis humani partes, e quibus compoſitum eſt & tam artificioſe ſtructum, harumque admirabilem ſtructuram, formam, connexionem, ſitum, mechanismum, uſum ac conſenſum, proportionem partium ac utilitatem totius machinæ. Quodvis corpus organicum ex variis & permultis partibus compoſitum eſt, quæ inter ſe connexæ ſunt, & vim moventem continent; dubitandum itaque nunquam eſt, corpus quoque humanum compoſitum eſſe e plurimis in connexionem poſitis partibus, & vi movente præditum eſſe debere. Indoles & modus conjunctionis harum partium inter ſe efficit ſtructuram corporis. Exinde colligere licet, quid eſſentiam corporis conſtituat. *Objecta anthropotomiæ* ſunt: a) cadavera adultorum utriusque ſexus, a morbo illæſa, ex cauſa autem violenta ſubito interemta, quæ ad normam quandam inveniendam conducunt, qua vita & ſanitas hominum in functionibus ſuis, a fabrica partim quoque pendentibus, dijudicatur; b) cadavera quoque fœtus, infantis, pueri, & ſenis, ad hæc corpora & inter ſe & cum adulto corpore comparanda; c) eorum quoque corpora diſſecantur in anthropotomia, qui morbo obierunt, ad labem partium ſolidarum eo clarius exemplis illuſtrandam, ad variam differentiam totius corporis, atque ſingularum partium eo clarius perſpiciendam.

In hac quoque anatomicæ ſcientiæ parte corpus humanum, ob inſignem partium ſuarum varietatem, conſideratur, quoad doctrinas *anatomiæ generalis*, quarum præcipuæ ſunt:

1) quoad

1) Quoad *Oſteologiam.*
2) — *Syndesmologiam.*
3) — *Myologiam.*
4) — *Splanchnologiam.*
5) — *Angiologiam.*
6) — *Nevrologiam.*
7) — *Adenologiam.*

§. 65.

Oſteologia anthropologica agit de conformatione oſſium corporis humani; hujus ergo objecta conſtituunt oſſa aut ſigillatim ſumta, aut artis auxilio invicem nexa, aut recentia, aut ſicca, ligamentis ſuis naturalibus juncta, ſive ex infantis ſive ex hominis adulti corpore petita. Conſiderantur præcipue

I) generaliter in oſſibus,

1) Definitio & deſcriptio oſſium generalis;

2) Compages oſſium corporis totius, in naturali ſitu connexorum, ſceleton alias dictum;

3) Differentia ſceleti, ratione modi connexionis, ætatis, formæ, magnitudinis, ſedis, coloris;

4) Diviſio ſceleti generalis & ſpecialis in ſingula oſſa;

5) Numerus & denominatio oſſium in ſceleto ſingulorum terminis congruis technicis.

6) Modus conjunctionis oſſium, ratione nexus mobilis, ſeu articulationis, vel nexus immobilis, vel connexionis mediatæ, vel immediatæ, quæ iterum varias continent ſpecies & varietates.

7) Structura oſſium interna & externa;

8) Subſtantia oſſium & uſus eorum generatim conſideratus.

9) gene-

9) Generatio, incrementum oſſium, oſſificatio, oſteogenia, transmutatio cartilaginum in oſſa, durities, qualitates oſſium, eorumque vaſa.

II) Specialiter a) in oſſe quovis penſitantur,

1) Denominatio ſ. nomen ejus, 2) numerus, 3) partitio; 4) compoſitio; 5) regiones; 6) ſuperficies; 7) connexio ſ. conjunctio, 8) margines, 9) anguli, 10) planities, 11) eminentiæ variæ, & internæ & externæ, diaphyſes, apophyſes, epiphyſes oſſium earumque varietates; 12) cavitates, cellulæ variæ, & internæ & externæ; 13) ſtructura ac ſubſtantia & externa & interna, uti & medullaris, & in ſicco & in recenti oſſe; 14) figura; 15) color: 16) conſiſtentia, gravitas ſpecifica, 17) magnituto, craſſities varia cartilaginum, 18) inciſuræ, ſulci, ſinus, labyrinthi, inæqualitates, 19) ſitus; 20) nexus; 21) varietates, differentiæ quoad ætates; 22) inſertiones muſculorum & ligamentorum; 23) uſus ſpecialis & actus mechanicus cujusvis oſſis.

b) Specialiter in *cartilaginibus*, oſſibus quam plurimis annexis; qualis doctrina alias *chondrologia*, & ipſa ſectio earum anatomica, *chondrotomia* appellatur. Conſiderantur in ea ſpecialiter numerus, partitio, figura, color, magnitudo, ſtructura, ſubſtantia, ſitus, nexus, differentia, quoad ætates, uſus ſpeciales cujusvis cartilaginis.

Uſus oſteologiæ anthropologicæ longe lateque ſe diffundit in variis medicinæ partibus.

1) In *Anatomiæ* ipſius *anthropologicæ reliquis partibus*, cujus omnino ea eſt præcipua baſis ad mechanicum motum, ad inſertionem oſſium, ſitum varium ac decurſum muſculorum, vaſorum ſanguiferorum, & nervorum, uti & ipſarum fibrarum in oſſibus,

oſſibus, eo melius intelligendum; ſine ea nec myologia nec ſitus aliarum partium commode & plenarie comprehendi accurateque determinari poteſt. Quum oſſa ſint fulcra corporis humani, quibus plurimæ molles partes affixæ ſunt, ad accuratam harum mollium partium notitiam acquirendam ſupponitur prius plenaria oſſium cognitio. Qui in hac parte anatomiæ plane eſt inſcius, iſte in reliquis anatomiæ partibus non ulterius facile poterit progredi, parumque proficiet. Ad hanc anatomiæ partem penitius intelligendam & perſpiciendam multum inſervit a) ſceleton corporis humani *recens*, cujus oſſibus adhuc affixæ ſunt naturales membranæ, perioſtium, capſulæ, tendines, cartilagines, ligamenta, in ſitu & conjunctione adhuc naturali relicta: & quidem diverſæ ætatis & ſexus, quum in ſceleto infantis oſſium epiphyſes, apophyſes, mutatio & progreſſus ſubſtantiæ cartilaginoſæ, in oſſeam transmutatio ſive oſſificatio, origo dentium & quæ ſunt alia &c. eo melius & diſtinctius appareant; quum porro in ſceleto feminino differentia oſſium a ſceleto virili luculenter ſeſe oſtendat. b) & ſceleton corporis humani, *oſſibus ſiccis* conſtans, in quibus oſſium ſtructura & externa & interna, varii oſſium morbi & diſlocationes, neceſſaria adminicula & media chirurgica eo accuratius poſſunt obſervari & perſpici.

2) in *medicina practica* & *interna* & *externa* ſ. chirurgica, in qua varii morbi oſſium occurrunt, v. c. fracturæ, luxationes, caries & ulcera oſſium quæ nunquam ab hoſpite in Oſteologia probe poſſunt curari.

3) In *medicina forenſi*, in qua certitudo ſæpius ex oſſibus, v. c. in infanticidio, eſt petenda.

4) In

4) In *arte obſtetricia*, in qua cognitio plenaria & accurata oſſium pelvis, ex oſteologia acquirenda, ſemper requiritur, ſi quis hanc Chirurgiæ partem felici & utili modo exercere cupit.

Medico itaque *Oſteologia* non ſolum *utilis* & ſumme *neceſſaria* eſt, ſed *Chirurgo* quoque, qui cognitionem conditionis oſſium eo accuratius notam ſibi reddere debet, quo cautius & felicius in obviis fracturis & luxationibus ipſi procedendum erit.

Le Cat abrégé d'oſteologie. Paris. 768. 8. IV.
P. A. *Boehmeri* inſtitutiones oſteologicæ. Halæ. 751. 8.
*) *Scharſchmidt* Oſteologiſche Tabellen. Frft. 759. 8.
*) J. G. *Walter* Abhandlung von denen trokenen Knochen des menſchl. Körpers. Berlin. 763. & 778. 8 c. fig. -- *) B. S. *Albini* de oſſibus corporis humani Leidæ. 757. 8. - Ejusdem oſſium fœtus humani icones. 734. 4. - Ejusdem de ſceleto humano liber. Leidæ. 762. 4. - & ejus tabulæ oſſium corporis humani. Leidæ. 753. fol. max.
Bertins traité d'oſteologie Paris 754. 12. IV. & a Phlug germanice. Copenhagen 777. c. fig. 8. II.
C. J. *Treuw* tabulæ oſteologicæ Nürnb. 767. fol. fig. & germ. Nürnb. 768.
C. E. *Knackſtedt* Oſteologie oder Beſchreibung der Knochen des menſchl. Körpers zum Gebrauch der ſich in der Zergliederungskunſt Uebenden. Braunſchweig. 781. 8. - Müller Oſteologia. Frft. 768. 4. c. fig.
D. Alex. *Monro* treatiſe of the bones of the human bodies. Edinburgh. 1756. 4to. ib. 1778. 8vo.

§. 66.

In *Syndesmologia* anthropologica ſ. *Oſteologia recente*, alias dicta *desmologia*, quæ complectitur accuratam deſcriptionem & conformationem ligamentorum corporis humani omnium, tam ad oſſa quam ad viſcera pertinentium, partim ex ſolis, & quidem oſſibus recentibus petitam, cadaveribus, partim ex figuris ſecundum objecta recentia fideliter adum-

adumbratis, conſiderantur ligamenta, quibus oſſa, & partes aliæ quædam continentur & connexæ retinentur: & quidem

I) Generaliter in oſſibus nondum ſiccatis,

1) *Perioſtium* ſ. membrana & externa & interna, quæ oſſa inveſtit; denominatio, diviſio, fabrica, ſubſtantia, cohæſio, & uſus; 2) *Vaſa Sanguifera* & nervi, ad oſſa & per ea intrantia, in recentibus facilius viſibilia, uti &; 3) *Glandulæ* articulares, in foveis articulationum ſitæ, & 4) *ſynovia* ſ. humor in cavis talibus articulationum contentus; 5) *Ligamentorum* deſcriptio, diviſio, claſſificatio, ſtructura generatim conſiderata; 6) *Medulla oſſium*;

II) Specialiter in oſſibus recentibus,

1) *Cartilagines* in tam diverſis oſſibus occurrentes, & in recentibus levius & accuratius viſibiles: horum numerus, diviſio, varietas, ſtructura, ſubſtantia, ſitus, nexus, uſus: 2) *Ligamenta* in quovis oſſe, & parte corporis humani, & quidem ſingulorum deſcriptio, habitus, figura, color, inſertio, connexio, adhæſio, terminus, numerus, varietas, diviſio, ſitus, ſtructura & uſus aſſignatur: foramina, membranæ expanſio, tendines, glandulæ vicinæ interdum occurrentes, ſimul conſiderantur.

In *Syndesmologia anthropologica* quum attendatur inprimis, quomodo extremitates oſſium cartilaginibus lubricis inſtructæ, & ligamentis tunicatis connexæ ſint, quomodo corporis humani oſſa omnia, in naturali ſua junctura, connectantur, coagmententur, & combinentur; perquam *utilis*, quin imo *neceſſaria* ea eſt, ad recte intelligendos

I ſanan-

ſanandosque morbos artuum, eorum ſc. rigiditates, fracturas, luxationes, metaſtaſes ibi ortas, vulnera articulorum, contuſiones præternaturales, conditionem morboſam ſynoviæ, difformitatem artuum, in morbo (anglico) rachitico, effuſionem ſucci oſſium medullaris, indurationes calculoſas in cavitatibus artuum, intumeſcentias oſſium eorumque excreſcentias, & quæ ſunt alii ſtatus præternaturales. Omnes hi ſtatus præternaturales, ſyndesmologiæ ope eo melius intelligendi & ſanandi, chirurgiæ & theoreticæ & practicæ quum conſtituant præcipuum objectum, perquam *utilis* non ſolum ſed *ſumme neceſſaria* hinc eſt plenaria ſyndesmologiæ cognitio Medico & inprimis chirurgo.

*) Joſ. *Weitbrecht* Syndesmologia ſ. hiſtoria de ligamentis corporis humani. Petropoli. 1742. 4. in gallicam a Paris. 1752. 8. germanicam linguam edita. Strasburg. 1779. 8. c. fig. *) Aug. *Scharſchmidt* ſyndesmologiſche Tabellen. Frft. 1759. 8.

§. 67.

In *Myologia anthropologica*, quæ agit de partibus carnoſis, ſc. de muſculis corporis humani, conſiderantur,

I) Generatim:

1) muſculorum notio generalis; 2) numerus & denominatio muſculi in quavis parte corporis humani; 3) ſinguli muſculi diviſio; 4) adhæſio; inſertio; 5) ſubſtantia; 6) vaſcula, in eorum ſubſtantiam intrantia ſanguifera, & lymphatica, nervi, &c. 7) actio & 8) uſus cujusvis muſculi.

II) Speciatim:

Muſculi indagantur in partibus corporis humani obviis, quoad cujusvis

1) demon-

1) denominationem variam, ratione magnitudinis, figuræ, ſitus, directionis, compoſitionis, uſus, partiumque, quibus annectitur muſculus quivis; 2) diviſionem; 3) inſertionem quoad originem, decurſum ac finem, & reſpectu puncti fixi & puncti mobilis; 4) ſtructuram, ſubſtantiam, conformationem & in hac ſpeciatim latitudinem, craſſitiem, longitudinem, ſimplicitatem vel compoſitionem; 5) ſitum; 6) actionem, robur; & 7) uſum cujusvis muſculi & plurium ſimul connexorum muſculorum.

Per ſubſtantiam muſculorum permulta tranſeunt, eisque inſunt vaſa ſanguifera & nervi & vaſa lymphatica &c. (de quibus ſpeciatim ſermo eſt in angiologia & nevrologia &c.) horum ſitum & corpora, quibus inſerta ſunt, recte denominandi & determinandi, requiritur plenaria muſculorum notitia, quam myologia ſuppeditat.

Huncce *uſum* in anatomia non ſolum *Myologia* præſtat, ſed in *medicina* quoque *practica* & interna & externa ſ. chirurgica, ad varios morbos in muſculis ſitos, & originem ſuam exinde ducentes eo accuratius cognoſcendos & auferendos, uti & in *phyſiologia*, ad varia in ea obvia phænomena, quæ ope muſculorum in corpore humano audiunt, variamque muſculorum actionem & ſpecialem & generalem, eo accuratius perſpiciendam, & rationes eorum eo melius cognoſcendas & explicandas.

Situs nervorum & vaſorum ſanguiferorum aliorumque, quatenus muſculos permeant, cognitio ſpeciatim in chirurgia valde neceſſaria, quinimo eſſentialis quoque pars medicinæ eſt; hinc a Medicinæ ſtudioſo, & artis ſalutaris cultore, hæc

 muſculo-

muſculorum cognitio ſemper colenda eſt. Cognitio enim accurata circa muſculorum ſitum generalem, fibrarumque directionem confert quamplurimum, ad nervorum & vaſorum ſanguiferorum accuratiorem determinationem, & claram ſitus harum partium notionem.

*) S. F. *Simons* anatom. Beſchreib. d. menſch. Körpers ex anglico. Lpz. 781. Oſteolog. & Myologiam continet. -- B. S. *Albini* tabulæ ſceleti & muſculorum corporis humani. Lugd. Batav. 747. fol. max. c. fig. & ejus hiſtoria muſculorum hominis. Lugd. Bat. 734. 4. c. fig. Pierne *Tarin* Myographie, ou deſcription des muſcles du corps humain. Paris. 753. 4. avec fig.
D. C. De *Courcelles* de muſculis faciei. Frft. 753. 4. Idem de muſculis plantæ pedis 752. 4. c. fig. Amſtel. 760. 4. -- G. D. *Boeſſel* diſſert. præſ. Junker de uſu Myologiæ medico. Halæ 730. 4. Vorſtellung der Gebeine u. Muſceln d. menſchl. Koerpers. Nrbg. 774. fol. c. fig. illum. -- *) Aug. *Scharſchmidt* myologiſche Tabellen. Frft 759. 8. 783. *Caſſebohms* Anweiſ. zur Zergliederung der Muſceln. Halle. 740. 8.

§. 68.

In *Splanchnologia anthropologica*, quæ agit de viſceribus variisque organis ac humoribus corporis humani, in tribus præcipuis cavitatibus corporum capitis, pectoris, & abdominis contentis; conſiderantur nempe

1) *Viſcera abdominis*, *chylopoea* ſ. digeſtioni alimentorum deſtinata, quæ ſunt univerſalia, os, œſophagus, fauces; ſpecialia, ventriculus, inteſtina, meſenterium, omentum, peritonæum, hepar, lien, pancreas, & cujusvis partes vicinæ & adnexæ;

2) *Viſcera uropæa* ſive urinæ ſecretioni inſervientia, uti renes, ureteres, veſica urinaria, &c;

3) Partes *generationi* dicatæ, genitales muliebres & viriles, cum mammis, cæterisque huc pertinentibus;

4) Orga-

4) Organa *reſpirationis* & *circulationis* ſanguinis in collo & thorace ſita, uti aſpera arteria, pulmones, cor, diaphragma, partesque huc pertinentes;

5) Organa *ſenſuum*, *viſus*, *auditus*, *guſtus*, *oderatus*, in capite collocata, cerebrum, cerebellum, medulla oblongata & ſpinalis, &

6) Organon *tactus*, cum integumentis communibus corporis humani, alias *dermatologia* dicta, tranſpirationem ſenſibilem & ſudorem ſecernentibus, cum ſpeciali denominatione, diviſione, connexione, ſubſtantia, craſſitie, ſitu, colore, vaſculis ſanguiferis & nervoſis, atque uſu integumentorum; cum ſpeciali conſideratione unguium & pilorum, eorum ſubſtantiæ, fabricæ, ac uſus; in hac disquiſitione ſimul generalis diviſio corporis humani nondum diſſecti, ejusque regiones ſimul conſiderantur, & partes, in quavis regione ſitæ accuratæ determinantur.

Singulæ hæ partes a. n. 1. — 6. indicatæ conſiderantur accurate generaliter, exceptis momentis ſpecialibus, quoad denominationem, partitionem, numerum, ſubſtantiam, ſtructuram, formam, figuram, ſitum, nexum, colorem; tunicas; membranas & internas & externas; vaſa ſanguifera & lymphatica ea permeantia; varios ductus & ſecretorios & excretorios; nervos; horum oririginem, progreſſum & finem, longitudinem, amplitudinem, conſiſtentiam, uſum, finem; copiam humorum ſecretorum; ligamenta; glandulas; muſculos; orificia; foramina; margines; ſuperficies; extremitates; ſulcos; lineas; plicas; cellulas; arcus; flexuras; eminentias; prominentias; proceſſus; craſſitiem; volumen; magnitudinem; proportionem;

tionem; differentiam, quoad ætatem, pondus; uſum ſpecialem: accurate ea omnia determinantur, quæ ex his momentis in ſingulis obſervari poſſunt.

7) *Hygrologia* ſ. doctrina de humoribus, qui in ſingulis hiſce partibus corporis humani deprehenduntur. In hac nempe anatomiæ parte disquiruntur humores ſecundum eorum ſubſtantiam, materiam & contenta; & quidem in vaſculis ſanguiferis & lymphaticis corporis univerſi; in cavitatibus cranii, & quatuor ventriculis cerebri; in vertebrarum ſpecu; vaſis exhalantibus; in cavo narium, oris, faucium; in oculis; auribus; in collo; mammis; in thoracis viſceribus; & aliis ibi contentis corporibus, in abdomine, ventriculo, inteſtinis, omento, pancreate, hepate, in veſica urinaria, renibus, in partibus genitalibus virilibus & muliebribus, in articulationibus, oſſibus ipſis, in integumentis communibus.

Quam multum lucis affundat hæc cognitio anatomica viſcerum corporis humani, & organorum variorum, quæ *Splanchnologia* disquirit, ad eruenda & dilucidanda quamplurima in phyſiologia, & in pathologia, ad plerorumpue morborum origines & cauſas eo facilius & accuratius detegendas, de eo teſtatur *phyſiologia & pathologia*. Hæc itaque anatomiæ pars *Medico* ſumme *neceſſaria & utilis*, atque nunquam negligenda eſt inprimis a medicinæ ſtudioſo.

Inter anatomiæ anthropologicæ partes quoque *Splanchnologia medico practico graviſſimi momenti* eſt, cujus cognitionem, quantum fieri poteſt, plenariam acquirat neceſſe eſt. Viſcera enim continent plerumque ſedem multorum morborum; hinc

hinc influxum eorum naturalem in ſyſtema animale probe ſibi cognitum reddere debet, ad effectus dijudicandos, quos præternaturalis conditio eorum producere poteſt.

Ioh. René Croiſſant de *Garengeot* Splanchnologie. Paris. 742. 8. II. --*) Aug. *Scharſchmidt* Splanchnologiſche Tabellen Frft. 759. 8.

Plures autores, qui de ſpecialibus partibus Splanchnologiæ anthropologicæ ſcripſerunt, allegat *Murray* in enumeratione librorum præcipuorum medici argumenti.

§. 69.

In *Angiologia* anthropologica, quæ vaſcula ſanguifera & *arterioſa* & *venoſa* uti & *vaſa lymphatica* corporis humani diſquirit, & quæ minimas extremitates injectionum ope artificilium detegere, oculisque clarius proponere ſtudet, conſiderantur

1) *generatim* deſcriptio, diviſio, ſitus vaſculorum ſanguiferorum & quidem in *arteriis* denominatio, deſcriptio, diviſio, numerus, ramificatio, origo, ſitus, decurſus, finis, figura, fabrica, differentia, connexio, uſus generalis; in *venis* eadem quoque momenta diſquiruntur, uti & id, quod valvulæ ſtructuram & fabricam attinet.

2) *Speciatim*

a) & *arteriæ* & *venæ* in capite, trunco, & extremitatibus examinantur, quoad originem, diviſionem, ramificationem, progreſſum, finem, ſitum, nexum cum vicinis partibus, per quas hæc vaſa ſanguifera tranſeunt, & denique uſum ſpecialem cujusvis arteriæ, ac venæ uti & differentiam ratione ætatis in circulo ſanguinis.

b) In *vaſculis lymphaticis*, ſeu in venis iſtis ſubtilibus diaphanis, ex diverſis corporis partibus, liquidum pellucidum, excolor, ſubflaveſcens, aut rubellum revehentibus, eadem quoque momenta ſpecialia inveſtigantur, uti in arteriis & venis. Pars hæc angiologiæ a quibusdam refertur ad *anatomiam ſubtiliorem*.

Uſum, quem *Angiologia* præſtat in Phyſiologia, pathologia, therapia, & interna & externa, præſertim quoque in chirurgia minime exiguus, ſed *inſignis* eſt. *Medico* itaque, qui hasce ſcientias probe callere debet, hæc anatomiæ pars ſemper inſigni erit uſui, & nunquam non neceſſaria ad exercendam ipſius ſcientiam.

Cognitionem partium corporis humani ſplanchnologicam plenariam habere nequit, niſi cognitionem vaſorum corporis humani, quam angiologia ſuppeditat, ab iſta plane inſeparabilem, ſibi acquirat, cumque ſimul læſiones vaſorum tanti ſint momenti, hinc notitia eorum plenaria, quoad ſtructuram, eorum ſitum & connexionem &c. ſemper magni eſt momenti, eaque pars anatomiæ, quæ iſtam tradit notitiam vaſorum corporis humani, *Angiologia anthropologica* nimirum *valde eſt neceſſaria*.

*) Alb. v. *Haller* iconum anatomicarum faſciculi VIII. quibus præcipuæ partes corporis humani exquiſita cura delineatæ continentur. Göttingæ 745 - 756. fol.
*) Aug. *Scharſchmidt* Angiologiſche Tabellen Frft. 759. 8.
*) J. C. A. *Mayer* anatomiſche Beſchreib. der Blutgefäſſe des menſchl. Körpers, mit Figuren. Berlin. 777. 8.
Murray deſcript. arteriar. corpor. human. in tabulis. Upſal. 781. 4. H. Wm. *Hewſohn* Experimental Inquiries Part. I. containing an Inqnry into the properties of the blood, with an appendix relating to the diſcovery of the lymphatic ſyſtem in animals. London 1780. 8. Ejusdem Experimental Inquiries, Part II. Con-

Containing a deſcription of the *lymphatic. ſyſtem* in the human ſubject; ſive doctrina de vaſis lymphaticis. London. 1774. 8. c. fig.

*) Alex. *Monro* jun. de venis lymphaticis valvuloſis, & de eorum inprimis origine. Berol. 757. 8. Lipſiæ 770. 8. & Edinb. 770. 8.

*) Fr. *Meckel* experim. &. obſervat. de finibus venar. ac vaſorum lymphaticorum, in ductus viſceraque excretoria Berol. 772. 8.

§. 70.

In *Nevrologia anthropologica*, in qua nervi corporis humani diſquiruntur, conſiderantur ſc.

I) *Generatim* nervorum generalis deſcriptio, diviſio, numerus, origo, directio, finis, connexio, ſubſtantia, ſtructura, figura, ganglia, ramificationes, qualitates, uſus generalis.

II) *Speciatim* in ſingulis nervis, & quidem in nonis paribus cerebri, in nervis medullæ ſpinalis, in nervis cervicalibus, intercoſtalibus magnis, dorſalibus, lumbalibus, ſacris, in quibus ſingulis nervis accurate inquiruntur, & determinantur omnia ea quoque ſpecialiter, quæ in generali nervorum conſideratione indicata ſunt, cum cujusvis nervi ſpeciali uſu & actione.

Eadem momenta, quæ commendant *utilitatem* & *neceſſitatem Angiologiæ*, occurrunt quoque in *nevrologia*, ſed ſpecialis adhuc heic conſideranda occurrit ratio, ex qua medico notitia de connexione & partitione ramorum nerveorum inprimis conducit. Qualitas inſita eſt nervis ſpecialis, quæ *conſenſus* appellatur nervorum, cujus ope irritatus nervus in plane alieno loco dolores excitare poteſt. Hosce dolores probe diſtinguendi & determinandi ſuppeditant quidem in pathologia

 ſpeciali

ſpeciali varia ſigna, caſus vero varii ſæpe occurrunt, in quibus hæc non ſufficiunt, & ad quos accurate diſtinguendos & determinandos anatomica cognitio nervorum & ea quidem, quæ nevrologia appellatur, neceſſario requiritur, & ſine qua in iſtiusmodi caſibus varia nobis laterent.

Bang, Jon. Nervorum cervicalium Anatome, Hafn. 771. 8. c. f. -- *) I. G. *Haas* cerebri nervorum corpor. human. anatome. Lipſ. 781. 8. c. fig.

J. G. *Walter* tabulæ nervorum thoracis & abdominis. Berolini. 783. 8. c. fig. fol.

Sam. Thom. *Soemmering* de baſi Encephali & Originibus nervorum cranio egredientium. Libri quinque c. IV. Tab. æn. Gœttingæ 1778. 4.

H. A. *Wrisberg* obſervat. anatom. de nervis viſcerum abdominal. Gœtt. 780. 4.

Monro nevrologia -- *) J. C. *Loders* primæ lineæ nevrologicæ corporis humani. Comment. I. 778. 8.

J. E. *Neubauer* deſcriptio anatomica nervorum cardiacorum. Sect. II. Jenæ. 772. 8. c. fig.

*) Aug. *Scharſchmidt* nevrologiſche Tabellen. Frft. 759. 8.

*) J. C. A. *Mayer* anatomiſch phyſiologiſche Abhandlung vom Gehirn, Rukenmark u. Urſprung d. Nerven, mit Kupf. Berlin. 779. 4.

§. 71.

In *Adenologia anthropologica*, cujus objectum præcipuæ glandulæ corporis humani ſiſtunt, diſquiruntur

1) *Generatim*, glandularum deſcriptio, denominatio, diviſio, ſpecies, differentia ratione fabricæ & ratione ſucci contenti, ſtructura, ſitus, connexio, canales, ramificationes, iſtorum origo & progreſſus, ductus excretorii, vaſa, nervi adhærentes & uſus.

2) Specia-

2) Speciatim, eadem generatim determinata momenta de glandulis inquiruntur, in glandulis, in cavitate cranii, oculorum, oris, faucium, narium, aurium, colli, externe & interne, thoracis, abdominis, genitalium virilium, & muliebrium, extremitatum, ac cutis contentis.

Uſus *Adenologiæ* exſerit ſe inprimis in tot functionum glandularum detectione, & variorum morborum a glandulis vitiatis oriundorum, accuratiori cognitione & ſanatione.

Glandularum earumque ſucci influxus non exiguus eſt in motum corporis humani; *cognitio* earum ſemper itaque eſt *momentoſa*, eaque non minus *neceſſaria medico* ac reliquæ anatomiæ partes.

Wilh. *Cowper* glandularum quarundam deſcriptio. London. 701. 4. -- Theophr. de *Bordeu* récherches anatomiques ſur les glandes. Paris 751. 12.
*) Aug. *Scharſchmidt* adenologiſche Tabellen Frft. 759. 8.

§. 72.

Finis itaque *Anatomiæ* & *Anthropologicæ* & *Zootomicæ* præcipuus eſt, ſtructuram omnium diverſarumque partium in corporibus animalium, tam rationalium quam irrationalium cognoſcendi & perſcrutandi. Verſatur itaque *Anatomia* inprimis in conſideratione corporum animalium eorumque admirabilis conſenſus & proportionis partium ad utilitatem totius machinæ. Quum vero ſtructura animalium alia ſit in ſtatu eorum ſano, alia in ægroto, hinc ea quoque *diviſio Anatomiæ* oritur in

1) *phyſiologicam*; 2) pathologicam; ſ. practicam, & 3) forenſem.

1) In *phyſiologica anatomia* corpora ſana animalium vel rationalium vel irrationalium conſiderantur,

rantur, & diſſecantur hunc in finem, ut nonniſi ſtatus corporis naturalis ſ. ſanus, & cuivis animali conveniens conſideretur & inveſtigetur, ad dilucidandam ejus naturam, cujus doctrina *phyſiologia* dicitur.

Hæc ſpecies anatomiæ ad phyſicos pertinet, ad ſolidam theoriam medicam augendam & adornandam, ad cuncta eademque minutiſſima, quousque mens humana pertingere valet, perſcrutanda, ut ſtructura corporum maxime mechanica indies magis magisque luceſcat, atque ſic luculentius tandem affulgeat medicinæ lumen, ut ſpes aliquando eſſe poſſit, perſpecta accuratius partium ſtructurâ, ſenſibilique humorum naturâ, varia, quæ hactenus ignota maximam nunc pariunt admirationem, ex mechanicis iisque ſimpliciſſimis deductum iri principiis, teſte doctiſſimo & nunquam ſatis laudando Boerhavio. Phyſiologia hæc, tanquam anatomiæ ſpecies, ſuppeditat materiam copioſam, prudentiſſimos & ſapientiſſimos fines creatoris & uſum ſtructuræ inquirendi & determinandi.

2) In *Anatomia pathologica* ſ. practica alias dicta, corpora animalium antea ægrota ideo conſiderantur & diſſecantur, ut obſervetur in iis ſtatus eorum mutatus præternaturalis, morboſus, ad conſervandam ſanitatem & morbos eo facilius repellendos eosque eo citius ac melius curandos, cognitâ prius rite fabricâ corporis humani naturali, & cauſis morborum & mortis perquam abſconditis ejus ope inveſtigatis.

Ob varias & multiplices deviationes, quas natura reſpectu ſitus, formationis, numeri, connexionis, magnitudinis & ordinis partium in corpore humano obſervat,

obſervat, viam parat ea pathologo, quam in inveſtigandis morborum cauſis ingredi debet. Varii celebres in Anatomia viri, per ſectionem corporum mortuorum, inſigne affuderunt lumen in multis morbis, quorum cauſas detexerunt, quæ ante eos plane latuerunt.

Medico practico ſ. clinico hæc anatomiæ ſpecies ſemper eſt *ſumme neceſſaria*, & quotidiana quoque experientia docet, ſagaciſſimos anatomicos, qui in ſubtiliſſimis fere corporis partibus perluſtrandis deſudarunt propter neglectam anatomiam *practicam*, in diagnoſi tamen & morbi cognitione plenaria, nec non remediis convenientibus adhibendis quam maxime a ſcopo aberrare.

Omnibus itaque praxin clinicam exercentibus ea *ſumme neceſſaria* eſt, quum ea notiones oculisque facile obvias conſiderat partes tam internas quam externas, quarum ſtructuram, ſitum, connexionem & uſum perſpectum habere debet medicus practicus, ut aptum ferre poſſit judicium de ſede morbi, applicatione remediorum tam internorum quam externorum; nec non in Chirurgia & Medicina forenſi, de lethalitate vulnerum, aliisque materiis huc ſpectantibus.

Anatomica hæc cognitio noſtris temporibus eo facilius poteſt acquiri, quo majora jam Anatomia hodie cœperit incrementa, & quum priſcis temporibus brutorum tantum, nec hominum cadavera in anatomia ſectioni ſubjicerentur, uſque dum ſenſim ſenſimque plebis præjudicia & contemtus evanuerunt, & venia ab imperantibus conceſſa fuit, corpora quoque humana anatomiæ cultro ſubjiciendi. Majores noſtri, quæcunque fuerint, omnia illorum merita eademque inſignia, ſine hac cogni-

cognitione caligine quadam circumfundebantur, ob ſtolidas ſuperſtitiones & præjudicia, quibus ſectio cadaverum anatomica illicita credebatur.

Id quoque in hac Anatomiæ ſpecie probe eſt notandum, in juſta obſervationum hujusmodi anatomicarum dijudicatione omni procedendum eſſe cautione, ut omnia ea quoque, quæ majorem affundere lucem poſſunt, a *Medico inciſore* in ſubſidium vocentur. Quantum collatio plurium inter ſe convenientium ad eruendam faciat veritatem, omnibus in diſciplinis ſemper perſpectum habemus, atque exinde maxime veræ propoſitiones fundamento haud deſtitutæ eliciuntur. Hoc itaque modo quodſi inſoliti quid aut multum a ſtatu naturali recedentis ſeſe offerat, præter theoriæ medicæ ſolida principia, præter eam, quæ forte ſuppeditari poteſt, anamneſin, non abs re erit, alias quoque eruditorum evolvere obſervationes, huc referendas, quo ſic vel ex obſervatæ ejusdem rei frequentia, vel ex majori ſaltem aut minori ſimilitudine, ſique forte adnotatæ fuerint, cauſis & effectibus, & aliorum clarorum virorum ſententiis minori jam cum formidine oppoſiti utile aliquod elicere poſſimus argumentum.

Si *anatomia* & *phyſiologica* & *practica* copioſius inſtitueretur, inſignis hinc oriretur utilitas, & nil magis in Machaoniæ artis incrementum caderet, quam ſi noſocomia complura erigerentur, liberumque ibidem concederetur exercitium in morborum mortisque cauſas eo penitius & accuratius inquirendi. Hac ratione floreret anatomia practica in augmentum artis medicæ & multorum ægrotantium emolumentum: nec deficeret anatomica quoque occaſio, phyſiologice inveſtigandi ſtatum corporis naturalem ſeu ſanum.

3) In

3) In *Anatomia forenſi* ſ. *juridica*, conſiderantur juſſu Magiſtratus

1) Cadavera, ad cauſas mortis violentæ vel ſuſpectæ inquirendas, aperienda, ut inſpectionis vera relatio, atteſtatum ſic dictum atque aptum judicium poſſit dari de ſtatu corporis humani mortisque cauſa, utrum ſcilicet mortuus ſit homo ex plaga inflicta vel veneno, vel alia cauſa violenta, an vero ob internam cauſam interierit; quæ omnia profecto, ſine accurata anatomes cognitione fieri nequeunt, ſine qua ſectio nulla ſuſcipi poteſt, ad ſententiam judicis determinandam nec viſum repertum plenarium & accuratum exhiberi poteſt.

2) In ea quoque inquirenda veniunt, quæ attinent in medicina forenſi, impotentiam, ſterilitatem, cauſas divortii, vitalitatem fœtus, aliosque caſus medico legales, quum per omnes medicinæ forenſis partes utilitas ſe exſerat latiſſime & ubivis pateat, atque in cauſis mixtis ſit ampliſſimus. Sic quoque ab ea pendet

Cognitio plenaria de primogenitura, virginitate, graviditate, de infantibus ſuppoſitis, de illorum ſimilitudine & diſſimilitudine, de partu perfecto legitimo, ſerotino, immaturo, de ſuperſœtatione, de molis, abortubus, de hominibus ſexu ambiguo inter marem & fæminam, de impotentia, de morbis ſimulatis & clandeſtinis, de peſte, veneficiis, inſpectionibus cadaverum, lethalitate vulnerum, de infanticidio, & quæ ſunt alia; hæc omnia minus accurate & ſolide determinari poſſunt, ſine plenaria cognitione ſingularum partium corporis humani, quam *Anatomia anthropologica* tradit, quæ in hisce caſibus & quam plurimis aliis conſuli debet, & fundamentum eſt perfectæ

perfectæ medicinæ forenſis, & viſi reperti perfecti & accurati, quod ſæpenumero a phyſico practico cujusvis loci requiritur. (Plura in paragrapho de medicina forenſi infra dicenda occurrent.)

J. A. *Stern* Diſſert. præſid. Fr. *Hofman* de anatomes in praxi medica uſu. Halæ 707. 4.

*) *Sandifort* obſervat. anatom. patholog. Lugd. Bat. 782. 4. IV. c. figur. -- *) J. B. *Morgagni* opera omnia in V. Tomos diviſa. Tom. IVtus. cauſas & ſedes morborum continens, per anatomen indagatas. 765. fol. & *) B. *Morgagni* de ſedibus & cauſis morborum per anatomen indagatis. Tom. II. Venetiis. 762. 4. & ejus adverſaria anatomica. Venetiis. 762. fol. & ejus opuſcula miſcellanea. Venet. 763. fol. Epiſtolæ ejus anatomicæ. Patavii. 764. fol.

Petr. *Camper* demonſtrationum anatomico-pathologicarum. Libri II. Amſtelod. 760. fol.

Theoph. *Bonnet* ſepulchretum, ſ. Anatomia practica ex cadaveribus morbo denatis, proponens hiſtorias & obſervationes omnium humani corporis affectuum ipſorumque cauſas reconditas revelans. Genevæ 700. fol. III. -- *Iſenflam* commentar. V. de difficili in obſervationes anatomicas epicriſi. Erlangæ 776. & 778. 4. -- *) Et ejus Verſ. m. practiſch. Anmerk. über d. Muſkeln, zur Erläuter. verſchiedener verborgenen Krankheiten und Zufälle. Erlang. 778. 8.

*) Bernh. Siegfr. *Albini* annotationes academicæ Vol. VIII. Lugd. Bat. 1754 - 1768. 4. c. fig.

Richard de *Hauterſierck* obſervations de medicine des hopit. aux militaires. Paris. 766. & 772. II.

*) Joh. *Lieutand* hiſtoria anatomico-medica, ſiſtens numeroſiſſima cadaverum humanorum extiſpicia, ad omnes partes corporis humani; cum indice totius operis noſologico ordine digeſt. ad cauſas, effectus, ſedes morborum. Paris. 767. 4. II.

G. M. *Hofmann* diſquiſitio corpor. humani anatom. patholog. Altorf. 713. 8.

F. *Ruyſch* Obſervat. anat. medic. chirurg. Amſtel. 721. 4. -- *Walter* Obſervat. anatom. Berlin. 775. c. fig. 8.

R. *Browne Cheſtons* pathologiſche Unterſuchungen u. Beobachtungen in der Wundarzneykunſt durch Zergliederung krankhafter Leichname. Ex anglica lingua verſio a. J. C. Scherpf. Gotha. 780. 8.

Pauli

Pauli *Græven* orat. de anatom. patholog. utilitate & neceſſitate. Gröning. 771. Muniks orat. de ſummis quas anatom. habet, deliciis & utilitatibus Gröning. 771.

§. 73.

Anatomia etſi primo intuitu valde ſordida, ſqualida atque ingrata videtur, inſignem tamen procreat ea *voluptatem* iis, qui fabricam & naturam corporum animalium, & inprimis propriam corporis humani, penitius ſibi notam reddere cupiunt & debent, uti medicinæ cultorum officium eſt. Communis eſt utilitas Anatomiæ, quum omnibus & ſingulis, præprimis autem Medicinæ cultoribus competit, ut internam ſtructuram & conditionem corporis ſui eo melius intelligant, eaque inprimis occaſionem acquirant, ſpecimina luculentiſſima divinæ omnipotentiæ & ſapientiæ perſpiciendi, atque in ſe ex earum cognitione religioſas excitandi ſenſationes. *Uſus anatomicæ* cognitionis incredibilis quoque eſt, ad neminem non redundans, qui ſe ipſum & proprium ſuum ædificium pernoſcere cupit, tum ut ſanitatem ſuam melius tueri, a morbis ſibi cavere, eosque præſentes profligare poſſit; neque quisquam phyſicus eſſe aut dici poteſt, niſi hanc artem quoque, qua partem phyſices non exiguam, aliquatenus ſibi notam reddat.

Contemplamur porro corpus humanum tanquam ſubjectum principale ſcrutinii anatomici, machinam illam artificioſiſſimam ex manu ſummi ac omnipotentis architecti dimiſſam, corpus illud ex innumeris artificioſis machinis compoſitum, cujus maxime ſtupendum mechanismum neque ſufficienti modo admirari, nec ſatis rimari per totam vitam valet hominum quisquam, nec

K ab

ab ullo mortalium imitari poteſt machina, a Deo tam artificioſiſſime ex vili luto fabricata.

Contemplamur quoque *finem* & ſcopum ſtudii anatomici, eo tendentem, ut quis corporis hujus organici ſtructuram exquiſitius cognitam habeat, quo ex ſtatu ipſius naturali tanto melius varias ejusdem læſiones agnoſcere, iisque, quantum in artis poteſtate poſitum eſt, occurrere, ſanitatemque illibatam conſervare valeat. *Finis* itaque *Anatomiæ* in ſanitatis conſervatione & reſtauratione partim terminatur. Cuicunque ergo ſanitas ſummum, quod ex innumeris vitæ hujus bonis ſibi apprecari velit, bonum videtur: iſte ſane de ſtudii anatomici præſtantia nequaquam dubitabit.

In variis ſcientiis *utilitatem* haud exiguam exſerit *Anatomia.* Inſervit enim & Philoſopho, & Theologo, & Jurisconſulto, ſemper quædam cognitio corporis humani anatomica; Medicus autem & Chirurgus ea carere plane nequit. Sunt quidam, qui contendunt, mediocrem jam ſufficere notitiam anatomicam, nec a medico requiri, ut de omnibus minutiis corporis humani ſit ſollicitus. Verum ſicut iſte non facile ſanitatem conſervare & amiſſam reſtituere, nec confuſiones, quæ in corpore humano ſæpius occurrunt, & quæ morbos excitant, plenarie auferre, i. e. Medici munus ſuſcipere non poteſt, ſi fabrica corporis iſti vel plane ignota eſt vel minus accurate ei innoteſcit, facile hinc colligi poteſt, & Medicum & Chirurgum, (& eum quoque, qui unam tantum Medicinæ partem exercet,) eo felicius, ſuo fungi poſſet officio, quo penitiore fabricæ hujus inſtructus eſt notitia. *Medicos* itaq. & *Chirurgos* ſalva conſcientia *Anatomia*

mia anthropologica carere non poſſe certum eſt, ſi vel maxime artem, quam profitentur, non in detrimentum generis humani, ſed rite exercere cupiunt. Quod enim navis gubernatori pyxis nautica ſive acus magnetica, id his eſt notitia anatomica.

Etſi interdum vel a naturali inſtinctu, vel caſu hominibus quædam remedia lenientia ſ. ſanantia detegantur, minime tamen de ſtatu ſano vel ægroto corporum accuratæ ideæ acquiri poſſunt, niſi accurata prius cognitio ſtructuræ & fabricæ ejus acquiratur. Hac tantum cognitione acquiri poteſt notitia de ſede, atque vera origine, & conditione plurimorum morborum.

Initium itaque præcipue ducendum eſt in medicina ex anatomia, quæ corporum diſſectione occupata eſt, quæ ſtudet varias partes, e quibus tam artificioſa machina compoſita eſt, quoad ſitum, connexionem cum aliis, & propriam earum conditionem manifeſte detegere.

Inſignis eſt *utilitas*, quam *Anatomia* arti Apolloniæ hactenus præſtitit, inque illam induxit. Perpendamus quæſo hiatus illos, atque errores, quibus veteres occœcati quaſi fuerunt, ante circuli ſanguinis detectionem, quæ ortum ſuum nonniſi ſectionibus cadaverum debet. Perpendamus porro varias veterum ridiculas rationes, de aſcenſione exhalationum atque vaporum noxiorum ex ventriculo, liene, utero, ad cerebrum aut cor in affectibus vertiginoſis, lipothymicis, melancholicis, hyſtericis atque maniacis, quæ omnes nunc evanuerunt & exploſæ ſunt, ex quo tempore Anatomiæ ope corporis humani verus nexus, & uſus tam vaſorum ſanguiferorum, quam

nervorum per totum corpus excurrentium, & hinc motuum variorum, variæ alterationes, verusque partium mechanicus conſenſus, facem medentibus prætulit, ut nunc longe alias, ſolidioresque cauſas & rationes allegare poſſint. Quid quæſo nobis cognitum eſſet de vera ciborum ſolutione & concoctione, ac menſtruo ſalivali, eos ſolvente, niſi a primis inventoribus Stenone & Wartono, hosque deinceps ſecutis aliis fontes ſalivales per anatomiam aperti, atque ob oculos poſiti fuiſſent? Quis chyli diſtributionem perſpectam, viasque chyliferas cognitas haberet, niſi anatomicorum induſtria detectæ eſſent?

Et unde demum *Chirurgia* feliciores nunc capit progreſſus, quam ex penitiore Anatomiæ cultura, quippe quæ ipſi facem præfert, & faciliores tutioresque reddit quascunque ſuſcipiendas operationes chirurgicas. Si itaque hæ pluresque aliæ utilitates, (qua de re optime quoque teſtantur ex recentioribus ſcripta & phyſiologica & anatomica cel. Ruyſchii, Morgagni, Albini, Halleri,) ex Anatomia in artem medicam redundarunt, nullum ſane reſtat dubium, quin futuris quoque temporibus, continuata anatomicorum induſtria, majora adhuc augmenta ſit nactura.

Haud equidem me latet, Anatomiæ incurios atque oſores ut plurimum objectiones formare, quaſi hoc ſtudium Medico, qua tali practico, nempe parum proſit, nec anatomiæ ope in ſe ſpectatæ ullum ægrotum curari, & ad priſtinam reduci poſſe ſanitatem; quippe quod remediis optimis vel diæteticis, vel pharmacevticis, vel denique chirurgicis perſici debeat, in ſubſidium cauſæ vocantes veterum praxin æque felicem, quibus tamen anatomicæ corporum disquiſitiones haud familiares, atque ſolennes fuerunt, alios

alios vero medicos anatomicos inſtar lanionum (ne quidquam pejus dicam) contemptui habere, iisque illos comparare. Verum hoc recitaſſe eſt refutaſſe. Etiamſi enim ipſa morborum cura non anatomia, ſed medicamentorum methodica adplicatione abſolvatur, quilibet tamen non præoccupatus facillimo negotio intelliget, Anatomiæ gnarum longe facilius læſionum atque cauſarum morbificarum ſedem cogniturum eſſe, illo, qui in rebus anatomicis hoſpes exiſtit; ac longe felicius in caſu neceſſitatis remediorum debitam adplicationem anatomiæ gnarum inventurum eſſe, quam contra ille multoties fallitur, quem anatomia latet, & qui hepar, in hypochondrio ſiniſtro quærit, aut venam cavam deſcendentem in thorace reperire nequit. Hinc tuto colligimus, Anatomiam, licet non ipſam morborum curam abſolvat, ſi tamen rite exerceatur, maximi ſemper Medico manere momenti.

Munus *obſtetricis* & in *obſtetricia arte* magiſtri qui ſuſcipit & gerit, iſte reipublicæ inſignem præſtat operam, ſi anatomiam probe callet; Incremento enim infantum in republica damnum, quod ea ſenum aliorumque obitu patitur, reſarciri debet. Tot infantum jactura multoties impediretur plenaria anatomiæ cognitione, niſi ſæpius mater ipſa infantis ſui ſepulchrum fieret, niſi permultæ gravidæ horrendo & noxio modo tractarentur, & ſub partu matres morerentur, quæ reipublicæ plures adhuc producere potuiſſent natos, imo bene multi infantes jam dudum adoleſcerent, & reipublicæ commoda inſervirent, ſi obſtetrix quoque exiguam tenuiſſet cognitionem anatomicam. Diverſus infantis ſitus ante & ſub partum, ſtructura varia partium genitalium, conditio pelvis diverſa, uteri, placentæ uterinæ, ſitus veſicæ urinariæ &

 inteſtini

inteſtini recti, quin imo exſpectatio ipſa fœtus in gravida & parturiente fœmina, obſtetrici, & qui hoc munus & officium ſuſcipit, probe cognita eſſe debent; ſed ſemper manca iſta erit cognitio nec ſolida, niſi anatomicis principiis ea ſit fundata. Cuivis reipublicæ conſervatio ſubditorum curæ eſſe debet, & omnia adhibenda ſunt remedia, ad tam funeſtam infantum jacturam plane avertendam. Ignorantia enim Medicorum, Chirurgorum, & Obſtetricum in ſcientia, quam exercere cupiunt, atque inprimis in anatomica corporis humani cognitione eſt quoddam peſtis genus, cujus venenum triſtiſſimos profert effectus.

Non *Medicis* ſolum, ſed inprimis *Chirurgis anatomica cognitio* corporum & humani inprimis perquam neceſſaria eſt. Abſque ea enim nec leviſſimus ſimpliciſſimusque caſus & in theoretica & in practica Chirurgia poteſt demonſtrari, & pertractari, omnesque operationes ad hoc inſtituendæ ſunt filum. Conſideremus operationes chirurgicas, quas probe & ſolide callere debet & Medicus & Chirurgus, ſin eos recte exercere cupit, & ſi in difficilibus caſibus Medicus chirurgum dirigere debet, e. g. in oculo, in lithotomia, in dilatatione vulnerum, ſubito tunc pateſcet, quam periculoſa ſit in hiſce partibus diſſectio; quam bene & provide ſibi quivis cavere debeat, & quam ſollicite ſectio ſit inſtituenda ob ſitas in vicinia arterias & venas, ob nervos, muſculos ac glandulas. Quam plane periculoſa fieret & inſtitueretur iſta operatio chirurgica, ſi ea ſuſciperetur a chirurgo, pui *plane rudis eſſet in Anatomia*, cui nec ſitus, nec connexio, nec reliqua ſtructura partium innoteſceret, in quibus diſſectio neceſſario fieri debet chirurgica, & in qua tamen vicinæ partes probe conſervandæ ſunt, ne lædantur.

dantur. Fractura quævis vel venæ ſectio ipſa, vel membrorum luxatio, etſi iſta operatio primo intui-tu exigua & levis eſſe videtur, inſigne tamen pro-ducere poteſt periculum, & eximiam afferre no-xam, ſi ſuſcipitur a Chirurgo, in Anatomia plane rudi & inſcio, cujus triſtis eventus multa exſtant exempla, in ſcriptis & chirurgicis & anatomicis. Hinc ad inſpectiones *medico-legales* & *ſectiones ana-tomicas* forenſes ordinantur Chirurgi in Anatomia & theoretica & practica ſ. applicata probe periti & verſati.

Phyſiognomis & *Chiromantiſtis* inſervit quo-que & neceſſaria eſt propior cognitio partium ex-ternarum, integumentorum, uti & oſſium, a quo-rum ſtructura, ſitus partium mollium, integumen-torum linearum in cute dependet. Plura in para-grapho de phyſiognomia inferius dicenda occurrent.

Præter hoſce jam dictos uſus inſervit quoque *Anatomia* inprimis *Anthropologica* & in ea obvia denominatio ac diviſio partium corporis humani externarum pictoribus & ſculptoribus, ſtatuariis, proportionem omnium membrorum corporis eo ac-curatius delineaturis, quam omnium membrorum ſymmetriam celebres viri inveſtigarunt & obſerva-runt in artificiis ſuis unicum exempli cauſa no-men, & quidem celeberrimi *Albrechti Düreri* al-legaſſe ſufficiat, qui proportiones ſingularum par-tium, quæ denominari poſſunt, quoad eorum lon-gitudinem, altitudinem, latitudinem, atque accu-ratum diametrum dividere & determinare ſtuduit.

Autores de *Anatomia in univerſum.*

Phil. *Verheyn* corporis humani anatomia. Amſtelod. 731. 8. II. -- *) J. A. *Kulmus* anatomiſche Tabel-len m. Kupf. Amſtelod. 732. 8. Lpz. 759. 8.

*) C. E. *Eſchenbach* anatomiſche Beſchreibung des menſchlichen Körpers in Figur. Roſtok. 750. & 754. 8. c. fig.
Cowperi Anatomia corporum humanorum CXIV. Tabulis ſingulari artificio, nec minori elegantia ab excellentiſſimis, qui in Europa ſunt, artificibus ad vivum expreſſis. fol. Lugd. Bat. 1739. Traj. ad Rhen. 750.
Verdrier abregé de l'anatomie du corps humain. Paris 768. 12. -- *) J. B. *Winslow* expoſition anatomique de la ſtructure du corps humain. &c. Paris. 732. 4. IV. avec figur. Amſtelod 752. IV. 8: germanico idiomate Berolini 733. 8. IV. Amſtel. 752. 8. Baſel. 754. 8. aucta edita a cel. Hallero in lingua gallica; Paris. 766. 12. IV. & latine. Lips. 753. 8. IV.
*) B. *Euſtachii* tabulæ anatomicæ cum notis *Lanciſii*. Rom. 714. fol. & cum explicat. B. S. Albini. Lugd. Batav. 744. fol.
*) J. *Plenkii* primæ lineæ anatomes. Viennæ 775. & 780. 8. -- J. *Lieutaud*. Eſſays anatomiques, contenant l'hiſtoire exacte de toutes les parties, qui compoſent le corps de l'homme. Paris. 740. - 766. 8. augmentée - & latine a Paris. 765. 8. & germanice cum notis Portal. Lpz. 783. 8. II. c. fig.
Duverney Oeuvres anatomiques. Paris. 761. 4. II.
*) F. *Leber* prælect. anatom. Vindobonæ 778. 8.
Sabbatier traité complet d'anatomie ou deſcription des toutes les parties du corps humain. a Paris 775. 8. II. J. *Palfin* chirurgiſche Anatomie, cum additam. & tract. de oſſibus a Petit, e gallico a L. *Huth*. c. fig. Nrbg. 760. II. 4.
Bütners anatomiſche Wahrnehmung. Königsb. 769. c. f.
Malpighii. opera medica & anat. Venet. 743. c. fig.
C. A. *Mayers* Beſchreibung des ganzen menſchlichen Körpers, mit denen wichtigſten neueſten anatomiſchen Beobachtungen, nebſt phyſiologiſchen Erläuterungen. Berlin. 783. 8. II.

(Plures Autores anatomicos recenſet ſpeciatim *Murray* in enumeratione librorum præcipuorum medici argumenti p. 9. & eos, qui in ſcriptis ſuis communicant inſtitutionem apto modo diſſecandi, & manipulationes in ea neceſſarias; & eos, qui ſyſtemata anatomica, compendia, & deſcriptiones omnium univerſalium ac ſpecialium partium corporis humani continent, quas plurimi figuris, & imaginibus æri inciſis magis illuſtrarunt.) Uti & *Boerhav* allegat antiquiores autores in methodo ſtudii medici. Amſtel. 1751. 4. excepta Bibliotheca *Halleriana* anatomica.

§. 74.

Primarium Anatomes ſubjectum, ubi jam audivimus, eſt corpus humanum, partim quia perfectiſſimum eſt, partim quia homini inprimis eſt neceſſaria, ſui cognitio, quippe qui ex animo & corpore conſtat. Anatomica exercitia ac diſſectiones in corpore humano & in adulto, & in fœtu, infante, ſene; ægroto, & in animalibus brutorum, qui varia phyſiologiæ & pathologiæ capita illuſtrant, & ſano & ægroto, ſunt valde *neceſſaria Medicis*, qui in corporis humani morbis ſanandis, & ſanitate hominum conſervanda præcipuam impendunt operam. Sectio itaque corporis humani artificioſa ſemper præferenda eſt quorumcunque brutorum ſectioni. Quum vero corpora humana ad anatomica exercitia commode haberi nequeant, eaque viva ſecare, neque fas, neque pietas permittunt, & nihilominus tamen permultæ ſectiones ac inſpectiones requiruntur, ut perfectiſſima partium cognitio, ratione ſitus, nexus, formæ, uſus &c. acquiratur: hinc ſolent in defectu corporum humanorum plurima animalia interdum viva, ſed plerumque mortua ſecari, inprimis illa, quorum maxima, in viſcerum plurimarumque partium ſitu, forma, & uſu eſt ſimilitudo cum corpore humano, ut ex eorum cognitione humani corporis partes facilius percipi, ac cognoſci poſſint.

Anatomiam brutorum, quæ *comparativa* alias appellatur, negligunt nunquam ſolidi naturæ ſcrutatores, & ea quidem intentione, ut quæ in brutis obſervant, analogice transferant ad hominem, in quo varia ſcitu neceſſaria per mortem ceſſant, quemque ſtante vita cultro anatomico ſubjiciendi religio vetat, atque humanitas. Hacce fabricæ

 brutorum

brutorum ſolida inquiſitione & comparatione brutorum cum homine, cognitio corporis humani magis magisque dilucidatur, & in animalibus, quamplurima luculenter valde repræſentantur, quæ in hominibus conſpicienda variæ ſæpius impediunt circumſtantiæ, nec permittunt. Hinc neque animalium irrationalium diſſectio ſine uſu eſt, nec ab anatomico negligenda ob analogiam partim cum corpore humano, partim ob viventium motus eo clarius cognoſcendos: ob exercitationem denique tam anatotomicam quam chirurgicam.

Anatomiæ brutorum non exiguas debemus detectiones, & inſignes anatomici plurima diſſecuerunt bruta, ſic *Democritus* ſedem bilis & ejus naturam in brutis quæſivit, & invenit. Sic *Aſellus* ex vivorum animalium anatome, venas lacteas, *Harvæus* & *Wallæus* ſanguinis motum invenerunt, *Pecquetus* ductum thoracicum & *Bartholinus* vaſa lymphatica detexerunt.

Anatomia itaque brutorum non leviter æſtimanda eſt: 1) corpora enim brutorum, quamdiu ea vivunt, aperire licet, & varia in corpore eorum aperto adhuc vivente adparent, quæ poſt mortem conſpici non poſſunt; non exigua enim adeſt analogia corporum brutorum & humanorum, quum corpora brutorum eodem gaudeant mechaniſmo, eodem quoque ſanguinis circulo, atque humorum ſecretione eadem, quibus corpora conſervantur.

2) Partes variorum animalium cum partibus ſæpe corporis humani multum conveniunt, &

3) Corpora brutorum in majori copia, ac multo facilius poſſunt acquiri, quam hominum corpora.

Id

Id vero probe in hac ſpecie Anatomiæ eſt obſervandum, ut, ſi ad corpus humanum inde adplicatio fit, ea cum ſumma circumſpectione inſtituatur, ob inſignem ſæpius differentiam partium & internarum & externarum, in corporibus brutorum quorundam occurrentem, ſi cum corporibus hominum comparentur, & ob diverſitatem ſpecificam ratione ſitus, magnitudinis, figuræ, ordinis, teneritudinis, nexus, imo aliquando ſpecialis ſtructuræ in partibus & artubus externis, quæ teſtantur, non eandem plane eſſe Zootomiam cum antropotomia ſ. corporis humani anatome.

Etſi igitur magni ſemper æſtimanda eſt anatomia antropologica inprimis ea, quæ fit ſectione corporum vel ægrorum vel ſanorum, violento denatorum modo, quæ inſigni modo cognitionem Medici amplificat, eique in inveſtigandis morborum cauſis ſecuram oſtendit viam, multo major tamen Anatomiæ affulget lux, & multo perfectior redditur, ſi ſectio variorum brutorum ſapienti & prudenti ratione cum Anatomia antropologica conjungitur; comparatio iſta corporum humanorum cum animalium irrationalium cadaveribus, naturæ ſcrutatori varia manifeſtat, quæ alias obſcura manerent, & ob minorem teneritudinem multo clarius, & accuratius in brutorum corporibus obſervari poſſunt, varios ea errores detegit, in quibus patres noſtri olim verſabantur, qui unam tantum Anatomiæ ſpeciem exercebant. Inſervit hæc Anatomia brutorum ad diſſectionem humanorum corporum ſubſtituendam, ad comparandas earum partes ſimiles cum corporis humani partibus; easque eo luculentius & diſtinctius perſpiciendas, & oculis noſtris repræſentandas, e. g. in vivis brutis

tis vaſa lactea, motum vermiformem inteſtinorum, arteriarum cordis & pulmonum motum.

Præter hæc commoda *Anatomia* hæc *brutorum* & in quadrupedibus & in avibus, amphibiis, piſcibus, inſectis, vermibus inſtituta: multiplices occaſiones ſuppeditat naturæ ſcrutatori, de brutis quoque eo accuratiorem acquirendi cognitionem, & de eorum morbis, quibus ſæpius epidemice ſubjiciuntur. Plura de hoc articulo, infra uberius dicendi, anſam præbebit ſectio de arte veterenaria.

M. B. *Valentini* Amphitheatrum Zootomicum. Frft. 742. fol. -- P. *Moſcati* Von dem körperlichen weſentlichen Unterſchiede zwiſchen der Structur der Thiere und des Menſchen aus dem Italieniſchen überſezt. Göttingen 771. 8.

*) *Halleri* Elementa Phyſiologiæ. T. VIII. Lauſannæ 757 -- 767. 4. quæ quamplurimas anatomicas obſervationes continet ex anatomia comparata, ſeu brutorum.

CAP. VIII. PHYSIOLOGIA.

§. 75.

Phyſiologia eſt ea pars ſcientiæ naturæ, quæ comprehendit doctrinam de natura, viribus, functionibus corporum naturalium in ſtatu eorum naturali, & de omnibus iis mediis, quæ ſtatum eorum naturalem conſervant.

In hac ſcientiæ naturæ parte omnis opera eo tendit, ut proprius uſus & functiones partium, quas Anatomia deſcribit, inveſtigentur, & determinentur, quid quævis pars ad vitam incrementum, & conſervationem corporis, ad ejus ſtatum naturalem conferat. Magni itaque eſt ſemper momenti

momenti phyſiologia, & ſcientia multi momenti. In iſta enim non ea tantum attenduntur, quæ oculis obvia ſunt, ſed quæ peculiare ingenii acumen & perſpicaciam poſtulant, ut effectus & functiones partium eo ſagacius perveſtigari, & ex levibus ac remotis indiciis dijudicari, variique noti effectus accurate & mathematica fere certitudine dimetiri & ponderari poſſint.

Objecta phyſiologiæ ſunt corpora iſta, quæ proprias vires & functiones partium continent, quibus ſe in ſtatu naturali conſervare poſſunt; hæc ſunt vel *animalia* vel *plantæ.*

Inſtituitur iſta conſideratio in

I) *Animalibus*, appellatur tum *phyſiologia Zoologica*, & quidem

1) *Anthropologica*, ſi homo præcipuum ejus eſt objectum, cujus œconomia ſpeciatim disquiritur;

2) *Brutologica*, ſi animalia irrationalia illius ſunt objectum.

II) Inſtituitur iſta conſideratio phyſiologica in *plantis*, *phyſiologia* tunc *phytologica* denominatur.

§. 76.

Phyſiologia anthropologica eſt illa pars Medicinæ miniſtra, quæ partium *corporis humani*, in Anatomia anthropologica deſcriptarum, proprium uſum, & functiones disquirit, ſimulque explorare ſtudet, quid quævis pars ad vitam, ad incrementum, ad conſervationem ſtatus naturalis corporis humani conferat.

Objectum hujus doctrinæ præcipuum eſt *homo vivens* & ſanus: in quo ab anatomia ea differt, cujus

cujus objectum quam maxime eſt corpus animale mortuum. Siſtit ea corporis humani ſani conſiderationem quoad omnes ejus partes, affectiones, & effectus ab iſtis dependentes. Structura corporis humani in ea disquiritur, quomodo in iſta ſecundum leges motus, tam diverſæ actiones, & motus, pro varia compoſitione poſſibiles, & neceſſariæ ſint; hæc vero omnia ſupponunt principia ex methaphyſica, matheſi, phyſica, anatomia, chemia, ad hæc phænomena in corpore humano eo clarius demonſtranda.

Rationes in hac Phyſiologiæ ſpecie inquiruntur & traduntur, quomodo, & quibus cauſis, pro varia partium ſtructura, fabrica, mechanismo, mixtione, omnes actiones & functiones naturales, in homine ſano fieri poſſint, & eveniant, & quomodo earum ope ſanitas hominis conſervetur, in quo iſta conſtet, & quibus iſta pateat ſignis. Uti Anatomia anthropologica ſitum, magnitudinem, formam, connexionem, & conditionem partium corporis animalis disquirit, & oſtendit, ita phyſiologia anthropologica determinat uſum, applicationem iſtarum partium, & ex iis ortos varios motus & ſolidarum & fluidarum partium, in quibus proprie vita, & in quarum regulari proportione ſtatus naturalis ſ. ſanitas conſtat. Inveſtigat ea diverſas & proprias actiones & vires, quæ corpori humano inſunt; declarat cauſas & effectus ſanitatis a corporis ſtructura præcipue dependentes.

Ad omnia ea in hac Phyſiologiæ ſpecie reſpicitur, quæ in ſano corpore per naturalem partium, (corporis humani & fluidarum & ſolidarum,) conſtitutionem, & ſingularum vires, a creatione inſitas, fieri poſſunt & perficiuntur, ita ut omnes

actiones,

actiones, quæ alias corporis animati functiones vocantur, ex cognita prius conditione & ſtructura ſolidarum, a mixtione fluidarum partium, quantum quidem id fieri poteſt, explicentur. Conſideratur in ea admirabilis & magnifica ſtructura corporis noſtri, inſignis numerus membrorum, quæ corpus ſuffulciunt humanum, conſervant, protegunt, defendunt, præmuniunt, quæ partes fluidas mutant, purificant, conſervant, & vel ad peculiarem finem ſingulorum membrorum, vel ad univerſalem uſum corporis univerſi impendunt.

Quum homo vivus non ſolum conſtet corpore ſ. machina iſta, quæ ex partibus ſolidis & fluidis componitur, ſed anima quoque, ſeu ente incorporeo, quo præſente corpus viget, & vivum eſt, variasque actiones exercet animales, conſiderantur hinc in phyſiologia anthropologica, natura, vires & actiones corporis animati, pro diverſitate corporis, ætatum, ſexus, temperamenti, valde differentes.

§. 77.

Generalis phyſiologiæ anthropologicæ pars verſatur, circa determinationem accuratam, & deſcriptionem machinæ corporis humani; vitæ ejus naturalis, ejus naturæ ac cauſæ; mortis, ejus naturæ & cauſæ; ſanitatis, ejus originis, cauſæ, ac conſervationis; partium corporis humani & ſolidarum & fluidarum, earum ſpecies, varietates, differentias, diviſiones, æquilibrium inter ſe ac reliquas qualitates varias. Disquirit ea quoque naturam & vires corporis humani, ſingularum originem, exiſtentiam, differentiam, cauſas, effectus, uſum varium. Corpus porro humanum, quatenus id non ſolum machina mechanico - hydraulica eſt,

eſt, ſed ſimul ipſi animus rationalis ineſt, vires hinc non ſolum *phyſicas*, omni machinæ mechanico-hidraulicæ communes, ſed vires quoque tam varias, *animales*, animatis tantum proprias, conſiderat ea.

Præcipuæ iſtæ *vires* corporis humani ſunt:

I) *phyſicæ*, varios motus & actiones producentes, quibus homo a natura ſubjectus & deſtinatus eſt, a nulla evolutione & combinatione fortuita dependentes, omnibusque hominibus communes; referuntur ad eas, Vis *gravitatis*, quâ corpora ſemper terræ centrum petunt; Vis *inertiæ*, qua corpora & motui & quieti reſiſtunt; Vis *elaſticitatis*, quâ corpora vi quadam extenſa ſubito et ſponte ad priſtinam redeunt figuram, quibus motus vitalis elaſticus ſe exſerit inprimis in fibra partium ſolidarum; Vis *motrix*, qua corpora a motu impreſſo tamdiu moventur, donec motus vis remittit.; Vis *attractionis* vel *affinitatis*, quâ duo corpora ſponte ad ſe invicem mutuo tendunt; Vis *repulſionis*, qua duo corpora ſe ſponte repellunt.

II) Vires corporis humani præcipuæ *animales* ſunt: Vis *irritabilitatis*, quâ fibræ quædam ſtimulo irritatæ, ſe contrahunt: (alias motus tonicus ſ. univerſalis conſtrictorius & relaxatorius appellatus;) Vis *ſenſitiva*, qua fibræ quædam a ſtimulo quodam irritatæ ſenſationem in animo producunt & efficiunt; Vis *animi*, qua ipſius voluntate pars quædam ſe movet; Vis *nervea*, ſ. nervorum, qua mutatio fit ad quædam temporis momenta in aliqua corporis parte, nervis prædita, invito ſæpe animo.

III) *Actiones* & motus *corporis* animati præcipuæ, quæ in corpore animali vivo, non ſeparate

quidem,

quidem, ſed in continuo quodam nexu fiunt, quum una alteram juvet & perficiat, quæ in partibus fluidis æque ac in ſolidis, & in minimis hiſce æque ac in magis compoſitis locum habent, etſi quidam ad *functiones* proprie tantum iſtas internas actiones referunt, quæ conveniunt partibus ſolidis magis compoſitis; ſunt

1) Vel *vitales*, ſine quibus vita humana durare nequit, eamque proprie conſtituunt, ad quas referuntur: *Actio cordis* & connexorum vaſorum, inde dependens *circulus ſanguinis*, reliquorum humorum in corpore humano contentorum, & hinc ortus calor univerſi corporis; actio *pulmonum* per reſpirationem, vitam juvans & conſervans; actio *cerebri* & *cerebelli*, ob influxum ejus per nervos & in eo contentum fluidum nerveum in cor & pulmones & exinde in totum corpus.

2) Vel ſunt *animales*, iis conſtantibus mutationibus, quæ ope nervorum per externos ſenſus in animo & in organis producuntur & efficiuntur, e conjunctione animi cum corpore proprie enati: quibus animi vires, intellectus potiſſimum & voluntas, cooperantur, ſenſum & motum efficientes, quibus animal & rationale & irrationale a reliquis corporibus naturalibus inprimis a vegetabilibus differt.

Referuntur ad haſce *actiones animales* quoque actio animi, affectus, horum vis & diverſi effectus, ſenſus externi & interni, actio & motus muſculorum voluntarii, partes corporis varie dirigentes, vox & loquela, ſomnus & vigiliæ.

3) Vel ſunt *actiones naturales*, quæ corpus conſervant animale, quæ aſſumtæ mutant in partes corporis noſtri æquales, ut in naturam corporis noſtri abeant, ad iſtius tam conſervationem, quam creſcentiam.

Quibus & cibus & potus in fluidas & ſolidas corporis humani partes transmutantur, actiones iſtæ naturales ſunt præcipuæ, fames, ſitis, maſticatio, deglutitio, digeſtio ciborum, chylificatio, tranſitus chyli in ſanguinem, ſanguificatio, nutritio, incrementum, decrementum corporis, variorum humorum utilium & noxiorum, ſuperfluorum ſecretio & excretio, fœcum expulſio, urinæ excretio, transpiratio, inhalatio.

In ſingulis hiſce functionibus & actionibus naturalibus partium corporis humani ſani, phyſiologi conſiderant organa, objecta, media & ſingulas partes, in quibus functio peculiaris fit, harum ſitus, fabrica, vires, actiones, uſus, organa, ſecretoria & excretoria, eam promoventia, augentia, impedientia, conditio humorum ſecretorum, qualitas, quantitas, copia, proportio, uſus, effectus.

4) Vel ſunt actiones quoque *ſexuales*, ſi corpus debitum & congruum incrementum & vigorem acquiſivit, qui ſpeciem ſui individui propagat, dum corporis maſculini propria organa, reſpicientes proprie propagationem gentis humanæ, in fœminini corporis organis propriis differentibus, tales tamen producunt mutationes, ut novum corpus, ſeu novus homo ex homine generetur.

Sunt vero ex iis potiores, ſecretio & excretio ſeminis in viro, in fœmina autem menſtruatio, conceptus, evolutio embryonis, graviditas, partus, puerperium, ſecretio lactis. Doctrina de origine hominis, ætates hominum diverſæ, ita & mors hujusque cauſæ & effectus in corpus animale ſimul quoque hic conſiderantur, uti & *actiones humanæ*, quæ hominem ab animalibus brutis ope animæ ipſius rationalis diſtinguunt, ad quas potiſſimum refertur ratiocinium.

Excep-

Exceptis hiſce determinatis *actionibus animalibus* conſiderantur quoque in homine *actiones*, *communes*, toti corpori inſervientes; & *privatæ*, ſ. particulares, a ſpeciali partium fabrica dependentes, quæ uni & ſingulæ tantum conducunt parti corporis humani, de quibus in anatomia, hygrologia, & phyſica &c. proprie eſt ſermo, eorumque propior occurrit diſquiſitio; eæ quoque, quæ pro diverſa ætate & ſexu hominibus quibusdam tantum ſunt propriæ.

§. 78.

Specialis phyſiologia anthropologica verſatur inprimis, circa ſpecialiorem & accuratiorem disquiſitionem, omnium omnino actionum & functionum in corpore humano obviarum, & tam manifeſte ſeſe repræſentantium. Præcipuæ vero ex iis ſunt ſequentes.

Vita humana quum in motu humorum & potiſſimum ſanguinis circulatorio conſtet, hinc primariô *ſanguis* conſideratur a phyſiologo, omnes ejus functiones & actiones perſcrutante, ſententiasque varias diſquirente, & quidem,

a) *Sanguinis natura*, *elementa*, (tam a priori quam a poſteriori,) per phyſica & chemica experimenta, per ſenſus, guſtum, viſum, (vel nudis oculis vel microſcopii ope,) quibus ſanguinis ejusque partium forma, figura, magnitudo, gravitas, quantitas, proportio partium conſtituentium, gradus fluiditatis, calor, color ſanguinis, ſingulorum origo, cauſa, differentia, variæque qualitates ſanguinis ac alia in iis obvia phænomena & effectus determinantur.

b) *Sanguinis motus*, & perpetua circulatio; in vaſis ſanguiferis, tam arterioſis, quam venoſis,

& ſpeciatim quidem heic ſimul fit mentio, ſtructuræ, fabricæ, *arteriarum*, figuræ, ramoſitatis diverſæ, ſitus, actionum, officiorum, uſus, motus varii & contractorii & dilatatorii, ab eoque orti pulſus; (hujus pulſationis itaque origo, differentia, alteratio a variis circumſtantiis, mutatio arteriarum in pulſu, effectus & uſus,) virium & actionum arteriarum in motu ſanguinis, variæ elaſticitatis, irritabilitatis, ſenſibilitatis diverſique ejusdem gradus: æque ac *venarum* ſtructuræ, fabricæ, figuræ, ramoſitatis, ſitus, actionis & officiorum, motus & contractorii & dilatatorii, virium venarum in motu ſanguinis, aliorumque effectuum & phænomenorum in venis obviorum.

Motus ſanguinis circulatorius, per vaſa ſanguifera, & viſcera cujuscunque generis; heic ſimul conſideratur ipſius præcipue exiſtentia, origo, cauſa, modus varius, differentia in arteriis, venis, viſceribus, & hujus differentiæ cauſa, gradus celeritatis, motus, uti & media & impedientia & promoventia motum ſanguinis circulatorium ac tempus, in quo circulus atque motus ſanguinis abſolvitur, accurate heic inquiruntur.

Quum *cor* ſit cauſa præcipua motus ſanguinis inveſtigatur hic quoque ſpeciatim; *cordis* ſtructura, fabrica, figura, partes, ſitus, actio, vis ipſa, qua cor contrahitur, & dilatatur, quâ agit in ſanguinem in eo contentum, in motum humorum, & in vaſa reliqua ſanguifera, cauſa & origo actionis atque vis cordis, ab eoque dependens motus & circulus ſanguinis ac humorum reliquorum corporis humani, ejusque differentia in fœtu & adulto; gradus celeritatis, motus cordis & ſanguinis per cor transeuntis, determinatio accurata maſſæ ſanguineæ, per cor tranſeuntis ſingulis horis,

horis, retardationis & accelerationis cauſa in motu ſanguinis per cor: cordis uſus, functio, ac effectus & generalis & ſpecialis. *Vaſa cordis propria* & ei *adnata*, eorum ſtructura, fabrica, ſitus, vis, actio, uſus, arteriæ pulmonalis, aortæ, venæ pulmonalis, & venæ cavæ; cauſa & origo actionis iſtius in hiſce vaſis. *Pericardii ſtructura*, fabrica, actio, vis, uſus, liquoris in pericardio præſentia, origo, conditio, contenta, uſus, effectus.

Sanguine e corde per arteriam pulmonalem ad pulmones tranſeunte diſquiritur hic quoque *functio pulmonum*, & in iis eveniens *reſpiratio*; & quidem *pulmonum fabrica*, ſtructura, ſitus, vis, actio varia, ac influxus in motum & tranſitum ſanguinis per pulmones, ejus differentia in fœtu & adulto. *Pulmonum partes*, vaſcula diverſa, & *ſanguifera*, tam arterioſa quam venoſa, horum actio, potentia, effectus, cauſa & uſus; & *aërem vehentia*, *Aſperæ* hinc *arteriæ* ſtructura, partes, actio, uſus varius in reſpiratione; hujus reſpirationis origo, cauſa, media varia eam promoventia & impedientia, ejus efficacia in circulum ſanguinis, reliquorumque humorum, partium, ac viſcerum corporis humani, ejus neceſſitas & utilitas.

Differentia & ſpecies reſpirationis, ſingularum origo, rationes, effectus & varia phænomena, quoad ætatem & ſexum differentes. Actiones variæ in reſpiratione evenientes, ſuſpiria nimirum, nixus ſ. diuturna inſpiratio, oſcitatio, ſuctio, tuſſis, ſingultus, vomitus, ſternutatio, riſus, fletus, ſonus, vox, (in *voce* ſpeciatim ejus objectum, organon, hujus acumen, gravitas, ſuſurrus, uſus, conſiderantur:) loquela, vociferatio, cantus: ſingulorum horum phænomenorum reſpirationis ope evenientium modus diverſus, origo, ſedes, organa,

inſtrumenta, diſcrimina varia, accurate inquiruntur, in loquela ſpeciatim generatio litterarum, diverſi generis, modificatio, vitia, varietates ac uſus vocis & loquelæ, horum origo, & correctionis modus peculiaris, modus quoque, quo muti loqui diſcunt.

Uſus denique inveſtigatur & *generalis* & *ſpecialis*, *motus* & *circuli ſanguinis* in vaſculis & viſceribus corporis humani, uti & ejus *effectus* ac *influxus* præcipuus, in chyli mutatione, ſanguificatione, majori ſanguinis reſolutione; in generatione caloris; hujus ortus, gradus valde diverſus, cauſa ac uſus, in ſecretione humorum & utilium & noxiorum; in conſervatione maſſæ ſanguineæ a putredine; in nutritione & conſervatione corporis totius.

Nutritionis differentia hic quoque penſitatur ratione temporis, loci, materiæ, modi varii pro partibus corporis humani varie contribuentibus, leviorem & faciliorem nutritionem efficientibus, promoventibus, conſervantibus vel impedientibus, pro particulis diverſis fluidis ex alimentis & potulentis, ad ſolidas partes ſe apponentibus, & hinc incrementum partium producentibus ſemper diverſum, quoad copiam neceſſariam & ætatem hominum, & in ſingulis partibus ſenſim ſenſimque, & in univerſum in toto corpore ſimul exiſtens conditio. Cauſa inquiritur hic ſimul, in quibus partibus nutritio fiat, quomodo ſuccus nutritius in oſſium ſubſtantiam perveniat, atque in reliquas partes ſolidas; quomodo nutriat, incrementum promoveat, augeat & amiſſas reparet vires, per qualia organa & per qualia requiſita, per quales actus præparantes nutritio fiat, & oriatur; (per appetitum nimirum, adſumtionem alimentorum, ma-

ſtica-

ſticationem, chymificationem, chylificationem, chyli ſecretionem, diſtributionem, ſanguificationem;) & per quales proprie actus, nutritionem abſolven- tes; (adpoſitione nimirum, adſimilatione, humo- rum diſperſione, variisque aliis mediis.) Cauſæ mechanicæ conſumtionis, & varietatis nutritionis, obeſitatis, nimiæ nutritionis, ejus origo, gradus, cauſa, finis, uſus, differentiæ, in varia ætate de- crementi, aliæque cauſæ fluida cum ſolidis detr- tis diſſipantia & e corpore eliminantia, hac occa- ſione heic quoque penitiori ſubjiciuntur examini.

§. 79.

Sanguinis, & *bonæ ſanguificationis origo*, de- pendens a chylo, heic quoque omni jure refertur. Chylus vero ex aſſumtis eſculentis & potulentis oritur, ratio itaque mutationis ciborum in chy- lum prius determinanda eſt, originem ſanguinis eo clarius demonſtrans. Tranſitus hinc alimento- rum per canalem primarum viarum, conſideran- tur hic in phyſiologia; & quidem alimenta & cibi & potus quomodo mutantur in ore per *Mandu- cationem*, (ejus *organa* adjuvantia, ſtructura iſto- rum, fabrica, vis, actio, functio, effectus, mutatio alimentorum per eam;) admixtione ſalivæ, (ejus fontes ſ. ortus, differentia, natura, partes con- ſtituentes, qualitates, copia, motus, modus ad- mixtionis, uſus, effectus in aſſumta per os, tam ſolida quam fluida;) admixtione aëris, (ejus dif- ferentia, effectus, uſus, in aſſumta per os.)

Deglutitione mutantur alimenta & per ſin- gula ejus organa, quorum actio, influxus, uſus hic inquiritur: per *Digeſtionem* in *ventriculo*, cujus ſi- tus, ſtructura, actio, effectus in ingeſta, cauſa co- ctionis ciborum & in ipſo ventriculo & in viciniis

 parti-

partibus; effectus ac uſus ſimul digeſtionis, accurate heic inquiruntur; uti & contenti in ventriculo humores, horum natura, partes eſſentiales, effectus in ingeſta exceptis aliis inſtrumentis variis cibos in chymum mutantibus. Origo, ſedes, cauſa proxima ac uſus ſimul inveſtigatur *ſenſationis famis & ſitis*; & phænomenorum heic obviorum, in vacuo ventriculo; quando, quomodo & quamdiu homines jejuni eſſe, & ſine cibis vivere poſſint; cauſa varietatis appetitus in diverſa ætate, & ſæpius hic occurrente conſuetudine; unde homo ad omne genus ciborum ſit natus; cur victus ejus plerumque & ex animali & ex vegetabili regno ſit, cur ex uno alimento præ altero melius & diutius vivat, quæ commoda & incommoda a victu carneo, a victu mixto patiatur, influxus & effectus cibi & potus diverſimode præparati; & menſura cibi & potus hic quoque diſquiritur uti & cauſa, varii effectus, ruminationis vomitus; origo, cauſa, ac tempus, quo ventriculus evacuatur.

Alimentorum mutatio quoque fit per *digeſtionem* in *inteſtinis*, quorum fabrica, vires, uſus, penſitantur, ac humores admixti varii, mucus nimirum inteſtinalis, (ejus fontes, natura, effectus & actio;) bilis, (ejus origo, differentia, natura, qualitates variæ, effectus, uſus ac copia neceſſaria in alimentis & ingeſtis;) liquor pancreaticus, (ejus origo, natura, effectus & actio in ingeſta;) actio ipſa inteſtinorum diverſorum in ingeſtos cibos & potus, in chymum mutatos ope eorum fabricæ, motus & contentorum ac adfluentium humorum, & partium vicinarum diverſarum: (uti peritonæi, omenti fabrica & uſus quoque hic inquiritur;) mutatio ipſa chymi in chylum, ad eo faciliorem tranſitum in ſanguinis totius maſſam.

Tran-

Tranſitus *Chyli* & *Lymphæ* ad ſanguinem in hac quoque phyſiologiæ parte penſitatur, *Chyli* hinc examinatur reſorptio, ingreſſus, motus, tranſitus, & per vaſa *lactea*, horum ſtructura, fabrica, ductus, vis inſita, atque actio; & per vaſa chylum ad ſanguinem vehentia, per meſenterium, glandulas meſenterii, ciſternam lumbarem, ductum chyliferum, pecquetianum ſic dictum ad ſanguinem; & ſingulorum ſimul fabrica, ſitus, functio, influxus, effectus & uſus varius.

Chyli miſcela cum ſanguine, ejus natura, modus, ortus, media eam promoventia & impedientia, uſus, effectus, copia chyli quotidie ſe miſcentis ſanguine.

Lymphæ ſecretio & excretio, hujus organa; (iſtorum origo, finis, differentia, fabrica, functio;) tranſitus lymphæ per ea; locus & ſitus horum vaſorum & organorum, in quibus hæc ſecretio fit; media eam promoventia augentia & conſervantia; influxus aliarum ſecretionum & excretionum, variorumque humorum circulantium; excepto hujus ſecretionis uſu. Quum quædam pars, ciborum mutatorum in ventriculo, & in inteſtinis, excernatur & expellatur ex inteſtinis inprimis craſſis, qua fœces; diſquiritur hic quoque actio inteſtinorum craſſorum, & effectus eorum in fœces excernendas, eorum media adjuvantia & impedientia, tempus poſt ingeſtionem alimentorum, & quantitas congrua. Indoles fœcum excretarum ratione pertium conſtituentium, conſiſtentiæ naturalis, coloris, odoris, flatuum origo, cauſa, effectus ad alimenta ingeſta in inteſtinis. E cibo & potu mutatæ partes cum ſanguine mixtæ, quæ alias *chylus* vocatur, vel manent mixtæ cum ſanguine intra vaſa ſanguifera, & conſtituunt eſſen-

tialem novam ſanguinis partem; vel non manent, qua ſanguis, ſed qua varii humores e ſanguine iſto ſecernuntur: iſtius generis humores referuntur ad humores a ſanguine ſecretos. Modus iſtius ſeparationis humorum in corpore humano e ſanguine vocatur *Secretio.*

In *generali* diſquiſitione *ſecretionum* penſitantur hic quoque *loca* varia, organa, præparantia, locus ſecretionum & excretionum, diverſique ductus ſecretorii & excretorii, viæque variæ, quibus tam diverſi humores ſecernendi ſeparantur a ſanguine, ſingulorum actio, vires, modus varius, ac differentia ſecretionum, & ex ultimis arteriarum finibus, & ex diverſæ ſpeciei glandulis, cauſa originis tam ſecretionum in genere, quam eorum diverſitatis. *Species humorum* ſecretorum præcipue generaliter hic inquiruntur, e diverſis organis ſecretioni & excretioni dicatis & inſervientibus, de quibus in anatomiæ ea parte, quæ *hygrologia* appellatur, præcipue erat ſermo.

§. 80.

In *ſpeciali diſquiſitione ſecretionum* conſiderantur accurate, omnes & ſinguli ſecreti humores a ſanguine, & organa ſpecialia, per quæ ea ſecernuntur & excernuntur, & quidem in *cavo cranii* & vertebrali ſpecu *ſecreti humores, vapor* nempe *aquoſus*, in cavitate & ventriculis cranii, ac ſpecu medullæ ſpinalis; *liquidum nerveum*, a corticali cerebri ſubſtantia in medullam cerebri, cerebelli, & medullam ſpinalem ſecretum & in omnes exinde nervos corporis totius diſperſum. Qua occaſione *cerebrum, cerebellum* & *medulla ſpinalis*, qua organa ſecretionis fluidi nervei hic exquiſite perſcrutantur: atque ad cerebrum abeuntium vaſorum

ſorum numerus, ſitus, natura, functio, & ſpeciatim cerebri *ſtructura*, fabrica, moles, functio, uſus, neceſſitas cerebri, cerebelli, medullæ ſpinalis. Specialis quoque actio cerebri in ſecretione fluidi nervei; Modus & conditio hujus ſecretionis, organa, functio, per quam iſtud vehitur & movetur, copia, natura, partes conſtituentes, & utilitas: Nervorum inprimis quoque origo, ramificatio, qualitates, differentia, vires, functio, uſus & influxus in corpus humanum: Rationes, modi, quo nervis ſenſatio fit, & quo nervi in ſenſatione motum ad cerebrum uſque proferunt, & in motu membrorum e cerebro ad muſculos; modus, quo nervi communicationem inter ſenſus & muſculos atque communionem corporis cum anima conſervant vitamque corpori acquirunt.

Uſus & functio inprimis nervorum quum conſtet in *productione motus* & *ſenſationis*; doctrina de *motu* & *organis motus* hic ſimul quoque traditur. Examinatur varia modificatio, alteratio, ac varietas motus, organa motuum voluntariorum; muſculi nimirum, eorum fabrica, ſtructura, differentia, qualitates, tam generalis quam ſpecialis eorum effectus, ad motum inſerviens, mutatio in actione, origo ac cauſa varia actionis, effectusque muſculorum aliarumque partium ſolidarum & fluidarum; in muſculis quoque robur, eorum vis, gradus diverſi, modus eorum vim dimetiendi, quomodo & tempore, in differentia roboris hujus muſculorum pro diverſo tempore & ætate, influxus ſanguinis & fluidi nervei in actionem muſculi, influxus oſſium cartilaginum, ligamentorum, cutis in actionem muſculorum fiat.

Specialis quoque occurrit conſideratio de *motus muſcularis utilitate generali* tam plurium muſculorum ſimul agentium, quam *ſpeciali* ſingulo-

gulorum muſculorum in pedibus, brachiis aliisque partibus corporis humani ſitorum, ad ſtationes, greſſus, curſus, ſaltationes; quorum phænomenorum origo, varia modificatio, effectus, uti & contrarii ſtatus, debilitatis nimirum naturalis, defatigationis, laſſitudinis, inveſtigatur.

Doctrina hic quoque occurrit de *ſenſatione*, ejus organa, inſtrumenta, adminicula, varia modificatio, influxus, commercium animæ cum corpore, animæ imperium, potentia in ſpeciales corporis humani partes, & fluidas & ſolidas, æquilibrium mentis & corporis, origo & ſedes ſenſuum, ſenſationis differentia, quoad ætatem, tempus, dimenſionem, gradus, duratio ſenſationis, ſenſuum ratio & indoles; duratio, gradus.

Animæ facultates internæ ſ. *ſenſus interni*, intellectus nimirum, ingenium, phantaſia, imaginatio, conſcientia, perceptio, voluntas, deſiderium, propenſio, cupiditas, appetentia, averſatio, cogitatio, judicium, abſtractio, æſtimatio, memoria, oblivio, veritas, error, delirium, fatuitas, phantaſiæ origo, ratio, in inſomnio, effectus mirabiles, luſus in gravidis, idioſyncraſia, animæ ſenſitivæ motus & actiones pro lubitu & directe evenientes, & ab iis dependentes effectus & partium functiones, motus vitales vel conſervantes vel deſtruentes, quantum fieri poteſt, heic perſcrutantur:

Uti & *animæ* adfectus, ſ. *pathemata*, tam jucunda, lætitia, nempe voluptas, ſpes, fiducia; quam injucunda, ira, odium, pudor, timor, triſtitia, deſiderium, miſericordia, terror; ſingularum qualitates & conditiones, media varia excitantia & impedientia, adfectus, influxus animi

pathe-

pathematum in nervos, & per hos in corpus; origo vitiorum cerebri & effectus a vitiis cerebri, ſenſuum abolitio & internorum & externorum: ratiocinium, ejus origo, differentiæ; ſpirituum animalium indoles, diverſitas, motus, utilitas ſenſationis varia. Ratio & origo horum phænomenorum animæ & variæ ſenſationis examinantur quam exactiſſime, æque ac *ſenſuum quinque externorum*, ſpeciatim nempe in oculis *viſus*, hujus organi fabrica, & externa & interna, cujusvis partis ſpecialis ſtructura, uſus, functio, modus quomodo hæ partes ſpeciatim & conjunctim viſum perficiant, & partes ſubſidiariæ ſint, locus & ſedes viſionis primaria, viſus objectum, proprietates lucis, ſpecies & varietates viſus, pro varietate ætatis, temperiei, ſexus, conſuetudinis; gradus, & (punctum viſionis diſtinctæ, coloris ejusque varietatis origo & cauſa,) viſionis confuſæ origo & cauſa; duratio viſus, media viſum debilitantia, & impedientia, oculos moventia, cuſtodientia, phænomenaque alia in viſu: Simplex e. g. ex duplici pictura ſenſatio, cauſa de præſentia oculorum duorum, rotundorum, ſe moventium: cauſa viſionis multiplicis, viſionis variæ rerum in varia diſtantia, ortus imaginum, differentia, magnitudo, dijudicatio reſpectu loci diſtantiæ; uſus & neceſſitas viſus; omnium horum phænomenorum in viſu obviorum atque in aliis ſequentibus ſenſibus origo & cauſa exquiſite heic dijudicantur.

In auribus *auditus*, hujus organi ſtructura ſpecialis externa æque ac interna, uſus, functio tam ſpecialis ſingularum partium quam generalis omnium conjunctim agentium; locus & ſedes auditus, ſpecies, varietates in uno eodemque homine, diverſitas in diverſorum hominum auditu, gradus,

gradus, duratio auditus, modus & media auditum excitantia & impedientia, (origo hac occaſione quoque ſoni & toni, oſcillatio corporis ſonori, ſoni transmiſſio, celeritas, propagatio, diſcrimen, gradus, acumen, robur, echo; cauſæ diſcriminis tonorum, proportiones & numeri vibrationum, tremores eorum, origo & cauſa uti jucundi ſic & odioſi in ſonis & tonis, cauſa, effectus muſices,) uſus & neceſſitas auditus.

In naribus *olfactus*; hujus organi æque uti ſupra, ſtructura ſpecialis & externa & interna, uſus, functio & ſpeciatim & omnium in naribus obviarum partium conjunctim efficientium: locus & ſedes olfactus, ejus origo, objectum, odorum genera, ſpecies, varietates, differentia olfactus tam in uno quam in diverſis hominibus, ejus gradus, duratio, adminicula, modus & media olfactum excitantia & imminuentia, vel fœtorem excitantia, utilitas & neceſſitas olfactus.

In lingua *guſtus*, oſtenditur heic organi hujus fabrica, ſpecialis & externa & interna, uſus, functio & totius linguæ & ſpecialium linguæ partium, ſaporis locus, ſedes, origo, objecta, modus & media guſtum debilitantia & excitantia: partes ſubſidiales, genera ſaporum, diverſitas ſaporis, ſpecies, varietates guſtus in uno homine, diverſitas guſtus in diverſis hominibus, gradus & duratio guſtus, ejusdemque uſus & neceſſitas.

In cute *tactus*; demonſtratur hujus organi cutis ſcil. fabrica, eaque externa & interna, uſus, functio, ſpecialium etiam partium cutis, tactus locus vel ſedes, origo, objecta motus & media tactum imminuentia vel excitantia, ſpecies & varietates, diverſitas tactus tam in uno quam

in diverſis hominibus, gradus, duratio tactus, ejus effectus in corpus humanum, (doloris origo, cauſa, gradus, varietates & duratio:) uſus & neceſſitas tactus.

Status hic quoque iſte diſquiritur, ſi ſenſatio ceſſat, ſalvis manentibus reliquis quibusdam corporis functionibus: ſi *ſomnus* fit, hujus naturalis origo, cauſa, natura, differentia, varietas, influxus temperamentorum & actionum diverſarum, phænomena ingruentis ſomni, mutatio partium in ſomno, tempus, menſura, gradus, duratio ſomni, media ſomnum diſponentia, adjuvantia & impedientia, phænomena expergiſcentium, ſomni utilitas & neceſſitas: ſomnolentia, inſomnia, eorum origo, cauſa, varietas, gradus, duratio, effectus & uſus hic exquiſite inquiruntur, uti & ſtatus ſomno oppoſitus, ſc. *vigiliæ*, horum natura, origo, cauſa & media diſponentia, & impedientia, mutatio partium corporis humani.

§. 81.

Secernitur quoque in *cavo narium* humor, *mucus narium*, a glandulis membranæ pituitariæ in naribus ſecretus. Hujus muci organon ſecretorium, glandularum eum ſecernentium ſtructura, fabrica, ductus ſecretorii, & excretorii, ſitus, functio, modus ſecretionis, media hanc ſecretionem promoventia & impedientia, quantitas, natura, conditio muci ſecernendi, ejus uſus & neceſſitas. Doctrina generalis hic ſimul ſubjungitur de glandularum ſtructura, differentiis, modo diverſo ſecretionum & excretionum in glandulis, eorumque ductuum ſecretoriorum, & excretoriorum, ſucco in iis contento, vaſis, nervis, eorumque uſu & neceſſitate.

In *cavo faucium* & œſophagi æque ſecernitur humor *mucoſus* a glandulis muciparis in faucibus & œſophago ſecretus. Hujus muci organon ſecretorium, eademque momenta uti in muco narium indicata hic quoque penſitantur.

In *cavo oris humor* occurrit quoque *ſalivalis*, a tribus paribus glandularum ſalivalium, in cavo oris ſitorum, ſecretus: ad hujus humoris ſalivalis organa ſecretoria, ſecundum eadem momenta in muco narium & faucium determinata etiam hic attenditur.

In oculis & circa oculos contenti ſunt humores, & quidem *bulbi* ſunt humor aqueus, vitreus, lens criſtallina, & *extra bulbum* contenti humores, lacrymæ, *ſuccus* e glandulis ſebaceis in palpebris ſitis ſecretus: horum humorum organa ſecretoria, omniaque ea momenta, quæ ſupra conſiderabantur, hic quoque diſquiruntur.

In *auribus* contentus eſt ſuccus & humor, *cerumen aurium*, a glandulis ſebaceis in meatu auditorio externo ſecretum; & *aqua auditoria* in veſtibulo & canalibus ſemicircularibus auris internæ contenta. Eadem momenta etiam hic uti ſupra inveſtigantur, ſicuti in ſequentibus ſpeciebus humorum ſecretorum ad eadem attenditur momenta;

In *collo* nempe *ſuccus* e glandulis ſubmaxillaribus, jugularibus & glandulæ thyroideæ ſecretus.

In *thorace* varii *humores* ac *ſucci* contenti, atque ex variis organis ſecreti: *mucus* nimirum *laryngis tracheæ bronchiorum* a glandulis harum partium ſecretus; *ſuccus glandulæ thymus* albicans ex hac glandula ſecretus; *vapor pericardii & cavitatum thoracis* ab arteriis ibi exhalantibus ſecretus; *pulmonum materia perſpirabilis* ex pulmonibus exhalans;

In

In *abdomine diverſi* quoque *ſucci* & *humores*, ſecernuntur, *ſuccus gaſtricus*, qui in ventriculo; & *ſuccus inteſtinorum* ſ. *entericus*, qui in *inteſtinis ab exhalantibus arteriis ſecernitur*; *ſuccus pancreaticus* a glandulis pancreatis ſecretus, & per proprium ductum excretorium pancreaticum in inteſtinum duodenum ſeſe effundens.

Bilis, ſuccus ille flavus & amarus in ſubſtantia *hepatis* ſecretus atque per ductum hepaticum partim in inteſtinum duodenum fluens, partim in veſiculam regurgitans felleam. *Bilis* in veſicula vero *fellea* ſpiſſior & acrior evadens, *cyſtica* dicta, in digeſtionis tempore per ductum choledochum in duodenum iterum effluit. Eadem momenta, quæ in antecedentibus ſpeciebus humorum & ſupra jam ſpecialiter indicata ſunt, etiam hic exacte examinantur, & in bile hepatica, & fellea, & in hepate & in veſica fellea tam differentia, quam indoles, origo, cauſa amaroris, coloris, bilis. Diſquiritur ſimul quoque origo, cauſa, numerus, magnitudo, contenta calculorum biliariorum; Bilis qualitates, effectus, copia quotidianæ ſecretionis; vires ſanguinis motum per hepar & lien accelerantes; qua occaſione diſquiritur ſimul lienis ſtructura, figura, numerus, magnitudo, color, functio qualitates aliæ variæ, uſus, neceſſitas. *Mucus ventriculi* & *inteſtinorum* a glandulis ſecretus muciparis, hic quoque conſiderandus occurrit, hujus organa ſecretoria & excretoria, modus ſecretionis, copia, uſus & neceſſitas.

In *veſica urinaria* contenti ſunt *humores varii mucus peculiaris*, cujus origo, copia, uſus neceſſitas, hic diſquiritur, & *urina*, in qua omnia ſuperiora momenta in ſingulis humoribus ſecretis obſervata, etiam hic conſideranda occurrunt, ex-

 cepto

cepto urinæ origine tranſitu ad veſicam urinariam. Hujus veſicæ urinariæ ſtructura, ſitus, connexæ partes heic efficientes, functio, uſus, neceſſitas & renum, uretherum & veſicæ urinariæ atque urethræ: differentia harum partium & organorum quoad ſexum & ætatem; modus urinæ ſecretionis & excretionis; media promoventia & impedientia; urinæ origo, natura, copia, proportio ſecretionis quotidianæ, ejus contenta, qualitates, color, odor, ſapor, ſpiſſitudo diverſa; ſtimuli certo tempore urinam excernendi, mora urinae; utilitas & neceſſitas mixtionis urinæ; hacque occaſione numerus, magnitudo, contenta calculorum urinæ; accurate heic & ſpeciatim penſitantur: nec omittitur ſpecialis conſideratio renum ſuccenturiatorum quoad eorum ſtructuram, functionem & uſum.

In *genitalibus virorum* contentus eſt *mucus urethræ* e glandulis urethræ ſecretus; *ſuccus in glandula proſtata* albicans, coitus tempore cum ſemine in urethram effluens; *ſuccus in glandulis odoriferis glandis* circa glandis comam ſecretus; in tunica vaginali & teſticulis vapor, *ſemen virile* ſ. ſperma ab arteriis ſpermaticis in teſticulis ſecretum, ex iis per vas deferens in veſiculas ſeminales delatum, ac coitus tempore e veſiculis ſeminalibus per ductus eiaculatorios in urethram ejectus. In omnibus hiſce humoribus, in genitalibus virilibus contentis, diſquiruntur in hac parte phyſiologiæ exacte organorum iſtorum ſtructura, fabrica, ſitus, functio, uſus, neceſſitas, eorum origo, contenta, elementa, qualitates, copia, uſus. Occaſione organi ſeminis conſideratur teſtium ſtructura, fabrica, ſitus diverſus in fœtu & in adulto homine; cauſa cur duo teſticuli in homine & in brutis adſint; modus, quo ſemen e teſticulis per

varias

varias vias & organa, per varias vires ad locum excretionis, penem nimirum tranſeat, & quomodo quævis pars, per quam tranſit ſemen propriam functionem habeat, pro varia ſua ſtructura; ſeminis quoque conditio varia, elementa, influxus, ac uſus ad generationem, & ſeminis variæ qualitates, quo anno ætatis ſeminis ſecretio & excretio incipiat & fiat; mutatio corporis æque ac varia alia phænomena, horum origo, cauſa in incipiente pubertate ſexus utriusque; cui bono, & in quanta copia, ſemen ita ſecernatur, excernatur, moveatur & ad penem deferatur: effectus reſorptionis ſeminis non excreti in ſanguinem.

In *genitalibus mulierum* contentus pariter eſt *mucus vaginæ* & *urethræ*, a glandulis harum partium ſecretus; *ſuccus* e glandulis odoriferis in labiis vulvæ contentis ſecretus; *ſanguis menſtruus* e vaſis ſanguiferis in cavum uteri quovis menſe, naturali via, ſecretus; ſanguis *lochialis* poſt partum e cavo uteri per quosdam dies exiens; *liquor amnii*, tempore graviditatis penes fœtum in ovo uteri membranaceo contentus. Horum humorum omnium organa eorumque varia ſtructura, functio, uſus, iisdem momentis, uti in aliis humoribus corporis humani, jam indicatis, examinantur.

§. 81.

Occaſione determinationis uſus præcipui ſeminis virilis, variorumque aliorum humorum in genitalibus & virilibus & muliebribus obviorum, univerſa hic quoque traditur *doctrina* de *generatione*, ſeu eo negotio in ſexus utriusque partibus genitalibus, in quo ſeminis virilis ſecretio e teſtibus, & in uterum femineum immiſſio inquiritur: de organis, per quæ generatio fit, & quales functiones

in ea quæque habeant, conſiderantur. Disquiruntur itaque hîc *partes genitales* & in *maribus*, & in *feminis*, ſingularum harum partium ſtructura, ſitus, nexus cum vicinis partibus, actio, uſus, neceſſitas ad generationem: præparatio, mutatio partium genitalium & virilium & muliebrium in coitu, uteri, & ſpeciatim corporis feminini in graviditate; modus generationis, conceptionis, ac phænomena ejus varia, formatio embryonis unius & duorum ſ. gemellorum pluriumve fœtuum, cauſa ſuperfœtationis; fœtus animatio, vita, nutritio, incrementum, ejus modus & organa; nutritionis initium, duratio, ceſſatio; humoris nutritii indoles & conditio; motus ſanguinis humorumque variorum in fœtu, diverſus ab iſto in adulto, hujusque diverſitatis cauſa; ſic & celeris incrementi fœtus in utero pro varia ætate, pro variis partibus in vario ordine, formatio ac conformatio ſingularum partium in fœtu, origo, cauſa & tempus formationis diverſæ partium tam fluidarum quam ſolidarum, & oſſium, & cartilaginum &c.; transformationis ratio ac evolutionis diverſæ ſpecierum, difformitatumque in embryonibus. Origo indicatur nævorum maternorum, ſimilitudinis parentum, diverſitatis faciei in embryonibus; partus ſ. excluſio fœtus ex matre quomodo, quo tempore poſt conceptionem, quibus viribus, ac mediis tam promoventibus quam impedientibus; qua cauſa & inſtrumentali & efficiente partus fiat, ſigna partus, mutatio partium genitalium muliebrium ante & ſub partu, cauſa proxima & neceſſitas excluſionis fœtus; uteri & fœtus ſitus, ſtatus ante, in & poſt partum; partus differentia; lochia poſt-partum, horumque origo, cauſa præſentiæ, copia, effectus, influxus in feminam, media lochia impedientia, imminuentia, vel promoventia, conditio uteri & partium genitalium

in tempore fluxus lochiorum, neceſſitas & uſus hujus fluxus.

Occaſione lochiorum *menſes* ſ. menſtrua quovis menſe in feminis, & in virginibus obvia conſiderantur hic, & quidem quoad eorum originem, vires coefficientes, conditionem uteri, & partium genitalium in tempore fluxus menſium, quantitatem, qualitatem, tempus determinatum, cauſam periodi naturalis, quomodo & quibus circumſtantiis incipiant, durent, & ceſſent; neceſſitas denique & utilitas hujus fluxus oſtenduntur. Diſquiri hic quoque poteſt origo, cauſa *cupidinis venereæ*, ſ. inſtinctus naturalis ſe propagandi, & conjugia ineundi. *Recens* porro *nati hominis* ſc. infantis examinantur mutationes variæ in corporis ejus partibus diverſis, in actionibus ejus vitalibus, animalibus & naturalibus, in circulo humorum ſanguinis, inprimis in modo nutritionis mutatæ in initio a matre per lac acceptæ; occaſione hujus recenſetur quoque *lactis* origo, organa ſecretoria, modus ſecretionis, media, initium, continuatio, ceſſatio; copia in puerpera, ejus elementa, mutatio ab alimentis diverſis, qualitates, uſus, & neceſſitas; mammarum mutatio in initio, progreſſu & in fine ſecretionis lactis. Præterea in infante diſquiritur dentitio, hujus tempus, varia ratio, origo, diuturnitas, varietas; dein alia in ætate infantili occurrentia, ambulatio, loquela, hujus diverſitas. &c. In homine infante & adultiori porro ſpectantur totius corporis & ſingularum partium incrementum, in hoc varia iſta phænomena eorumque rationes; incrementi ſumma menſura, limites, ſtatura corporis humani ſ. magnitudo naturalis regularis, incrementi æqualitas, inæqualitas, incrementum partium nimis parvum ſ. ſta-

tura juſto minor, in nanis ſic dictis; incrementum nimium, ſtaturam humanam nimium ſuperans in gigantibus, incertitudo ſtaturæ, partium quarundam ſymmetria, quarundam inæqualitas, ſitus commodus partium corporis humani, adeo faciliores earum functiones, in corpore humano obvia varia media præcaventia contra varia mala, prudenti membrorum ſitu; erectus hominis ingreſſus, origo, cauſa, convenientia partium in corpore humano, inæqualitas occurrens in humana facie, voce, litteris, avtographis; ætatum differentiæ ſpecies, & cujusvis origines, propria varia attributa tamque diverſa corporis ſtructura & conditio. Decrementi origo, cauſa, differentia, gradus, longævitatis origo, cauſa, ſpecies, regiones longævæ, cauſæ, vitæ terminum abbreviantes, proportio in numero hominum cujusvis regionis, proportio natorum & mortuorum in diverſis regionibus, diverſi ſexus; humorum & partium ſolidarum corporis humani facilis mutatio, corruptio, & oriens inde ſubita mors, ejus ſigna & cauſæ heic quoque inquiruntur.

In *articulationibus* contenti humores hic quoque conſiderantur, *ſynovia* nempe ſ. liquor articularis in articulorum cavitatibus ſecretus; *ſuccus* vaginarum tendinum; tenui muco ſimilis, quorum humorum, uti ſupra jam obviorum, origines, organa ſecretoria & excretoria, ſtructura, functio, copia ſecreti humoris, qualitates ac uſus accurate hic diſquiruntur.

In ſubſtantia oſſium cavernoſa, longorum inprimis, contentus eſt *medullaris ſuccus*, pinguedinoſus, medulla dicta: in *integumentis* communibus *mucus* occurrit *Malpighianus*, ſub epidermide in cellulis ejus multiplicibus locatus, in Aethiopibus niger, in Europæis vero albus apparens: qua

occa-

occaſione cutis fabrica, partes conſtituentes, va-
ſa ſanguifera, inhalantia & exhalantia, ſudorifera
& alia, nervi, glandulæ cutis, cutis variæ par-
tes vicinæ, *ungues* inprimis, harum ſtructura,
varietas, origo, incrementum, functio, uſus, ſta-
tus varius cutis, ejus functio, uſus examinantur:
& ſic conditio ac copia hujus muci: *ſuccus glandu-
larum ſubcutanearum* pinguis, per ductus harum glan-
dularum in cutem exiens, glandularum ſimul cu-
tis fabrica, ſtructura, functio, uſus. *Materia per-
ſpirabilis* ſub forma vaporis inviſibilis a vaſis ar-
terioſis exhalantibus e tota cutis ſuperficie per-
petuo exhalans; in guttas viſibiles ſuper cutem col-
lectus vapor, *ſudor* tum appellatus, exceptis mo-
mentis ſupra jam indicatis, humoris hujus per-
ſpirabilis & ſudoris conditio, partes conſtituentes,
ſubjectis emunctoriis ingeſtæ, victu, diæta, vitæ
genere, tempore diverſo diei in vario aere, motu,
quiete, pro temperamento vario, quin & quantitas con-
grua & nimia, valde diverſa pro varia regione
temperie, ætate, mediis promoventibus & impe-
dientibus, utilitas ac neceſſitas ſimul diſquiritur
ſudoris & materiæ perſpirabilis; ſudoris ordinarii
naturalis & ſanguinei origo, ac cauſæ variæ con-
comitantes; organa abſorbentia, inhalantia, & ex-
ternæ corporis ſuperficiei applicata, & in aliis in-
ternis partibus corporis humani ſitis hic diſquirun-
tur, quoad eorum effectum, uſum, modum &
quantitatem vaporum abſorbentium. *Oleum mem-
branæ adipoſæ* & in cellulis telæ celluloſæ, & in
omento, partim quoque in meſenterio, a poris
lateralibus arteriarum ſecretum, hic quoque exa-
minatur, uti partes corporis humani, quibus de-
prehenditur adeps; organorum, in quibus oleum
hoc ſ. adipoſa ſubſtantia ſecernitur, ſtructura, fa-
brica, ductus, functio, media promoventia, im-

minuentia ſecretionem, perſpirationem & exhalationem, copia adipis in homine diverſæ ætatis, ſexus, regionis, diverſo tempore, ejus conſiſtentia varia, utilitas ac neceſſitas. *Succus pilorum* in cavo celluloſo pilorum contentus, origo, organa ſecretoria, horum ſtructura, functio, uſus, copia, varietas, & uſus hujus ſucci hic determinantur: ſimulque vero inveſtigatur *pilorum* ſtructura, natura, differentia, incrementum & utilitas.

§. 82.

Ex hactenus dictis & determinatis *phyſiologiæ objectis* luculenter illuceſcit, quam varia & & multiplicia ſint objecta phyſiologiæ, quam notatu digna ea ſint, & in quo cardo totius verſetur phyſiologiæ, quæ dogmata de cauſis vitæ & ſanitatis continet.

Finis vero *phyſiologiæ anthropologicæ* eſt, functiones naturales & uſus partium corporis humani atque multiplices in eo ſecretiones, organa ſecretionum, quoad eorum actiones, functiones accurate & ſolide noſſe, & quoad fieri poteſt, perſpicere. Quam *utilis* ſit *hic finis*, & quam *neceſſaria* inprimis *medico univerſa* ſit *phyſiologia*, non opus eſt prolixe demonſtrare.

Corpus humanum reſpectu tam mixtionis, quam ſtructuræ ſuæ celeri putrefactioni eſſet obnoxium: ab eventu vero iſtius corruptionis per plures annos defenditur influxu animæ in corpus humanum, ſeu, uti alii nominant, principio quodam vitali. Præſtat autem vitalem hanc energiam motibus non ſolum generalibus, ſed ſpecialibus quoque & ſpecialiſſimis. Tantum autem abeſt, ut motus iſte generalis vitam conſervare poſſit & ſanitatem, ut potius iisdem deſtruendis eſſet idoneus; perpetua

petua enim partium fluidarum agitatione efficeretur, ut optimi humores per motum inteſtinum fermentativo-diſſolutorium in pernicioſas commutarentur impuritates; hinc alii motus generalioribus adjuncti requirebantur, ejusmodi noxas ſubnatas perpetuo ſeparandi, ſecernendi, & excernendi, & quod hoc modo deceſſit, & conſumtum eſt, nova materiei nutrientis receptione & admotione reſtaurandi.

Et ſicut alii effectus luculenter teſtari ſolent de ſuis cauſis, ita hi ſalutares ac perpetui motus, quibus vita & ſanitas conſervantur, de cauſa efficiente eaque rationali & finaliter agente teſtimonium perhibent locupletiſſimum. Hæc omnia vero noſſe, omnium maxime intereſt, qui firma theoriæ jacere cupiunt fundamenta. Ex eorum enim cognitione rectius dein æſtimabuntur motus, quos in ſtatu quoque præternaturali exiſtere obſervamus. Ex eodem enim principio ad ſalutarem finem movente, & corporis conſervationem ubique reſpiciente, illos eſſe derivandos, per avtocraticam plurium morborum curationem confirmamur. Hæc enim intercedit tantum differentia, ut in ſtatu naturali placide magis, & tranquille adornentur, in præternaturali vero pro materiei aut læſionis quantitate & qualitate auctiores plerumque, intenſioresque ſuccedant.

Hos motus rite & recte pervidere, dijudicare, qua ratione cum iisdem ad eundem finem cooperari debeat, nimios tolerare potius, quam eos ſimpliciter cohibere, ceterum decenti & prudenti modo moderari, aut, ſi defecerint, legitime excitare *medicæ artis* & *ſcientiæ* eſt, adeo ut ſi hæc prudentia deſerat Medicum, is nullo modo naturæ miniſter poſſit ſalutari, nec nomen Medici ſolidi & prudentis mereatur. Ex hiſce itaque luculenter

patet, cur omnibus, Medicinam exercentibus, ſolida ac genuina addiſcenda ſint fundamenta phyſiologica, ne ſcilicet in juſta motuum & eorum cauſæ æſtimatione, aliquando noxie hallucinando, in detrimentum ægrorum præpoſtere agant.

Vita enim hominis præcipue conſtat in motu ſanguinis, & humorum in circulum abeunte, a ſyſtole cordis proficiſcente, uti & arteriarum omnisque generis canalium ac fibrarum ſanguinis, & fluidi nervei influxu ſuſtentata, qui ſecretionibus & excretionibus corpus ab omni vindicat & præſervat corruptione, omnesque ejus functiones gubernat. Circulus hic ſanguinis & humorum eſt ille motus vitalis, qui ipſum ſanguinem ad putredinem per ſe valde pronum a præſentanea defendit corruptione. Hic motus circulatorius calorem, vires, agilitatem, robur, tonum, nec non ſenſum ac motum conciliat partibus, & vitæ ac ſanitati utiliſſime inſerviens, dirigit ſecretiones & excretiones. Diverſæ quoque hominum inclinationes, mores, ingenii dotes, imo ſapientia atque inſania ex parte dependent ab hoc motu, nec minus diverſa hominum natura, temperamenta ac diſpoſitio.

Inſignem quoque præſtat uſum hic motus in nutriendo corpore humano ejusque incremento, ſuccos calore & motu deperditos reparando, vitamque ſic diuturnam homini conferendo. Sufflaminato enim hoc motu, teterrimæ penitus corruptioni ſubito ſubjectum eſt corpus humanum, & triſtiſſima tum approperat mors. In hoc quoque motu circulatorio, ſi iſte liber, moderatus & æquabilis ſit, & hoc modo excretiones ſuperfluorum & inutilium ſuccorum recte procedant, ratio ſanitatis, & integritatis, omnium actionum tam

animæ quam corporis quærenda eſt; turbato hoc ſanguinis circuitu, aliorumque humorum varii tum morbi graviſſimi & pernicioſiſſimi oriuntur.

De iſtorum morborum vehementia periculo & fauſto & infauſto eorum eventu non ſolum firmum in diagnoſi & prognoſci judicium requiritur & expectatur a Medico, ſed etiam ut congrua, apta & ſubito ac radicitus malum auferentia remedia ordinet. Quam neceſſario itaque prius requiratur cognitio ſolida ſtatus hominis ſani, & functionum partium corporis humani, ſi quis firmum exhibere debeat judicium de ſtatu præternaturali ſ. morboſo; ſi remedia præſcribenda ſunt ad morbum vel præcavendum vel præſentem auferendum, per ſe patet.

Phyſiologia anthropologica quamvis ampliſſimum ſit penſum, & uti cel. *Haller* recte in phyſiologia ſua aſſerit, unius hominis ingenio fere majus, ſemper tamen, ob inſignem, quem præſtat in re medica, in *medicinæ inprimis parte practica*, uſum & lumen, *excolenda eſt a medico* hæc phyſiologiæ ſpecies, anthropologica nimirum, in qua corporis animalis rationalis interni motus, viſcerumque munera, & humorum mutationes ac vires exponuntur, quibus vita ſuſtentatur, quibus rerum ſpecies per ſenſus acceptæ animæ repræſentantur, quibus viciſſim membra valent, quæ mentis reguntur imperio, quibus alimenta in ſuccos noſtros varios convertuntur, quibus demum, ex iis enatis ſuccis & noſtra corpora conſervantur & humani generis jactura novis partibus reparatur.

Non *Medicis* ſolum ſed *iis* quoque *omnibus inſervit* hæc *phyſiologia anthropologica* ſingulari plane modo, qui penitiorem quoque cupiunt notitiam

de

de admirabili ſtructura, & functionibus corporis humani omnem admirationem ſuperantibus ad gloriam ſummi creatoris amplificandam, qui corpora humana tam magnifice exſtruxit ac formavit. Ad id quoque hæc cognitio valde conducit, ut ii, qui ſtructuram corporis ſui ullo modo intelligunt, & quibus tam variæ tamque admirabiles functiones ex phyſiologia cognitæ ſunt, corpus ſuum eo circumſpectius præſervent, nec ullo modo vel nimio cibo vel potu, vel voluptatibus vel animi pathematibus nimium corrumpant, ſed eo magis in ſtatu ſano & integro conſervent, atque ab omni noxa præcaveant.

J. G. *Krügers* Naturlehre, 2ter Theil, welcher d. Phyſiologie od. d. Lehre von d. Leben u. der Geſundheit der Menſchen in ſich faſſt. Halle. 748. 8. & belgice. Amſtelod. 764. 8. -- *) C. G. *Ludwig* Inſtitutiones phyſiologiæ. Lipſ 752. 8. -- J. *Junker* conſpectus phyſiologiæ medicæ. Halæ. 735. 4. - Fr. *Hofman* phyſiologia. Halæ. 746. 8. -- G. E. *Hamberger* phyſiologia medica, c. fig. Jenæ. 751. 757. & 770. 8. recuſa.

*) J. A. *Unzers* erſte Gründe einer Phyſiologie d. eigentlichen thieriſchen Natur, thieriſcher Körper. Lpz. 771. 8. -- *) H. *Boerhave* Inſtitutiones medicæ, (Phyſiologiam continentes,) Lugd. Batav. 713. Norimb. 756. 8. -- *) H. *Boerhave* prælect. academ. in proprias inſtitutiones rei medicæ edidit, & notas addidit Albert. Haller Götting. 739 - 744. 8. V.

P. A. *Marherr* prælectiones in Boerhavii Inſtitut. medicas. Vindobon. 772. 8 III. -- H. *Boerhavs* Phyſiologie überſezt u. mit Zuſäzen vermehrt von J. P. *Eberhard*, Halle, 754. & aucta. 760. 8.

G. *Heuermann* phyſiologie. Copenhagen & Lpz. 751. - 755. IV. 8. *Ellers* phyſiologie u. pathologie Altenb. 770. II. 8. -- J. L. *Loeſeke* Phyſiologie, oder Lehre von dem geſunden Zuſtande des menſchlichen Körpers. Dresden 767. 8. 771. 8. -- *) J. B. *Eberhart* conſpectus medicinæ theoreticæ, in tabulas redactus. P. I. Phyſiologiam & diæteticam P. II. pathologiam continet. Halæ 757 - 758. 8.

*) Alb.

*) Alb. de *Haller* primæ lineæ phyſiologiæ Götting. 747. 8. Lauſanæ. 771. 8. recuſæ a Wrisberg 780. 8. germanice Berolin. 776. 8. & ab F. Uden Berolin. 781. 8. gallice a P. Sarin. Paris. 752. 12. & a Bordenave Paris. 769. 12.

*) Alb. de *Haller* Elementa phyſiologiæ corporis humani Lauſanæ. 757 - 766. VIII. 4. & germanice a J. S. Haller Berlin. 759 - 776. VIII. 8. & ab illuſtri auctore denuo editæ, ſub titulo novo: de præcipuarum corporis humani partium functionibus. Bernæ. 777. 8. V. in ejus vita ad V. tantum Partes editæ, nec plane reliquæ abſolutæ.

*) E. *Platners* Anthropologie Lipſ. 772. II. 8. & ejus Briefe eines Arztes an ſeine Freunde über den menſchl. Körper. Lpz. 767. & 770. II. 8. -- P. J. *Barthez* nova doctrina de functionibus naturæ humanæ. Monspel. 774. 4. Inſtitutions of medecine. P. 1. phyſiologie by W. *Cullen* Edinburg. 777. 8. Jac. *Gregorii* conſpectus medicinæ theoreticæ. P. I. phyſiolog. & pathologiam. continet. Edinburg. 780. 8. -- *) F. *Blumenbach* Skizze von Anthropologie. 776. Gött. 8. Der philoſophiſche Arzt. 776. IV.

*) A. *Senft.* Element. phyſiolog. pathologicæ. Würzb. 775. 8. III. -- J. D. Mezger Grundriſſ der Phyſiologie. Königsb. 773. & 783. aucta. 8. -- *) G. *Ploucquet* Skizze der Lehre von der menſchl. Natur. Tübing. 782. 8.

Bonnet Betracht. über d. organiſirten Körper. c. notis A. *Göze.* Lemgo. 775. II. 8. -- *Sanctorii* de medicina ſtatica aphoriſmi. Paris 770. 12.

Plures autores de phyſiologiæ diverſis partibus recenſet. J. A. *Murray* in Enumeratione librorum præcipuorum medici argumenti. Lipſiæ. 773. 8.

§. 83.

Phyſiologia brutorum eſt illa pars phyſiologiæ Zoologicæ, quæ præcipuarum partium *animalium irrationalium* in brutotomia, ſeu in anatomia brutorum deſcriptarum, proprium uſum & functiones diſquirit, atque ſimul explorare allaborat, quid quævis pars & ſpeciatim & conjunctim ad generationem, vitam, incrementum & conſervationem ſtatus naturalis, animalis irrationalis conferat.

Obje-

Objecta hujus partis phyſiologiæ præcipua ſunt omnia ea animalia irrationalia, quæ in hiſtoria naturali, in plures ordines, claſſes, genera & ſpecies diſtincta & deſcripta occurrunt: quatenus corpora eorum organica ſingulæque partes e brutotomia clare pateſcunt, & legibus anatomicis examinari poſſunt, in animalibus irrationalibus, quæ quoad generaliſſimam claſſificationem ſunt vel quadrupedia, l. aves, l. amphibia, l. piſces, l. inſecta, l. vermes.

Præcipua capita & momenta *phyſiologiæ brutorum* ſunt ea quoque omnia & generalia & ſpecialia, quæ in phyſiologia anthropologica occurrunt, exceptis iis omnibus viribus & qualitatibus ſpecificis in hominibus obviis, quæ diſtinguunt corpora rationalia ab irrationalibus.

In *phyſiologia brutorum* conſiderantur:

1) Omnes vires *phyſicæ*, quæ in corporibus brutorum ſingulorum, uti in homine occurrunt; vis nimirum gravitatis, inertiæ, elaſticitatis, vis motrix, vis attractionis, repulſionis, 2) Vires *animales*, irritabilitas, ſenſatio, vis animæ irrationalis, vis nervea, vegetativa, fermentativa.

Conſiderantur in ea actiones brutorum & univerſales & particulares, actiones vitales, animales, naturales, ſexuales. In ſingulis hiſce actionibus inſtituitur inveſtigatio accurata & comparatio cum actionibus, functionibus & viribus ſingularum partium in corpore humano obviarum.

In *ſpeciali brutorum phyſiologia* diſquiruntur quoad finem, uſum & functiones omnes brutorum partes & ſolidæ & fluidæ, magnopere differentes pro differentibus ordinibus, claſſibus, generibus

&

& ſpeciebus, ad quas quodvis brutum referendum eſt; partes inprimis vitam, motum, ſenſationem, conſervationem reſpicientes, ac animæ facultates, brutis propriæ.

Conſiderantur & diſquiruntur in horum animalium irrationalium corporibus organicis partes, & partium functiones cuivis ſpeciei & generi bruti competentes & præſentes. Cauſæ ſimul ac rationes inquiruntur in iis momentis, quæ præcipue reſpiciunt, 1) functionem & uſum *cordis*, ac *vaſorum ſanguinem* continentium in quadrupedibus, avibus, amphibiis, & in piſcibus, vaſis tantum ſanguiferis præditis; 2) functionem & uſum *pulmonum*, in quadrupedibus, avibus, amphibiis quibusdam præſentium: reſpirationis differentiam, ſpeciem, modum varium, & organa diverſa pro diverſitate cujusvis claſſis, generis & ſpeciei, ejusque influxum ad varias alias functiones, ad vitæ conſervationem, colorem, caloremque ſanguinis & totius corporis. Conditionem vitæ piſcium, inſectorum, vermium ſine pulmonibus; 3) *ſanguinis naturam*, conditionem ac motum ejus varium in quadrupedibus, avibus, amphibiis, ac piſcibus tantum præſentis variorumque viſcerum auxilium; 4) probationem *ſanguinis exiſtentiæ*, originis & motus diverſi in hiſce animalibus irrationalibus; 5) modum & uſum *pabulum* & rapinas *ingerendi*, *aſſumendi in os*, *manducandi*, *maſticandi*, *deglutiendi*, *digerendi*, actionis & functionis ope variorum organorum diverſiſſimæ, ſtructuræ, formæ, figuræ, numeri, pro magnitudine, robore, vario nutrimento, natura ciborum differentium, in omnibus ſex claſſibus brutorum. 6) Modum *chylificationis* varium; chyli ſ. humoris nutritii ſecretionis & excretionis modum, e diverſæ

verſæ conditionis pabulo ejusque uſum multiplicem: humorum reliquorum, urinæ, lactis, ſeri, lymphæ, muci, aliorumque cuivis claſſi competentium & utilium & noxiorum ſecretionis & excretionis modum differentem ac qualitates, variumque uſum & influxum in ſingula corpora, in quibus hæc ſecretio fit. 7) Modum *nutritionis* & *incrementi* partium in corporibus brutorum præparationem, & motum ſucci nutritii diverſum in variis organis & partibus brutorum tam diverſi generis, aliorumque humorum ad novas adpoſitiones inſervientium. 8) *Cerebri* actio & functio diverſimoda, pro ſtructura cuivis brutorum claſſi competente; 9) *temperamentorum* varietates, differentias, conditionesque; 10) *ſenſationes*; ſenſationis genera, gradus, facilitates; ſenſationem variam brutorum quorundam in mutatione inſtantis tempeſtatis, & ab eo dependentes actiones; *ſenſuum* varietates, actiones & functiones, modum, quo per nervos & per alia adjumenta ſenſatio fit;

In *viſu* ejus organa, oculorum & partium ſingularum varius numerus, ſedes, ſitus, forma, magnitudo, apertura, uſus & functio, modus viſionis varius per varia media adjuvantia obſervatur.

In *auditu*, *odoratu*, *guſtu*, *tactu* eadem momenta conſiderantur in quadrupedibus, avibus, amphibiis, piſcibus, inſectis, vermibus obvia. 11) In animalibus irrationalibus *animæ* vires, facultates, qualitates, influxus & effectus in eorum corpora; varia genera phantaſiæ, memoriæ, recordationis præteritorum, priſtini loci pabuli, & domiciliorum; 12) inſtinctus varii naturales brutorum quadrupedum, avium, amphibiorum, piſcium,

um, inſectorum, vermium penſitantur; cupiditates inclinationes differentes unius claſſis & generis præ altero, majori minorive copia, gradu, & ſpeciatim in quovis genere ac ſpecie, atque relatio eorum ad bruta in alia claſſe; modus & media exercitii naturalium & artificialium inſtinctuum; quibus amicitiam, inimicitiam, defenſionem & conſervationem ſui exercent; 13) inſtinctus brutorum ſe *nutriendi*, inclinatio varia & appetentia eorum, pabulum inveſtigandi, inquirendi nutrimenta multiplicia, pro cujusvis claſſe & genere, in diverſis globi noſtri terraquei locis & regionibus obviis, pro domiciliorum diverſitate; appetitus diverſi animalium irrationalium ad varia corpora naturalia, diverſo modo, gradu, & adminiculis nutrientia, cujusvis generis ac ſpeciei animalium vitam præcipue conſervantia, ad ea quoque quæ aliud animalium genus averſatur. Cauſæ & rationes ſimul hic inquiruntur, cur familiæ quædam brutorum proprium habeant nutrimentum, quomodo eo fruantur, & cur a præda tantum quædam vivant; uti & vivendi agendique modi rationesque tam diverſæ animalium irrationalium pro quavis brutorum claſſe. 14) *Proclivitas* brutorum & ad *ſocialitatem* generalem, & ad ſui generis, ad concivium, ſpecialem, hic conſideratur, uti & modus cognitionis ſui ſimilium, ſui ſexus, naturalis quoque linguæ ope inter ſe, (hujus varietas & modus), aptitudo vocis allectatricis in brutis, ejus conficiendi, intelligendi, diſtinguendi modus, rerum publicarum in brutis modus, duratio, gradus, ac uſus, e. g. apum, veſparum, formicarum, ſocietates per quoddam tempus durantes. 15) Inſtinctus ſe *propagandi*, *generandi* ſui ſimiles conſiderantur, & inquiruntur vires naturales brutorum, & induſtria eorum in generationis

negotio, & in phænomenis hujus inſtinctus inquiruntur ſimul cauſa, ratio, uſus ac modus varius; conſiderantur hic quoque brutorum pronitas ad polygamiam, ad commodum & conſervationem ſexus reſpectu parentum in conjugio; notitia brutorum de ſexus differentia; modus propagationis & organorum, per quæ ea fit in quavis claſſe brutorum differentis, uti & origo & modificatio materiæ ſeminalis, diverſæ; modi varii propagationis vel ope ſeminis, vel ſine eo, vel ovis tantum, vel transmutatione ſ. metamorphoſi animalium irrationalium ab una claſſe in alteram; tempus & ætas animalium irrationalium congrua ad ardorem & æſtum venereum, ejus ſigna & mutationes partium genitalium; modus, & cauſa ſimilitudinis, degenerationis, deviationis a regula & natura in generatione animalium, origo monſtrorum hermaphroditorum, hybridorum, requiſita ad fœcunditatem neceſſaria, partium genitalium & virilium & muliebrium functiones, amor & obſequia conjugum, ovula & pullos ſuos deponendi, conſervandi, congruo & apto loco, pro futura pullorum nutritione & modificatione: modus in quavis brutorum claſſe & partium adjuvantium functio, in conceptione, graviditate, (hujus duratio varia, numerus pullorum, catulorum,) formationis modus partium ſingularum & ſolidarum & fluidarum in fœtubus.

Speciatim conſideratur *quadrupedum* propagatio materiæ ſeminalis ope, modus quoque conceptionis, eorum graviditatis, partus, nutritionis, conſervationis, ac creſcentiæ;

Avium propagatio per ova, aſſervata in nidis bene antea & omni cura ab avibus præparatis,

origo

origo & cauſa numeri ovulorum, tempus incubationis, modus pulli formationis in ovo, ejusque evolutionis ex ovo, ejus nutritionis ac creſcentiæ;

Amphibiorum propagatio per pullos, per ovula, reliquaque momenta, uti in quadrupedibus & avibus;

Piſcium generatio per ovula;

Inſectorum quorundam generatio per ovula, transformationis, transmutationis varius eorum modus, gradatio ad perfectionem. De conveniente numero animalium, ſermo hic eſt, quo mundus ſemper impletur; de varietate & modo multiplicationis brutorum in eorum generatione, de gradibus & limitibus propagationis: de majori copia animalium tam utilium quam inutilium & noxiorum. 16) Inſtinctus *parentum* in *cura*, ſtudio, conſervatione, protectione, nutritione congrua & convenienti ſobolis & fœturæ ſuæ; brutorum amor hic erga pullos ſuos quoque penſitatur, eorumque animoſitas, aſtutia, & facultas pullos ſuos defendendi, inſtinctus parentum, pabulum conveniens, & neceſſarium recto tempore & in ſufficienti quantitate, quærendi, eligendi, aſſervandi, colligendi, adportandi, præbendi, immittendi in os, nutriendi, diverſimode lactandi, educandi multiplici modo pro cujusvis generis natura.

Modus varius conſideratur & origo inſtinctus, prudentiæ, & ſagacitatis cujusvis animalium generis, munimentorum uſu; inſtinctus penſitantur quoque ii, quibus a brutis evitantur & præcaventur mala ac incommoda, vel a rebus inanimatis orta, vel a noxiis elementis, vel impuritatibus, humiditatibus, profunditatibus, lapſu, calore, odore noxio, & aliis injuriis, & modus quoque, quibus in læſionibus, vulneribus, mor-

bis ſibi conſulunt. Inſtinctus & naturales & artificiales diſquiruntur quoque & aptitudo brutorum ad avertenda mala ab animalibus aliis orta, aptitudo hoſtes ſuos ſubito agnoſcendi, callide evitandi inſidias & perſecutiones hoſtium. Conſideratur hic etiam animalium fuga, averſatioque hominum, inclinatio quorundam ad inſidias ac invaſiones, aliis brutis & hominibus nocendi. Diſquiſitio hic quoque inſtituitur integumentorum veſtium vicem in animalibus irrationalibus ſuſtinentium, & pro cujusvis bruti corpore, fine & uſu, pro loco commorationis, domicilio, vitæ genere, nutrimento, & claſſe brutorum, valde diſcrepantium; dehinc conſiderantur diverſi uſus, & functiones, quas præſtant in quadrupedibus nimirum pelles, pili, lana &c. in avibus plumæ, (quarum origo & cauſa examinatur hic quoque,) mutationis diverſæ in coloribus pennarum certo tempore ac earum defluvia ſub certis conditionibus; in amphibiis ſquamæ, ſcuta, teſtæ; in piſcibus ſqamæ; in inſectis ſcuta, horum quoque aptitudo in detractione cutis & tranſmutatione ſ. metamorphoſi, evolutione, hic examinatur. 17) Inſtinctus varios animalium juvenum, neonatorum, aptitudinem quorundam e teſta congruo loco & tempore perforandi, perrodendi, & ſtatim nutrimentum ac pabulum, naturæ cujusvis convenięns inveſtigandi, ſe ſuamque vitam ſubito ipſe conſervandi & ſe protegendi; incrementi modus in junioribus brutis hic quoque diſquiritur, ejusque varietates, gradus, duratio, limites, compenſatio partium amiſſarum incremento eorum novo: uti & brutorum ſenium, decrementum, duratio vitæ, hujus varietates, gradus, limites, brutorum mors, hujus cauſa, origo, ſigna, quantum in ſtatu naturali apparent. 18) Inſtinctus brutorum

torum ſe *movendi* diverſimode pro varia corporis ſtructura; aptitudo examinatur brutorum in toto eorum corpore, in membris ſpecialibus ad varium uſum & finem, quem hæc organa poſſunt præſtare, ab uno ad alium locum diverſe ſe movendi; in variis elementis, in varia corporis ſtructura. Ad motum brutorum partes corporum ſingulæ inſervientes hic diſquiruntur, motus organa, horum actio, functio diverſa & vires, uti & ſpeciatim muſculorum ſtructura, ſitus, in quovis animalium genere varius, diverſas actiones & functiones exercentium motumque adjuvantium, ſemper differentem gradu, modo, & loco, in quo motus fit.

Modi examinantur varii & cauſæ motus in *quadrupedibus* currendo pedibus, in *avibus* volando alis, in *amphibiis* currendo, natando & reptando partim plurimis partim paucis pedibus; in inſectis volando, alis affigendo, ſaliendo & reptando partim pedibus partim ſine iis, pro cujusvis animalis ex hac claſſe irrationalis occaſione, ſtructura corporis, vitæ genere, nutrimentis, domiciliis vel remotis vel proximis. Ingreſſus differentes brutorum hic examinantur ac modus ſaliendi, aſcendendi, natandi. 19) Inſtinctus quorundam animalium irrationalium ad *ſomnum hyemalem*, ſe ſepeliendi, & includendi, naturalis *ſomni* quotidiani in quibusdam brutis modus varius, tempus, menſura, gradus, media promoventia & impedientia hic examinantur, pro inſigni diſcrepantia cujusvis claſſis brutorum, eademque momenta *vigiliarum* in ſtatu ſomno oppoſito diſquiruntur.

20) Inſtinctuum naturalium transmutationes hic quoque penſitantur, horum determinatio pro-

pior & varietas pro variis circumſtantiis eveniens ab extraordinariis cauſis, a humana domatione, coactu, arte humana, & aſſuefactione. Leges naturalium actionum & mediorum eas ſuſcipiendi & efficiendi, hic examinantur, uti & in quavis brutorum claſſe ſpeciales eorum qualitates ratione vigoris, dexteritatis, prudentiæ, aſtutiæ, ſagacitatis, agilitatis, celeritatis, roboris, aptitudinis diverſimodæ animalium in vitæ eorum genere vario, pro quavis claſſe, in quærendo nutrimento, præcipue rapacium in capiendo, venando, piſcando, in habitaculis eorum variis exſtruendis, ad loca commorationis idoneis, & eligendis locis congruis, vitæ eorum generi & nutritioni convenientibus, in habitaculis & domiciliis eorum plus minusve artificioſe ex congruis & adæquatis materiis exſtruendis.

Induſtria quorundam animalium irrationalium ſimul diſquiritur in eorum peregrinationibus, emigrationibus certo tempore, modo, duratione, & conditionibus: inſtinctus eorum ad mutationem vitæ generis, loci natalis, domiciliorum, ab uno climate & regione ad aliam transmigrandi, certo anni tempore, & tempeſtate. 21) Inſtinctus quorundam brutorum ſuſcipiendi munera & negotia varia, quamdiu vivunt, & utilia ſibi hominibusque, & noxia hominibus ac aliis brutis; conditio actioque virium & facultatum naturalium heic neceſſariorum penſitantur. 22) Specialia quædam momenta, in quibusdam generibus animalium irrationalium obvia, hic inquiruntur, cauſa & origo e. g. frigiditatis amphibiorum quorundam in toto eorum corpore, triſtitiæ, coloris inamœni, obſcuri, fuſci, odoris nauſeoſi, vocis raucæ: ea quoque momenta & cauſæ diſquiruntur hic, quæ pro tam

tam diverſimodo vitæ genere una claſſis præ altera pati poteſt ſine noxa.

§. 84.

Ex hactenus indicatis & paragrapho antecedenti determinatis tam *multiplicibus objectis phyſiologiæ brutologicæ* ſ. brutorum ſatis illuceſcet, quam amplus ſit campus hujus ſpeciei phyſiologiæ, quam varia eaque graviſſima momenta ea comprehendat, quam inſignis ſit ejus finis & uſus. Eadem *utilitas phyſiologiæ brutorum* omni jure conferri poteſt, quæ *brutotomiæ* jam ſupra collata eſt. Phyſiologiæ brutologicæ ſ. animalium phyſiologiæ uſus eſt varius. Inſervit ea ad comparanda animalia irrationalia earumque partium functiones cum ſtructura & functionibus partium corporis humani: ad animalium irrationalium ſtructuram organicam ſingularumque partium functiones & actiones, ad vitam eorum inſervientes eo melius ſibi notas reddendam, quoad ea inprimis bruta, quæ uſum habent vel medicum vel diæteticum vel œconomicum, ad iſtius generis bruta eo melius conſervanda, & propaganda; & ea quoque, quæ noxia ſunt & hominibus & brutis variis inter ſe, eo levius amovenda & propellenda.

Medico, cui curæ cordique eſt cognitio plenaria omnium corporum, ac inprimis etiam brutorum hominibus tam utilium quam noxiorum, multum & eximie *prodeſt ſcientia* & *notitia phyſiologiæ brutologicæ*; valde neceſſaria ea eſt Medico, uti illuſtr. Haller in Elementis phyſiologiæ corporis humani paucis, ſed concinne ac recte innuit & affirmat; ſi dicit:

„Verum ab *humana anatome phyſiologia* mi„nime plena repetetur. Quotidie experior, de

 „plera-

„plerarumque partium corporis animati functione „non poſſe ſincerum judicium ferri, niſi ejusdem „partis fabrica & in homine & in variis quadru„pedibus & in avibus & in piſcibus ſæpe etiam „in inſectis innotuerit. In exemplo de hepatis bi„le, deque bile quæritur, in veſicula fellea nata. „Dubitatur, an in hepate omnis paretur, an om„nis in veſicula, an in illo viſcere aliqua, & in „receptaculo, quod dixi, iterum alia pars bilis „naſcatur. Difficillimum foret, de hac lite ex ſo„lo hominis cadavere definire; ſed animalia ſub„veniunt. Et primo oſtendunt, multas grandesque „beſtias in hepate ſolo, absque ulla veſicula, bi„lem bonam parare. Deinde nullum animal veſi„culam habere absque hepate ita ſeparatam, quin „vel innaſcatur illi viſceri, vel cum ejus excretorio „canali communicet. Vides adeo, bilem hepate „egere, in quo paretur, veſicula non egere, non „ergo in veſicula naſci, ex hepate vero in veſi„culam tranſire. Alias nimis forte hoc loco ſub„tiles ſimilis argumenti, comparatæ anatomes uti„litates per totum opus meum diſperſi.

„Diſſecanda ergo animalia, verum minime ſuf„ficeret, cadavera diſſecuiſſe, viva incidiſſe neceſſe „eſt. A cadavere motus abeſt, omnem ergo mo„tum in vivo animale ſpeculari oportet; ſed in „motu animati corporis interno & externo tota „phyſiologia verſatur. Ergo ad ſanguinis circui„tum, ad ejus ſubtiliores motus perſpiciendos, ad „reſpirationem, ad incrementa corporis & oſſium; „ad inteſtinorum reptatum & chyli iter intelligen„dum absque vivorum animalium ſtrage nihil om„nino profici poteſt. Unicum ſæpe experimentum „integrorum annorum laborioſa figmenta refutavit. „Hæc crudelitas ad veram phyſiologiam plus con-

„tulit,

„tulit, quam omnes fere aliæ artes, quarum con-
„ſpirante opera noſtra ſcientia convaluit.

Phyſiologia brutorum ſemper conducit, acquiſita prius cognitione anthropologica perfectione, quia iſta multo accuratiorem normam exhibet, qua quod adhuc deſideratur, facile innoteſcit; *Medicus* itaque juvenis ſemper prudenter aget, ſi, cognitionem corporis humani acquiſiturus, omnem prius operam phyſiologiæ anthropologicæ impendit, quam cognitionem phyſiologiæ reliquorum animalium irrationalium ſibi acquirere allaboret: hæc enim cognitio brutorum eum præter reliqua ſupra jam indicata momenta, quatenus ejus ope fieri poteſt, naturam virium & varios ejus gradus ac modificationes eo melius comparare dijudicare & determinare docebit.

M. B. *Valentini* amphitheatrum Zootomicum. Frft. 720. 742. fol. -- *) H. S. *Reimarus* allgemeine Betrachtung über die Triebe der Thiere, Hamburg. 773. 8. & ejus Betracht. über die beſondere Arten der thieriſchen Kunſttriebe. Hamb. 773. 8. -- *) C. B. *Erxleben* Anfangsgründe der Naturgeſchichte. Göttingen. 773. 8. qui plures auctores de phyſiologia comparativa brutorum recenſet, uti &

*) N. G. *Leske* in ſ. Anfangsgr. d. Naturgeſchichte I. Theil die Thiergeſchichte betreffend. Lpz. 779. 8. &

*) J. F. *Blumenbach* in ſ. Handbuch der Naturgeſchichte. I. Theil. das Thierreich enthaltend. Götting. 779. 8. & 781. 8. -- *) G. D. *Titius* Lehrbegriff der Naturgeſchichte. Lpz. 777. 8. -- J. S. *Hallens* Naturgeſch. der Thiere in ſyſtematiſcher Ordnung. T. I. die vierfüſſige Thiere. T. 2. die Vögel enthaltend. Berlin. 757. 8. -- *) Contemplation de la nature par Charles *Bonnet*. Amſterdam. 764. 8. II. italice Mantua 770. 8. II. & germanice cum notis A. E. Göze. Lemgo. 775. 8. II. & J. D. Titius, Lpz. 772. & 774. 8.

*) Conſiderations ſur les corps organiſés, ou l'on traite de leur origine, de leur developpement, de leur reproduction par Charles *Bonnet* a Amſterdam. 762. 8. II. & germanice cum notis. A. E. Göze. 776. 8.

*) L. v. *Bonnet* palingeneſie philoſophique, ou ideés ſur l'etat paſſé & ſur l'etat futur. des & res vivens. Geneve. 769. 8. II. Lauſannæ. 770. 12. II.

*) Alb. *Halleri* Elementa phyſiologiæ corporis human. Lauſannæ. 757. 4. VIII. & 778. 8. VIII. uti & in ejus primis lineis phyſiologiæ quamplurima phyſiologiam brutorum ſpectantia occurruut. -- N. S. *Leske* phyſiologia animalium commendata, in programmate edito. Lipſiæ. 775. 4. -- P. de la *Croix* Taſchenbuch für Natur-Liebhaber od. Anekdoten von denen Handlungen und Sitten der Thiere. 782. 8.

A. *Kawerſnief* von denen Abartungen der Thiere Lpz. 775. 8. A. W. *Zimmerman*, geographiſche Geſchichte des Menſchen. Lpz. 778. 8. W. *Hewſon* vom Blute, ſ. Eigenſchaften u. Veränder. in denen Krankheiten, mit einem Anhang der Entdekungen der lymphatiſchen Gefäſſe in Vögeln, Fiſchen und Amphibien. Nrbg. 780. 8. Diſſertationi de fiſica animale e vegetabile del l'Abbate *Spallanzani*. Modena. 780. 8. de animalium digeſtione.

§. 85.

Phyſiologia phytologica, cujus objecta adhuc conſideranda reſtant, eſt illa phyſiologiæ *ſpecies*, in qua præcipue plantarum partes in Phytotomia, quoad ſtructuram, formam, ſitum, deſcriptæ, examinantur, & quoad ipſarum functiones, & actiones, plantæ generationi, vitæ incremento, & conſervationi ſtatus naturalis inſervientes, & ſpeciatim & conjunctim, quoad ſingularum partium organiſmum. Plantæ *vivunt*, uti animalia, quod ſtructura earum organica, nutritio, propria humorum propulſio, varia ætas, morbi & deſloreſcentiæ variæ ſatis determinant. Quævis planta continet partes quasdam, ſpectantes,

a) Ejus *vitam*, organis conſervatam nutritionis, incrementi, variarumque mutationum radicum ope, truncorum atque foliorum;

b) ejus

b) Ejus *multiplicationem*, ſ. generationem ſui ſimilis, ſtructuræ ope florum, fructuum, gemmarum ſ. oculorum.

Quæ plantarum partes omnes ſunt inſtrumenta, in quibus *organiſatio* ipſarum fundatur, & quorum functione & actione *plantæ* proprie fiunt ac oriuntur. Conſiderantur itaque in hac phyſiologiæ parte, cauſæ & rationes phænomenorum iſtorum.

1) In *partibus ſolidis ſimplicibus*, in quibus ſpectatur earum actio, vires, modus cohæſionis conſervationis, progreſſus in incrementa, hujus ſimul origo; ſucci nutritii, in iis contenti ortus, progreſſus, motus, circulus ac uſus; nec non vaſorum variorum in plantis & lymphaticorum & aquoſorum & aëriferorum ſtructura, functiones & actiones. In folliculis vero medullæ conditio, qualitates, vires, functio, uſus, origo, diverſitas, conſervatio.

2) In *partibus* vero *plantarum fluidis*, diſquiritur hoc loco, ſuccus variæ conditionis, caloris, ſaporis, odoris aliarumque qualitatum, in variis plantarum partibus contentus, cuivis generi peculariter conveniens, vires & qualitates hinc diverſas exſerens. Conſiderationi ſubjiciuntur porro omnia media tam promoventia, quam impedientia partium fluidarum motum, circulum adeo diverſum, in tam variis vaſculis, partibus & regionibus; exhalationem quoque, per tam varia organa, folia inprimis. Non omittur hic 3) partium compoſitarum, vitæ plantarum inſervientium, inveſtigatio, & ſpeciatim quidem in radicibus, truncis, ramis, ſucci nutritii attractio, directio & applicatio. In foliis conſiderantur eorum organa, motus, origo, uſus, vires, qualitates, inæqua-

æqualitates, colores varii, directio diverſa, ſitus mutatus foliorum interdiu & noctu in ſomno plantarum, irritabilitas, ſenſibilitas, celeris creſcentiæ & foliorum origo, exhalatio, cauſa, media decidentia. Partes quoque *compoſitæ* heic conſiderantur, propagationi & generationi novarum plantarum inſervientes, & vaſcula & fluida reſpicientes, & quidem vel per *corcula*; quorum augmentum, incrementum, origo, uſus, natura, qualitas, vires, effectus obſervantur, vel per *oculationem* ope oculorum, inſertionem ſurculi in arborem, & ablactationem. Nec habitus floris reliquus heic negligitur, ubi perſpicitur ad functiones partium, floris, coloris mutationem, varietatem, florum originem, modum & cauſam infloreſcentiæ, effloreſcentiæ, deflorationis. Attentionem *phyſiologi* provocant hoc loco porro ad *fructificationis* modum varium, diverſimode ſe gignentem ſub variis circumſtantiis, in diverſis varieque ſitis plantis, & admedia, quibus obtinetur effloreſcentiæ modus & evolutionis florum, quoad ejus ortum, cauſam, differentiam in diverſimodis florum partibus, harumque mutationem, conformationem florum variam. Delectat phyſiologum ulterius adhuc fructus ſi adeſt, origo, creſcentiæ modus, adjumentum in diverſis adeo claſſium generumque varietatibus; fructus evolutio, partium mutatio, diverſitas in formatione, ejus organa, vaſa, uſus, vires, cauſa col...s varii. In *ſemine* digna eſt attentione ejus origo, partium varietas, functio, formationis modus varius, mutatio, modus evolutionis, transmutatio, multiplicatio plantæ per ſemen, incrementum ad certum gradum, duratio; cauſæ productionis ſemper ejuſdem plantæ ex eodem ſemine; varius diſſeminationis modus, ope mediorum nutrientium, in plantis, adeo differentium, ſucci nutri-

nutrientis in plantis præparatio, modus aſcenſionis, diſperſionis ſucci hujus nutritii in vaſculis planta-rum; monſtrorum origo hinc pendens, & fertili-tas, ætas & tempus propagationi congruum, ad producenda multiplicationum varia genera, ac ſpecies, & avertendas degenerationes, harum con-ditio, varietas; præparatio ſucci nutritii, modus ejus motus, ſeparatæ ex eo partes, ſtructuræ, mul-tiplicationis in corporibus organicis; transmutatio ſucci nutritii. Quædam quoque generalia heic con-ſideranda occurrunt reſpectu germinationis, ratione anni temporis, durationis, floreſcentiæ, frondeſcen-tiæ, effloreſcentiæ, durationis plantæ, florum, fructuum, loci, florum calendarii, horologii, occlu-ſionis noctu, & appertionis in die, reſpectu florum ſolarium æquinoctialium, meteoricorum, tropico-rum; reſpectu florum fruteſcentiæ, plantarum defolia-tionis, marceſcentiæ, vigoris, durationis. Quoad habi-tum plantæ in ea quoque phænomena attentio heic convertitur ope phyſices, chemiæ, phytoto-miæ, quæ reſpiciunt plantarum gemmationem, vernationem, æſtivationem, ſomnum, torſionem, variationem coloris, magnitudinis, pubeſcentiæ, ætatis, quoad ſponſalia, generationis myſteria, ſeminationem diverſimodam, placentationem; quo-ad qualitates ad odorem, ſaporem, colorem, conſi-ſtentiam plantarum diverſimodam, quoad locum climatis, ſoli terræ diverſas rationes & conditio-nes examen æque inſtituitur. Hæc ſunt præci-pua *phyſiologiæ phytologicæ* momenta generalia, in omnibus fere plantis obſervanda, quæ deinceps in quibusvis ſingulis plantis, momentis & objectis hiſce e phyſiologia phytologica deſumtis, conſi-deranda obveniunt, ea ſpeciatim recenſet & de-ſcribit hiſtoria naturalis ſpecialis-applicata, cujus-vis

vis plantæ, de qua infra in capite de hiſtoria naturali ſpeciatim ſermo erit.

§. 86.

Phyſiologiæ phytologicæ objectum, etſi a *phyſiologia* brutorum differt, finis tamen, *utilitas* ac *neceſſitas* eſt fere eadem. Ea inſtructi & præparati ad plantarum, inprimis illarum, quæ medico, diætetico & œconomico uſu ſe commendant, naturam, ſingularum partium functiones, actiones, & independentes vires, effectus diverſos, animalibus & rationalibus, & irrationalibus vel noxios, vel ſalutares penitius ac accuratius inveſtigandos accedimus, peritiores evadimus ad ejusmodi vegetabilia uſu ſuo inſignia facilius propaganda, conſervanda, adhibenda & adplicanda, noxia vero & inutilia eo tutius & accuratius avertenda, extirpanda & delenda. Qua cognitione accuratiori medicus carere nequit, quum phyſiologia, (ad quam vero inprimis etiam pertinet plantarum phyſiologia,) ad baſin ſcientiæ medicæ univerſæ referri poſſit.

Phyſiologia plantarum igitur pertinet ad nobiliſſimas partes, quas ampla naturæ ſcientia pandit, & omnibus fere reliquis ejus partibus lumen & præbet & debet. Oſtendit enim medico ſtatum naturalem machinæ, cujus conſervatio ei præcipue curæ cordique eſt, & prælucet ei in avertendis perturbationibus illi minantibus, & plenaria ablatione jam præſentium & profunde radicatorum.

Si quis interiora naturæ plenarie noſſe cupit, plenariam anatomiæ cognitionem in minutiſſimis quoque partibus ſupponit. Iuvat & ornat phyſiologum plantarum univerſa quoque ſcientia phyſica, ſpecia-

ſpeciatim mechanica, hydroſtatica, pnevmatica, optica, acuſtica. Juvat eum chemia quoque ad varia phænomena facilius perſpicienda & ad res novas detegendas. „Diis hinc grates teſtatur ſummas celeberrimus quondam philoſophus *Seneca*, qui vita inquit valde mihi cara eſt, atque pretioſa, ſi naturæ abſcondita revelo & perſcrutor, ſi in iis interiora oculis meis penetro. Quid enim erat, cur in numero viventium me poſitum eſſe gauderem, an ut cibos & potiones percolarem? ut hoc corpus caſurum, & fluidum periturumque, niſi ſubinde impleatur, farcirem, & viverem ægri miniſter per variam annorum ſeriem: ſed ut corporum naturalium naturam mihi potius notam ac cognitam reddam, & ut hac cognitione in interiora, in ſecretiora penetrare poſſim. In phyſiologia naturam non ab hac tantum parte video, quæ publica eſt, fines ſapientiſſimi & optimi rerum creatoris & conſervatoris mihi pateſcunt.

Summi Entis beneficia eo magis mihi innoteſcunt, & adeo majores grates obligatum me intelligo. Ecquid eſt, quod pretium ſcientiæ naturæ in majore gradu collocare poſſit? ſed & agriculturæ, commercio, ſcientiæ medicæ, aliisque compluribus ſcientiis, & artibus emolumenta offert longe præſtantiſſima.“

Docet ea nos innumera, quæ ſinus naturæ recondit varia producta, docet nos novas vias, inexhauſtam ejusmodi productorum copiam in uſus noſtros convertendi; docet nos porro mutuum corporum hic & illic a natura genitrice productorum uſum, & communicationem variarum opum, quas in diverſis mundi plagis e penu illius petimus, ut ope communicationis hujus, omnes quaſi mundi plagas incolamus; æque ac hiſtoria poli-

politica, præteritorum & præſentium temporum res geſtas enarrando, omnium quaſi ſeculorum coævos nos ſiſtit. Hæc quidem de *inſigni*, quo medico ſe commendat *phyſiologiæ phythologicæ utilitate* prædicaſſe ſufficiant. (De *phyſiologia foſſilium* ſermo peculiaris eſt in Mineralogia.)

A) *Univerſaliter de phyſiologia phythologica* ſcripſerunt. St. *Hales* vegetable Statiks. London. 727. 8. & gallice a Büffon. Paris. 735. 4. germanice. Halæ. 747. 8. Malpighi anatome plantarum. London. 1686. 4. du *Hamel* de *Monceaux* phyſiques des arbres. Paris. 758. II. 4. & germanice. Norimberg. 764. II. 4.

C. *Bonnet* recherces ſur l'uſage de feuilles dans les plantes, & ſur quelques autres ſujets relatifs a l'hiſtoire de la vegetation. Götting. 754. & germ. a. C. Arnold. Nrbg. 762. 4.

*) *Bonnet* Betracht. der Natur, u. über die organiſirte Körper, jam citati libri -- *) A. D. *Richter* Lehrbuch einer Naturhiſtorie. Leipzig. 772. 8. *Outhires* of a ſyſtem of vegetable generation by John. *Hill*. London. 758. & germanice a L. Huth. Norimb. 761. 8.

*) C. P. *Erxleben* Anfangsgr. der Naturgeſchichte. Götting. 773. 8. -- *) J. D. *Titius* Lehrbegriff der Naturgeſchichte. Leipzig. 777. 8. -- *) C. F. *Dieterich* Anfangsgr. zur Pflanzenkenntnis. Erfurt. 771. 8.

J. *Hill* Abhandl. vom Schlaf der Pflanzen. Pars. I. phyſicam plantarum continet. Nrbg. 768. 8. & cum notis *Hahn*. Carlsruh. 776. 8. & ejus Entwurf eines Lehrgebäudes von Erzeugung der Pflanzen, ex anglico a D. L. *Huth*. Nrbg. 761. 8. -- Neckers phyſiologia muſcorum, Mannheim 774. 8. J. H. *Jung* Verſ. eines Lehrbuchs der Forſtwiſſenſchaft: plura habet de phyſiologia plantarum & lignorum. Lpz. 781. 8.

B) *Specialiter* pertractarunt *phyſiologiam phytologicam*.

N. G. *Leske* in animadverſionibus de ſtructura ac figura foliorum in plantis. Lipſiæ 771. 4. & in ejus animadvers. vegetabilium. Lipſ. 773. 8.

C. F. *Ludwig* de pulvere antherarum diſſ. Lipſ. 778. 4. & ejus de plantarum munimentis. Lipſ. 776. 4. C. E. *Gmelin* diſſ. præſ. F. C. *Oetinger* de irritabilitate vegetabilium. Tub. 1768. 4. -- G. F. *Doeringius* de virtute loci natalis in vegetabilibus, diſſert. ſub

S. R.

G. R. Boehmer. Wittenb. 761. 4. J. L. *Hinsberger* diſſ. præſ. J. *Schwab*, de cauſis vegetationem plantarum adjuvantibus Heidelberg. 774. 4. B. C. *Vogel* de generatione plantarum. Altorf. 768. 4. C. *Kappius* diſſ. præſ. *Boſe* de motu humorum in plantis cum motu humorum in animalibus comparato. Lipſ. 763. 4. C. G. *Ludwig* de colore florum mutabili. Lipſ. 758. 4. & 756. 4. P. *Schimmert* diſſert. de ſyſtemate ſexuali. Tyrnau. 776. 8. F. *Eſchenbach* diatribe de phyſiologia ſeminum. Lipſ. 777. 4.

G. *Hebenſtreit* diatribe de vegetatione hyemali. Lipſ. 777. 4. M. *Traug* diſſ. ſub *Boehmer*, Spermatologiæ vegetabilis P. I. de ſeminum exiſtentia, differentia & uſu. Wittenb. 777. 4.

J. G. *Koelreuter* Nachrichten von einigen d. Geſchlecht d. Pflanzen betreffenden Verſuchen u. Beobachtung. Lpz. 763. 8. C. F. Dieterichs Anfangsgründe zur Pflanzenkenntnis. Erfurt. 771. 8. J. *Ellis* dionæa muſcipula, überſ. von C. D. *Sthreber*. Erlang. 771. 4. E. *Pohl* Nachr. einer ſich bewegend. Pflanze in den Saml. zur Phyſic u. Naturgeſch. 4tes Stük. *Medicus* von der Neigung d. Pflanzen zur Begattung, in denen Comment. academ. Theodor. palatin. vol. III. p. 116. Plures autores recenſentur in *Erxleben* Naturgeſchichte. jam cit.

CAP. IX. HISTORIA NATURALIS.

§. 87.

Ordo jam nos deducit in campum amœniſſimum, qui ubique jucundiſſima oculo noſtro ſpectacula & ſingularia divitiarum Dei ſpecimina offert. Pergimus nimirum ad *hiſtoriam naturalem*, nobiliſſimam illam ſcientiam, quæ claram atque perſpicuam rerum creatarum in globo noſtro terraqueo obſervantium cognitionem, diſtinctionem, diviſionem, characteres, ordine congruo tradit. Structuram & ſitum partium rei alicujus determinat & docet ſine ulla læſione, & ſine reſpectu

ad earum motum. Arteſacta hinc ex finibus ſcientiæ hujus excluduntur.

Medico & *Oeconomo* prædicari ſatis nequit, quantam utilitatem afferat, quamque neceſſaria ſit hiſtoria naturalis. Scientia enim & *medica* & *œconomica* inſtituunt nos incolas telluris, qua ratione innumera in penu naturæ obvia corpora in uſum noſtrum adhibere, vel noxam ab iis metuendam avertere poſſimus. Ad adquirendam vero pleniorem naturæ cognitionem requiruntur inprimis *characteres* & *qualitates corporum diverſimodæ*, adcuratior earum *denominatio*, in *ordinem* congruum *digeſtio*, uberior *deſcriptio*; id quod præſtat Hiſtoria Naturalis. Et ex hoc ſatis jam patet, quantopere indigeamus ſubſidiis hiſtoriæ naturalis.

Nihil jam dicam de alio inſigni ejus commodo, quod mundum, quod intelligentiſſimum & ſapientiſſimum ejus creatorem nos doceat penitius cognoſcere. Nihil addam de eo, quod corpora naturalia nobis oſtendat, quorum uſus ſucceſſive ſe manifeſtat; nihil de eo, quod ad nova inventa in ſcientiis medicis & œconomicis opportunitatem aperiat. Neque enim Hiſtoria Nat. conſideranda eſt ut mera denominatio & collectio corporum naturalium, ſed adcuratius ea determinat, alia ab aliis ſollicitius diſtinguit, naturam & qualitates eorum penitius ſcrutatur & ſolidius obſervat.

In tradenda vero hiſtoria nat. reſpicitur vel ad *univerſales qualitates*; vel attenditur etiam ad *nexum rerum inter ſe*, quarum vel *ſingula* tantum *genera* penſitantur, vel *ſingulare quoddam corpus naturale* eſt objectum hiſtoriæ nat. ſpecialiſſimæ.

Ambitus ſcientiæ hujus eſt longe ampliſſimus, uberrimus, exæquat ambitum univerſi, quaqua patet terra-

terrarum orbis, & quidquid vel in ejus ſuperficie, vel in illius viſceribus ſe nobis offert, in ſe complectitur. Quin imo aſcendere poteſt ad contemplanda corpora cœleſtia. Sed cum hiſtoriam naturalem *cœleſtem* ſibi vindicet *Aſtronomia*: hoc loco nobis tantummodo ſermo eſt de *hiſtoria nat terreſtri*. Ad tres claſſes redigi poſſunt, quæ tellus noſtra continet; ſunt enim vel *Mineralia*, vel *Vegetabilia*, vel *Animalia*. Hæc omnia colligit, ſcrutatur & explicat hiſtoria naturalis.

Porro in globo noſtro terraqueo occurrunt, quod celeberr. Linnée jure diſtinguit, vel *elementa*; vel *ex elementis compoſita corpora*; ſeu naturalia alias ſic dicta corpora. Hinc duæ partes principales hiſtoriæ nat. conſtitui poſſunt.

§. 88.

Prior eſt *hiſtoria nat. elementaris*, cujus objecta præcipua ſunt *elementa*, aër nempe, aqua, terra, ignis. De quibus agit,

1) *Aerologia*, vel doctrina de aëre, ejusque qualitatibus, altitudine, utilitate, noxa; de ventis, eorundemque origine, ſpeciebus, directionibus; de varia tempeſtate; de effectibus ejus reſpectu caloris & frigoris, motus, durationis, directionis, mixtionis, in variis terræ regionibus.

2) *Hydrologia*, vel doctrina de *aqua*, quæ vel aquam puram aëream & terreſtrem, vel minerales, frigidas, ſpirituoſas, crudas, acidulas, calidas ſ. thermas, earumque naturam, differentiam, effectus præcipuos inveſtigat.

3) *Geologia*, vel doctrina de *terra*, quæ terræ continentis ambitum hincque pendentes varietates, mutationes per terræ motus, pluvias, flu-

mina, maria, ventos, gelicidia; per ipſos homines; mutationes antiquiorum & recentiorum temporum; montium juga, rupes & ſaxa, eremos & deſerta, cavernas & ſpeluncas, rerumque naturalium in toto terrarum orbe obviarum ſtructuram, ſitum, temperaturam exponit.

4) *Pyrologia*, vel doctrina de *igne*. Ignis eſt vel *naturalis*, in omnium regnorum corporibus naturalibus diſperſus, cujus calorem, nutrimentum, gravitatem, colorem obſervat Phyſicus; vel *artificialis*, in laboribus œconomicis, experimentis phyſicis, chemicis, opticis, bellicis &c. obvius, cujus originem, differentiam, uſum, effectus evolvit hiſtoria nat. Nec non montes ignivomos & terræ motus hoc loco conſideramus, eorumque originem, effectus & phænomena varia.

§. 89.

Hiſtoriæ naturalis terreſtris proprie ſic dictæ, & ab aliis etiam hoc nomine inſignitæ, *quæ* nimirum *corpora ex elementis compoſita* conſiderat, qua poſterior pars hiſt. natural. objecta ſunt omnia ea corpora naturalia, quæ in terræ gremio deprehenduntur, nec ab hominibus, nec ab animalibus alias prius mutata. Omnia, quæ in orbe, quem incolimus, exiſtunt, corpora arte divina compoſita, e ſimplicibus conſtantia nondum mutata, ſunt vel *organica*, quæ ſtructuram, motui humorum accommodatam habent, & quamdiu in organis eorum humores moventur, vivunt, ſ. functionum vitalium impletionem habent; vel *organiſatione deſtituta*. Ad *tres claſſes* vel *regna* commode rediguntur omnia, quæ natura producit;

1) Ad *lapides* ſ. foſſilia ſeu mineralia, quæ creſcunt ſine viventibus & ſentientibus partibus, e ſimpli-

ſimpliciſſimis partibus conſtitutivis conſtantibus, quæ corpora ſunt inorganica, nunquam viventia, nec nutrientia, nec organice creſcentia, nec ſobolem procreantia, ſed per appoſitionem externam tantum creſcentia, & qua cives conſideranda regni naturæ mineralis l. foſſilis l. lapidei.

2) Ad *vegetabilia*, quæ ſunt corpora organica, creſcentia, viventia, ſine ulla ſenſatione, ſtructura vero prædita determinata, & motu partium quarundam conſtituentium, quæ nutriuntur, creſcunt, & ſe generant.

3) Ad *animalia*, quæ creſcunt, vivunt & ſentiunt ſimul, quâ corpora organica conſideranda, in quibus humores moventur per circulationem.

Cujusvis claſſis horum corporum cognitio plenaria peculiarem conſtituit ſcientiam, proprio quæ inſignitur quoque nomine; quarum characteres & objecta in ſequentibus paragraphis penitius & accuratius determinantur.

Pro diverſitate objecti *Oryctographia*, ſ. *Hiſtoria naturalis terreſtris* proprie ſic dicta dividitur in

1) Lithologiam, ſ. *mineralogiam*, quæ lapides ſ. foſſilia ſ. mineralia;

2) Phythologiam ſ. *botanicam*, quæ vegetabilia;

3) *Zoologiam*, quæ animalia complectitur.

Hiſtoria naturalis terreſtris proprie ſic dicta, cæterum ſubdividi poteſt in *oryctographiam puram*, ſ. ſimplicem & in *applicatam* ſ. practicam.

A) *Hiſtoria naturalis terreſtris pura* continet inſtructionem generalem, auxilia & regulas generales,

rales, quæ in inſtituenda hiſtoria corporum naturalium obſervanda requiruntur, ad accurate, quoad omnes reſpectus, deſcribenda, & mineralia, & vegetabilia & animalia. Enarrat ea itaque, dividit ac deſcribit:

1) *Denominationem* diverſam partium tam varie ſitarum, claſſium, ordinum, generum, ſpecierum, varietatum, in corporibus naturalibus obviarum, ſecundum terminos technicos conſuetos, unum corpus ab altero eſſentialiter diſtinguentes: occurrit hinc in ea *Terminologia Mineralogica*, *Phytologica*, & *Zoologica*.

2) *Syſtemata varia*, ad quæ corpora naturalia in ſingulis regnis obvia ordinantur, dividuntur, ad methodum vel *naturalem*, quæ ſingulos negligit characteres, quoad totum corpus naturale conſiderat, & ſecundum totius corporis ſimilitudinem claſſes conſtituit: vel *artificialem*, in qua ſinguli proprii characteres corporum naturalium fixi & determinati accurate conſiderantur, & prouti hi vel præſentes vel abſentes, corpora iſta tum vel combinantur vel ſegregantur.

3) *Inſtructionem*, quomodo inſtituenda & addiſcenda ſit talis hiſtoria naturalis, quoad *Mineralogiam*, *Phytologiam* & *Zoologiam*, quomodo hæc corpora naturalia ad characteres vel eſſentiales vel relativos accurate diſtinguenda, determinanda, colligenda, conſervanda, claſſificanda ſint ad congruas claſſes, ordines, genera, ſpecies, varietates, quomodo collectiones corporum naturalium attente conſiderandæ ſint; regiones iſtæ viſitandæ, plenæ inprimis iſtis naturæ divitiis; quomodo ſtudium hiſtoriæ litterariæ in hac parte hiſtoriæ ſit inſtituendum, quomodo detectæ qualitates

tates in obſervatis & omni cura diſquiſitis corporibus naturalibus, quantum fieri poteſt, ad commodum ſocietatis humanæ adhibendæ & applicandæ ſint, quomodo in ſingulis corporibus naturalibus obſervationes ſint inſtituendæ, ratione eorum originis, qualitatum, incrementi, propagationis, vitæ generis, &c.

B) *Hiſtoria naturalis terreſtris applicata* ſ. practica, omnes tam varios corporum naturalium reſpectus comprehendit, qui in pura occurrebant, in ſingulis corporibus naturalibus omnium trium regnorum. Subdiviſa ſpectari poteſt, qua *lithologica*, *phytologica*, *zoologica*. Applicatur vel in *Oeconomia* ejusque ſpeciebus, vel in *Medicina*, & in hac iterum, tam in *materia alimentaria*, & utilia & noxia complectens corpora naturalia, quam in *materia medica* interna ac externa ſ. chirurgica; de quibus vero objectis peculiaris ſermo erit in capite de *œconomia* & *materia medica*.

§. 90.

Qui *cognitionem* cupit *plenariam* ſtructuræ & fabricæ univerſæ globi noſtri terreſtris, & omnium in eo contentorum corporum naturalium, plenariam iſte acquirit inſtructionem in *hiſtoria naturali univerſali*, ſ. ſic dicta *geographia phyſica*, ſ. *phyſiographia*;

Inſtruit ea quemvis & ope hiſtoriæ naturalis terreſtris *elementaris*, & ope hiſtor. natur. terreſtr. proprie ſic dictæ ſ. *oryctographiæ* & quidem ſpeciatim ope *Lythographiæ*; (exceptis heic neceſſariis ſcientiis quibusdam præparantibus ſpecialibus, Anatomiæ nempe, Phyſiologiæ, ſpeciebus quibusdam Chemiæ;) *Phytographiæ* & *Zoographiæ*, iſtiusmodi phænominis, quæ in omnibus corporibus, in

in tellure noſtra obviis, naturalibus, occurrunt. Objectorum horum omnium e quavis telluris regione deſumtorum ſpecialiter tradit ea 1) *denominationes* in diverſimodis linguis & regionibus ad ſyſtema quodvis electas, varias, ſelectas, accuratas, genericas, ſpecificas, triviales, ſynonyinas. 2) *Claſſificationes* ad claſſes, ordines, genera, ſpecies, varietates; 3) *Characteres generum* & ſigna diſtinctiva naturalia eſſentialia, artificialia; 4) *Specialem* & prolixam *Deſcriptionem* generum, ſpecierum, differentiarum, ac varietatum ad ſingulas earum partes varie ſitas & ſtructas, in terminis congruis technicis conſuetis. *Icones*, omnes partes externas diſtincte exhibentes. 5) *Temporum circumſtantias*, & quidem quoad patriam & locum natalem, incrementum, vigorem, copulam, *in mineris* tantum; quoad ortum, incrementum, vigorem, nutritionem, tempus floreſcentiæ, decrementi, interitum, ſimul in *plantis*; & quoad partum, victum, domicilium in *animalibus*. 6) *Vires qualitates*, noxam, uſum & fructum in Phyſica, Chemia, Oeconomia, Diæta & Medicina. 7) *Hiſtoriam* ejus & hiſtoricam proprie & litterariam de primis inventoribus, ſcriptoribus, variisque traditionibus hiſtoricis, & litterariis unius alteriusve corporis naturalis; ac delineationem & ſimplicium & illuminatarum optimarum de iis editarum figurarum; 8) *Modum* varium, corpora iſta naturalia in tribus regnis naturæ obvia, optime *colligendi*, *aſſervandi*, & *ſyſtematice ordinandi*.

In *ſpecialiſſima hiſtoria naturali* de ſingulis corporum naturalium vel in œconomia vel in medicina utilium generibus, ſpeciebus, in diverſimodis telluris regionibus occurentibus peculiaribus quidem ſcriptis varia communicata ſunt, ſed de omni-

omnibus horum corporum naturalium claſſibus, generibus & ſpeciebus ad omnes hoſce reſpectus compendium adhuc, nondum exſtat, quod plene compoſitum ſit.

In *ſpecialiſſima tali hiſtoria naturali terreſtri* omnia in ſingulis corporibus naturalibus obvia occurrunt, quæ in univerſali de iſto corpore, ejusque qualitatibus ac applicationibus e phyſica, chemia, anatomia, phyſiologia deſumtis notatu digna occurrunt.

1) *Hiſtoriae natural. elementaris ſcriptores primarii.*

Richart natürliche Geſchichte der *Luft*. 774. -- J. *Prieſtley* Experiments and obſervations relating to various branches of natural philoſophié -- *With* a continuation of the obſervations on air. London. 779. 8. II. germanice.

*) J. G. *Wallerius hydrologie* od. Waſſerreich von Denſo. germanice, Berlin. 751. 8. & *Beckmann* in ſ. Anfangsgr. der Natur-Hiſtorie. Götting. 767. 8. *Cartheuſer* rudimenta hydrologiæ ſyſtematicæ. Frft. 758. 8. *Monnet* nouvelle hydrologie, ou nouvelle expoſition de la nature & qualité des eaux &c. Paris. 772. 12.

*) J. E. *Silberſchag* Geogenie. Berlin. 782. II. 4. J. S. *Wallerius* phyſical. chemiſche Betrachtung über den Urſprung der Welt, e latino a F. *Keller*. 779. 8. W. *Gerlach* Beſtim. d. Geſtalt u. Gröſſe d. Erde. Wien. 782. c. fig. 8.

2) *Hiſtoriae naturalis univerſalis ſcriptores praecipui.*

*) E. Bergmans phyſicaliſche Beſchreibung der Erdkugel Greifsw. 769. 8. & ejus Auszug aus ſ. phyſical. Erdbeſch. nebſt einem kurzen Abris d. Naturgeſchichte. von A. G. *Groſſe*. Lpz. c. fig. 781. 8. *Büffon* allgemeine Naturgeſchichte 2ter 3ter Theil. Allgemeine Geſchichte der Welt und Natur. *Lulof* Kenntnis der Erdkugel. 755. 4. *Gruners* Beſchreibung der Eisgebürge. *Cartheuſer* amœnitates naturæ. *) Beiträge zur phyſicaliſchen Erdbeſchreibung. Braunſchw. 774. *Scheuchzer* Naturgeſchichte der Schweiz. *Mono* Unterſuchung der Veränderung des Erdbodens. *Woodward* phyſi-

phyſicaliſche Geographie. *Raſpe* ſpecimen hiſtor. natur. globi terraquei. Amſtelod. 764.

3) *Hiſtoriae naturalis terminologiam* pertractarunt:

a) *) A. G. *Werner* von denen äuſſern Kennzeichen der *foſſilien*. Lpz. 774. 8. G. C. *Storr* Entwurf e. Folge von Unterhaltungen zur Einleit. in die Naturgeſchichte. Lpz. 776. II. 8.

b) *) *Car. de Linnaei Philoſophia botanica*. Holm. 758. 8. & a *Gledisch* recuſa. Berolin. 780. 8. Linnæi ſyſtema naturæ. Leiden. 735. fol. Holm. 766 - 768. Edit. XII. III. 8. Vindobon. 767 - 770. III. 8. & ejus termini botanici explicati. Lipſ. 767. 8. antea qua diſſert. inſerta in ejus Amœnit. academ. vol. VI. *Lipp* Enchirid. botanicum. Vindobon. 765. 8.

Huc referre liceat etiam *Compendium* meum *botanices*, ſyſtematis Linnæani conſpectum, ejusdem adplicationem ad ſelectiora plantarum germaniæ indigenarum, uſu medico & œconomico inſignium, genera eorumque ſpecies, continens. Ulmæ. 774. 8. J. C. *Schaeffer* Iſagoge in botanicam expeditiorem. Ratisbon. 759. 8. & ejus erleichterte Arznei - Kräuter - Wiſſenſchaft. Regenſp. 780. 4. *Linnaei* nomenclator plantarum, qua diſſert. inſerta in ejus amœnit. vol. V. J. R. *Forſters* Beſchreibung der Gattungen der Pflanzen. Stuttgard 779. c. fig. 4. *Planers* Linneiſche Gattungen der Pflanzen und ihre natürliche Merkmale. Gota. 771. 8.

*) C. T. *Dieterich* Einleitung in die Pflanzen - Kenntnis. Erfurt. 771. J. *Hill* Beſchreibung der äuſſern Theile der Pflanzen, ex anglico. Leipzig. 774. 8. *) S. *Schinz* primæ lineæ botanices. Turici. fol. 774. & germ. 775. Inſtitutes of botany by John *Miller*. London. 771. 4. An illuſtration of the ſexual ſyſtem of Linnæus by Iohn Miller. London. 779. I. 8.

*) C. *Terminologia conchyologiae* III. a Linné edita a J. *Beckmann*. Götting. 772. 8. *) C. *Linnaei* ſyſtema natur. Edit. XII. Holmiæ 766 - 768. III. 8. Halæ 760. III. 8. per regna tria naturæ. *) N. G. *Leſke* Anfangsgründe der Naturgeſchichte I. Th. d. Thiergeſchichte enthaltend. Lpz. 779. 8. *Elements* of conchyology by Mendez da *Coſta*. London. 778. 8. J. H. *Sulzer* Kennzeichen der Inſekten nach dem Linne. Tiguri. 761. 4.

4) *Autores, qui de optima methodo, collectiones* corporum naturalium accurate & ſolide *conſiderandi*, *colligendi* &

& aſſervandi egerunt: D. S. *Rudolph* Handbuch oder kurze Anweiſung, wie man Naturalien-Sammlungen mit Nuzen betrachten ſoll. Lpz. 766. 8. J. D. *Köhler* Anweiſung für reiſende Gelehrte, Cabinete mit Nuzen zu beſehen. Frft. 762. 8. *Linnaei* oratio de peregrinatione intra patriam, in amœnitat. ejus academ. Vol. II. inſerta: uti & *Linnaei* inſtructio peregrinatoris, qua diſſertatio inſerta, in ejus Amœnit. academ. Vol. V.

*) J. *Boſſart* kurze Anweiſung Naturalien zu ſammlen. Barby. 774. 8. Memoires ſur la maniere de raſſembler &c. les curioſités de l'hiſtoire naturelle a Lyon. 758. 8. & germanice. Anweiſung, wie die Seltenheiten d. Naturgeſchichte zu ſammlen, zu erhalten, zu verſchiken. a W. Jæger. Nrbg. 761. 8. C. *Linnaei* inſtructio muſei rerum naturalium, qua diſſertat in Amœn. ejus acad. inſerta. Tom. III. germanice edita a *Murr* ſub titulo Abhandl. von Naturalien-Kabineten. Lpz. 772. 8. *) J. G. *Hermann* diſſ. de modo cavendæ corruptionis corporum naturalium in muſeis. Lipſ. 766. 4. The naturaliſt. London. 771. 8.

Von der Zubereituug der Fiſche für die Cabinette, in dem Beitrag zur Naturgeſchichte. Altenb. 774. 8.

*) A. C. *Kühn* Anweiſ. Inſekten zu ſammlen. Eiſenach. 773. & 783. 8. Anweiſung für Anfänger, Pflanzen zum Nuzen und Vergnügen zu ſammlen, und nach dem *Linneiſchen* ſyſtem zu beſtimmen. Gotha. 778. 8.

Hiſtoriſche Mineralogie oder Beſchreibung der Mineralien u. Anzeige der Oerter, wo ſie gefunden werden für Anfänger. Lpz. 775. 8. J. G. *Eiſen* Unterr. von der allgemeinen Kräuter und Wurzel Troknung, auch Zugemüſe, Sallate, Gewürze, zu troknen, verpaken, aufzubehalten. Riga. 774. 8.

*) A. G. *Werner* Abhandl. von denen verſchiedenen Mineralienſammlungen, aus denen ein vollſtändig Cabinet beſtehen ſoll, inſerta & quidem ad varias ſpecies, qua phyſicalis, geographica, methodica, œconomica, in denen Sammlungen zur Naturgeſchichte und Phyſic im I. Band. 4. Stük. Lpz. 778. 8. G. H. *Werner* nüzliche Anweiſung zur Zeichnung vierfüſiger Thiere. Erfurt. 768. 8. & ejus Anweiſung zur Zeichnung d. Theile des menſchl. Körpers nach geometriſchen Regeln. Erfurt. 768. 8. & ejus Unterr. was die Maler,

ler, Bildhauer und Anfänger der Chirurgie von der zur Zeichnung gehörigen Anatomie zu erlernen haben. Erfurt. 768. 8.

5) *Cognitionem* penitiorem *litterariam in hiſtoria naturali univerſali* communicarunt.

A. *Boerhav* in methodo ejus ſtudii medici auct. ab Haller. Amſt. 751. 4. II. C. *Linnaei* biblioth. botan. jam allegata in hiſtoria medic. d. Hausvater zweit. Theil. Hannov. 766. 8. *) J. C. P. *Erxleben* Anfangsgr. d. Naturgeſchichte. Götting. 773. *) N. G. *Leske* Anfangsgr. der Naturgeſch. I. Th. jam allegat.

6) *Autores hiſt. nat. univerſ. methodici* per tria naturæ regna.

*) *Linnaei* ſyſtema naturæ. Leiden. 735. fol. edit. tum XIIma. Holm. 740. & 766 - 768 III. 8. Vindobon. 767 - 770. cum duobus Mantiſſis II. Halæ 760 - 770. III. 8. C. *Linnaei* ſyſtema naturæ per regna tria, Holm. 747. Lipſ. 748. 8. & a Murray auctum editum. Göttingæ. 774. II. 8. Hiſtoire naturelle generale & particuliere, avec la deſcription du cabinet du Roi par M. de *Buffon* & d' *Aubenton*. a Paris. 749 - 767 XV. 4. & 12. & editio aucta tum ab *Allemand*. Amſtelod. 4. & tum translatio germanica a *Kaeſtner*. Hamb. 750. 4. & a W. *Martini*. Berlin. 771. VII. 8.

*) J. J. *Ebert* Naturlehre für d. Iugend. Lpz. 776-778. 8. III. *Büſchings* Unterricht in der Naturgeſchichte. Lpz. 777. c. fig. *) J. A. *Scopoli* introduct. ad hiſtor. natural. ſiſtens genera lapidum, plantarum & animalium hactenus detecta, characteribus eſſentialibus donata, &c. Pragæ. 777. 8.

*) A. D. *Richter* Lehrbuch e. Natur-Hiſtorie. Lpz. 772. 8.

*) J. *Bekmann* Anfangsgr. d. Natur-Hiſt. Götting. 767. 8.

*) J. D. *Titius* Lehrbegriff der Naturgeſch. Lpz. 777. 8.

*) J. *Bergmans* Anfangsgr. d. Naturgeſch. Mainz. 778. III 8.

*) P. *Erxleben* Anfangsgr. d. Naturgeſch. Gött. 773. c. fig. 8.

*) G. F. *Blumenbach* Handbuch der Naturgeſchichte. Gœtting. 773. c. fig. & 782. 8. P. *Schrank* über die Weiſe, die Naturgeſchichte zu ſtudieren. Regenſpurg. 780. München. 783. 8.

7) *Mixtas materias* e hiſtor. natur. & univerſ. & ſpeciali deſumtas pertractarunt. C. *Plinius* ſec. in hiſtoria naturali Libr. 37 cum J. *Harduini* Interpretat. & notis Pariſiis 723. III. fol. recuſa Baſil. 741. fol. varietatemque lectionis addidit G. F. *Franzius* 778. Lpz.

Lpz. 8. cura P. *Mülleri*. Berol. 766. V. 8. & germ. a J. *Denſo* Roſtok. 764. II. 4. & a P. *Groſe*. 783. Frft. III. 8. Plinianiſch. Wörterbuch mit e. Vorbericht von der Schreibart d. Plinii, von Denſo. Greifswalde. 766. 4.

C. *Linnaei* Amœnitat. academ. Holm. 749 - 777. 8. VII. 8. & germanice Lpz. 766. III. 8. der Naturforſcher. Halle. 774 - 783. XIX. 8. Sammlung zur Phyſic. und Naturgeſch. Lpz. 778. IV. 8.

J. A. *Scopoli* Annus hiſtorico naturalis. Lipſ. 769. IV. 8. & germanice a Günther. Lpz. 770. 8. & ejus diſſertat. ad ſcientiam naturalem pertinentes. 772. I. 8. *Seba* theſaur. rerum naturalium. Amſtelod. 734. IV. fol.

J. G. *Sulzers* Unterred. über die Schönheiten der Natur. Berlin. 770. 8.

8) *Tractationes mixtas ſocietatum* eruditarum, & ſic dictorum Iourneaux, variorum auctorum hiſtoriæ naturalis huc ſpectantes, recenſet Erxleben in ſ. Naturlehre p. 22. & *Leske* in ſ. Anfangsgründen der Naturgeſchichte jam cit.

9) *Dictionaria hiſtor. natur. ſpectantia.*

Dictionaire raiſonne univerſel d'hiſtoire naturelle contenant des animaux, vegetaux & mineraux par Valm de *Bomare* a Paris. 765. VI. 8. 768. VI. ab *Haller*. auct. â Yverd. 768 - 770. XII. 8. & a Paris. 775. 776. 8. Supplem. a Mr. de *vicq. d'Azir*. 778. 8. Onomatologia hiſtoriæ natural. completæ. od. *Lexicon* d. Naturgeſch. quoad regnum *minerale* & *animale*, in ordine alphabetico. Ulm. 766. 8. & quoad *botanicam*, Onomatologia botanica completa. Ulm. 772. VIII. 8. ordine quoque alphabetico.

C. F. *Reuſſ* dictionarium botanicum, oder botaniſche latein: und deutſches Handwörterbuch für Aerzte, Oeconomen, Kammeraliſten, &c. nach dem Linneiſchen Syſtem. Lpz. 781. 8.

H. W. *Martini* allgem. Geſchichte d. Natur in alphabetiſcher Ordnung. c. fig. Berlin. 774 - 778. IV. Neuer Schauplaz der Natur von e. Geſellſchaft Aerzte in alphabetiſcher Ordnung. Lpz. 776. X. 8. (varia quoque œconomica continet:) Manuel du naturaliſte a Paris. 771. 8. *Pliiche* Schauplaz der Natur. Lpz. 758. & 772. VIII. 8. Handbuch der Natur-Hiſtorie. Nrbg. 774. IV. 8.

10) *Topographias*, *Itineraria*, Muſea notatu digniſſima & univerſalia & ſpecialia recenſent accurate *Erxleben* & *Leske* jam cit. Inſtitut. hiſtor. natur. uti &

11) *Autores micrographicos* varios præſtantiores, recenſent *Erxleben* & *Leske* in iisdem jam citatis libris.

§. 91.

Lithologia ea eſt pars *hiſtoriæ naturalis*, quæ comprehendit ſcientiam hiſtoricam, qua corpora lapidea & ſic dicta mineralia enarrantur, claſſificantur, deſcribuntur, in ordine quodam ſyſtematico, certis criteriis, quibus ſemper & ubique inter ſe diſtingui poſſunt, & in ordine certo innoteſcunt, quoad formam eſſentialem, conſtitutionem, relationem ad alia corpora, commodum & uſum varium. Ad corpora hæc naturalia referuntur omnia corpora, terrea, lapidea, metallica, vita ſenſatione ſtructura organica privata, nonniſi deperdita gaudentia, & ſupra terram, & in ejus gremio a natura generata ac aſſervata, terrei noſtri globi proprias partes conſtituentes efficientia, nec creſcentia eo modo per vaſcula, uti plantæ, nec ſe generantia e ſpecie ſeminum, ſed plerumque partium ſimilium coagmentatione vel cryſtalliſatione. Differunt ea valde ratione diverſæ mixturæ, compoſitionis, texturæ, & independentium variarum qualitatum, duritie, pondere, gravitate ſpecifica, ratione relationis ad ignem, ad effectus a variis menſtruis ortos &c. quæ omnia momenta eſſentialia, ope chemiæ adplicatæ mineralogicæ detecta plus conferunt ad accuratam eorum claſſificationem, quam merus tantum externus eorum habitus, partium conſtituentium ſitus, color, ſplendor, pelluciditas, figura, magnitudo, & quæ ſunt alia accidentalia.

Omnia hæc *corpora naturalia*, quæ objectum *lithologiæ* ſunt, & ad regnum mineralogiæ referuntur, commode *dividi* poſſunt primario,

I) In ea, quæ continent *Mineralia vera* & *propria*: ea nimirum corpora, quæ vulgari loquela, ſed incongrua, foſſilia appellantur, quæ proprie ſunt matrices ſolidæ, mixtæ, inexcultæ, e quibus partes variæ valde nobiles & utiles poſſunt extrahi.

II) In ea, quæ continent *Mineralia accidentalia*, ſ. potius corpora *petrificata*, luſus naturæ: ea ſcilicet corpora, quæ tam e regno animali, quam vegetabili, vel in lapides incluſa, vel ſubſtantia lapidea obtecta, vel partibus mineralibus impleta, vel leviter tantum in terræ gremio deprehenduntur, in fodinis cretaceis argilloſis, arenoſis, & hinc vel *zoolytha* vel *phytholitha* appellantur, & diſtinguuntut iterum ad Linneum in *helmintholitha, entomolitha, ichthyolitha, amphibiolitha, ornitholitha, zoolitha, phytholitha, graptolitha.*

Vera mineralia, (quorum tractatio alias *Oryctographia* proprie & recte vocatur,) commode poſſunt dividi, in terras & lapides, ſalia, bituminoſa mineralia, metalla, ſaxa. Omnium horum & ſingulorum corporum claſſes, ordines, ac genera iterum dividi poſſunt:

A) *Terræ & lapides*, 1) in calcareos diverſæ ſpeciei; 2) ſiliceos; 3) granaticos; 4) argilloſos; 5) micaceos; 6) fluores; 7) aſbeſtinos; 8) zeolithos; 9) magneſias varias.

B) *Salia*; in 1) acida, 2) alcalina.

C) *Phlogiſtica mineralia*, D) *Metalla* in nobiliora & ignobiliora. E) *Saxa*, in compoſita, l. conglutinata.

Petre-

Petrefacta, ſ. *Mineralia accidentalia*, valde differentia, ratione ſtructuræ, figuræ, indolis, l. terreſtris, l. lapideæ, ſalinæ aut metallicæ: ordinantur quoque ab externa facie & ſtructura:

A) In *lapides figuratos*, 1) natura figuratos l. eſſentialiter, l. accidentaliter, corporibus aut naturalibus aut artificialibus ſimiles; 2) pictos l. per integrum lapidem l. ſuperficialiter; 3) l. aliunde figuratos, l. nonnullarum partium ablatione, l. partium additione, & quidem re ipſa præſentia, ſ. veſtigia ſui relinquentia.

B) In *non-figuratos* lapides, 1) *Continuos*, l. pellucidos, l. ſemipellucidos, l. opacos;

2) *Granulares*, l. molliores, attactu rudes & fragiles, attactu lenes, aliquatenus pellucidos, duriores;

3) *Lamelloſos*, attactu lenes, pingues;

4) *Filamentoſos*, l. fibroſos, l. ſtriatos;

5) *Sciſſilles* l. nigros, l. diverſorum colorum.

In *Lithologia accurate* & *plenarie* attenditur præcipue ad ſingulorum horum prius indicatorum corporum, lapideorum & mineralium, diſtinctam,

1) *Denominationem* tam ſyſtematicam, quam vulgarem, in quavis regione & loco natali introductam;

2) *Claſſificationem* ſyſtematicam, in claſſes, ordines, genera, ſpecies, varietates, ſignis & characteribus congruis eſſentialibus & conſtituentibus, accurate diſtinctis terminis technicis e terminologia mineralogica deſumtis, obſervationibus, experimentis certis;

3) *Qua-*

3) *Qualitates* varias eſſentiales conſtitutivas, & accidentales;

4) Partes *conſtituentes*, *eſſentiales* & *accidentales*, ope phyſicæ & chemiæ detectæ, inprimis applicatæ mineralogicæ;

5) *Effectus eorum diverſos*, tam noxios, quam ſalutares;

6) *Operationes* & *influxus naturæ*, varios, aliasque cauſas, ratione originis, ſitus in terræ gremio, varietatis. &c.;

7) *Locos natales*, & *ſitus* diverſos ſupra terram & in ejus gremio, tam ſolos, quam in connexione cum aliis corporibus naturalibus.

8) *Extractionum* & *præparationum modos* in ſingulis corporibus hiſce introductos, ope Metallurgiæ, & ope artificis opificisque manus;

9) *Noxas* & *Uſus* tam *oeconomicos* quam *medicos*, e materia medica & œconomia deſumtos.

Finis, qui in tractanda *Lithologia* ante oculos ponitur, non eſt exigui momenti; agit enim de iſtis quoque corporibus naturalibus, quorum *influxus* pariter inſignis eſt, *tam in medicina*, quam in *oeconomia*, & quæ novorum inventorum & detectionum opportunitatem offerunt exoptatiſſimam. *Uſus* itaque *Lithologiæ* eſt omnino valde inſignis, & ita comparatus, ut eo carere nequeamus. Corpora enim varia naturalia e. g. terrea inſerviunt & regno vegetabili & animali, non ſolum fertilitati, nutritioni, ſed e. g. ad exſtruenda ædificia, ad vaſa varia in œconomia introducta, ad pigmenta, ad metallorum polituram; ſic lapides ad terræ majorem firmitatem, ædificia, pigmenta, ad artem vitriariam uſum ſuum conferunt.

Salia, cibo & potui ad eo ſuaviorem ſaporem reddendum inſerviunt, ad varia pigmenta, ad remedia, & quæ ſunt aliæ tam variæ artes; tam varii generis ſalia diſpergunt uſum ſuum in tota œconomia, medicina, artibus & opificiis, & chemico exhibent exoptatam occaſionem ac clavim diverſimoda myſteria naturæ penitius inquirendi, & per copioſas mutationes inſignem copiam ſalium mediorum ad boni publici commodum producendi. Sic corpora bituminoſa tam in medicina, quam in œconomia proſunt, ad varia ferrumina, fumos, ad varii generis ignes.

Sic *Semimetalla* inſerviunt haud parum variis utiliſſimis præparatis medicis, pigmentis, metallis, purificandis & mutandis; præter varios uſus in opificum & artificum officinis; ſic *metalla* adhibentur ad artem monetariam, ædificia, inſtrumenta, vaſa œconomica, medicamenta diverſæ ſpeciei, & quæ ſunt alia. Quam *ampla*, *neceſſaria*, & *utilis eſt* itaque *cognitio ſuccincta omnium* horum *corporum*, quam tradit *ſcientia lithologica*, præcipua pars hiſtoriæ naturalis terreſtris - propriæ: qua tam varia genera omnium ad minerale regnum pertinentium corporum innoteſcunt.

Uſus corporum mineralium dicatus eſt partim *medicinæ*, ad uſus internos & externos ſub congruis præparationibus, partim *oeconomiæ*. Pauperrimus ac minimæ ſortis homo regno minerali carere æque nequit, ac ſummus princeps: operæ ſemper itaque pretium eſt, ut eruditus, cujusvis ſit ordinis, ex parte ſaltim eo inſtruatur. Cæterum quum cognitio ad minutiſſima progrediens, mineralium adeo ſpecialium, non immediatum quidem influxum in omnem medicinam habeat, non opus eſt, ut quivis medicinæ ſtudioſus & univerſis & minutiſſimis hujus

jus ſcientiæ objectis nimis occupatus ſit; ſufficit ei tantiſper cognitio plenaria corporum iſtorum, quæ ob virtutes ſuas principales medicas immediata ſunt objecta medicinæ; ſufficit tantiſper, ſi univerſalia momenta disquiſitionum mineralogicarum ſibi nota reddit, ne ullas habeat ideas confuſas relationum, in quibus hæc corpora cum reliquis naturæ partibus conſtituentibus collocata ſunt. Modum generationis, compoſitionis, qualitatis, & uſum plurimorum horum corporum e hiſtoria naturali ſufficienter noſſe: eſt officium medici provectioris, quia tam variis in regno hoc contentis corporibus ſtupenda efficere poteſt. Sed de plurimis, quæ hoc loco afferri poſſent, in §o de uſu & neceſſitate univerſæ hiſtoriæ naturalis ſermo erit.

Cæterum attentionem præcipuam medici meretur regnum hoc ob *acidulas* & *thermas* ad iſtud vulgo relatas, proprie ad hiſtoriam naturalem elementarem referendas, quas ea ſuppeditat ad mortalium uſum. Plurimi morbi manent atroces ad varia conſueta arma & media medici, omnia ejus conamina ſæpius ſunt fruſtranea, quum uſus recte & congrue electarum acidularum ſ. thermarum mira poſſit efficere. Sed quæ, qualis, quanta varietas occurrit in mixtione, in partibus conſtituentibus & earum effectibus! & quamnam ſupponunt chemicam cognitionem, niſi medicus in errandi periculo verſetur in iis commendandis. Ægrotus, qui in medico omnem ſuam fiduciam collocat, & vitam ſuam ſolidæ & accuratæ ejus cognitioni ac ſcientiæ, & animi integritati committit, majoris æſtimandus eſt, quam ut ad quasvis promiſcue thermas ablegetur; neque enim probanda eſt ſententia quaſi dictatoria quorundam inexpertorum practicorum, qui nullam non virtutem medicam

cuivis fere ſine diſcrimine aquæ minerali tribuunt, aliorum, utiliorum ſæpe, remediorum ignari. Sæpenumero ægroti opes, ſanitas, vita, in ſummo verſantur periculo male electa thermarum ſpecie.

Sed id non ſemper a Medico requiritur, ut eam eligat, qua primarium ſtudiorum ſuorum objectum, quatenus ei tantum quædam corpora mineralogica ex ea ſcitu ſunt neceſſaria, hancque ob cauſam determinationes ejus eſſentiales in medicina practica reſpiciendas plane negligat, quum ſemper viæ particulares ab univerſalibus omni cura probe ſint diſtinguendæ, ad ſolidam acquirendam ſcientiam medicam.

Nec plane ſterilis, *parumque utilis* cenſenda eſt *petrificatorum cognitio*; conſiderari enim & poſſunt & debent, ut nummi memoriales, naturæ manu depoſiti, in memoriam notabiliorum operationum, in conſtruendo telluris cortice, e quibus tempus & ordo artificii quodammodo dijudicari poteſt, dum alia ſilent momenta. Hi ope genuinæ interpretationis, ſuis locis natalibus de priſtino ſuperficiei ſtatu, de vaſtiſſimo maris imperio, & inſequentibus viciſſitudinibus nos inſtruunt, ſua materia regni mineralis antiquiſſima ſtamina recentioraque diſtinguunt, quæ enim nunquam petrefacta conſtituunt, nunquam incluſa fovent, animalia ſine dubio æque ac vegetabilia ætate ſuperant, figura denique globi noſtri, altiſſimi præſertim maris incolas indicant; id quod varii mineralogi, inprimis cel. *Bergman* quoque contendunt.

Autores *mineralogici ſyſtematici* præcipui,

a) * J. G. *Wallerius* Mineralogie, e ſuevicalingua a *Denſo*. Berlin. 750. 8. prius Holm. 747. 8. & a Paris. gallice. 753. II. 8. c. fig. -- J. G. *Wallerii* ſyſtema mineralogicum. Holmiæ. 772. & 775. II. 8. & germanice cum notis. G. *Leske* Berlin 781. -- *Wallerius* Mineralſyſtem

ſtem in einen Auszug gebracht v. *Hebenſtreit*. Berlin. 783. II. 8. J. G. *Wallerii* Anfangsgründe zur chemiſchen Metallurgie. Lpz. 770. e latina editione.

*) C. *Linnaei* ſyſtema naturæ per tria regna in uno Tomo. Holm. 747. & Lipſ. 748. 8. & dein iterum. Holm. 768. III. 8. Halæ. 770. Tom. 3tius regnum continet minerale. J. L. *Woltersdorf* Mineralſyſtem. Berl. 748. 755. 4. e latina editione.

*) J. F. *Cartheuſer* Elementa mineralogiæ ſyſtematicæ. Frf. 755. 8. H. v. *Juſti* Grundriſs des geſamten Mineralreichs, nach der foſſilien weſentlichen Beſchaffenheit und gemäſſen Zuſammenhang. Götting. 757. 765. 8. -- *) Verſuch einer neuen Mineralogie aus dem Schwediſchen überſ. Coppenh. 760. 8. antea Holm. 758. 8. dein ſub titulo *Cronſteds* Verſuch einer Mineralogie cum notis *Brünnich*. Coppenh. 770. 8. Petersb. 780. 8. & cum notis. A. G. *Werner* germanice. Lpz. 780. 8.

J. G. *Lehmann* Entwurf einer Mineralogie. Berl. 758. 8. & Frfrt. 760. 8. Mineralogie avec un dictionnaire nomenclateur & des tables ſynoptiques par M. Valm. de *Bomare*, a Pariſ. 762. 774. 8. II. german. Dresden. 769. 8. II. --

*) R. A. *Vogel* praktiſches Mineralſyſtem. Lpz. 762. 775. 8. & latine. Berl. 756. J. W. *Baumer* Naturgeſchichte des Mineralreichs. Gotha. 762. 764. II. & latine c. fig. Frfrt. 780. 8. -- *) J. A. *Scopoli* introductio ad hiſtoriam natural. ſiſtens genera lapidum plantarum & animalium. Pragæ. 778. 8. Einleitung zur Kenntniſs und Gebrauch der Foſſilien für Studirende. Riga. 769. latine. Prag. 772. 8. & a *Meidinger* german. Pragæ. 774. 8. Elemens de Mineralogie docimaſtique par Mr. *Sage* a Paris. 772. 8. e gallico cum notis N. G. *Leske*. Lpz. 775. 8. & ejus chemiſche Unterſuchung verſchiedener Mineralien, e gallico a *Schroeder*. cum notis J. *Bekmann*. Gött. 8. Expoſition des mines par M. *Monnet* a Paris. 772. C. P. *Erxleben* Anfangsgr. d. Naturgeſchichte. Gött. 773. de regno minerali quædam continet. J. *Hill*. foſſils arranged according to their obvious characteres. Lond. 771. 8.

*) C. A. *Gerhardts* Beiträge zur Chemie und Geſchichte des Mineralreichs. Berl. 773. 8. II. & ejus Verſuche einer Geſchichte des Mineralreichs. Berlin. 781. II. 8. c. fig. *) J. F. *Gmelin* Einleitung in die Mineralogie. Nrnbrg. 780. 8. ejusque verſio germanica über C. *Linne* ſyſtema naturæ mineralogicum. Nrnbrg. 772. II. 8.

 Tor-

Torber. *Bergmann* ſciagraphia regni mineralis. Lipſ. 782. 8.

Plures *autores* 1) *mineralogicos ſyſtematicos* antiquiores, uti &

2) Autores cognitionem plenariam *librorum mineralogicorum* reſpicientes,

3) *oryctologias* certarum regionum *mineralogicas*,

4) ſcriptores de *materiis ſingulis* mineralibus & mixtis recenſet *Erxleben* in ſeinen Anfangsgr. der Naturgeſchicht. *Gmelin* recenſet quosdam autores ſyſtemat. in ejus verſione ſyſtematis mineralogici, ill. *Linnaei*, & *Baumer* in bibliotheca chymica.

b) Das *Steinreich* ſyſtematiſch entworfen v. E. J. *Walch*. Hall. 762. 764. 8. II. S. *Schroeders* Einleitung vollſtändige in die Kenntniſs und Geſchichte des Steinreichs und der Verſteinerungen. Altenb. 774. 8. II. *Schroeter* Journal für die Litteratur und Kenntniſs der Naturgeſchichte, d. conchylien. und Steinr. Weimar. c. fig. 782. II. 8. *Schmiedel* Vorſtellung einiger merkwürdigen Verſteinerungen. Nrbrg. c. fig. 783. III.

c) *Hiſtoriſche Mineralogie* oder Beſchreibung der Mineralien und Anzeige der Oerter, wo ſie gefunden werden. Bresl. 774. 8. Abbildung der Marmorarten nach der Natur, mit illum. Kupfern. Amſtel. 782. VI. 4.

§. 92.

Phytologia ſ. *Botanica* eſt ea pars *hiſtoriæ naturalis* — terreſtris — propriæ, quæ vegetabilium, & omnium eorum cognitionem tradit, quæ per plantas & in plantis fiunt. Recenſet illa hiſtorice & ſcientifice *vegetabilia*, qua corpora creſcentia, viventia organiſata, nec ſentientia, nec ſe moventia motu arbitrario eandem formam retinentia. In certas claſſes ea collocat, ſufficienter deſcribit & diſtinguit, uti lythologica, ſeu lapidea, ſed in plane peculiari ordine quodam ſyſtematico, certis characteribus, quibus ſemper & ubique a ſe invicem diſcerni poſſunt, quoad variam ſtructuram, conformationem, relationem inter ſe & ad alia corpora, ac quoad utilitatem diverſam, cujus ope fe-

feliciſſime & minimo negotio plantæ cognoſcuntur & in memoria retinentur.

Objecta botanices ſunt omnes plantæ, ſtructura organica inſtructæ, in quorum vaſculis humores & ſucci moventur, quibus eæ nutriuntur, per quodſucci dam tempus creſcunt, floreſcunt, ſemen proferunt, ſui ſimile generant, marceſcunt ac dein decidunt: quæ in terræ ſuperficie progerminant, &, ope radicum ſuarum terræ ipſi affixæ, per radices plurimam nutrimenti partem attrahunt, & ope frondium ac foliorum per poros ex aëre, quæ proprias habent partes generationis, creſcunt & progerminant e ſeminum granulis, quo a lapidibus differunt.

Corpora huc referenda ſunt arbores, plantæ muſci, gummata, reſinæ & aliæ ex iis conſtantes ſubſtantiæ, quæ ſpeciem vitæ continent, motu quodam humorum conſtantem, quo ſeparantur partes eorum nutrientes, magis magisque corriguntur, & naturæ eorum ſimiles redduntur: quæ vim continent, varias partes conſtituentes conjungendi & ex iis iſtas producendi conjunctiones, quas ars noſtris temporibus imitari nequit.

Quum plantarum vero partes conſtituentes, earum forma & habitus valde inter ſe differant, hinc non unius ſunt generis earum diſpoſitiones ad creſcentiam: Ad naturalem hanc earum differentiam plenius perſpiciendam & dignoſcendam, attendendum eſt præcipue ad materias earum eſſentiales, quibus primariæ ipſarum varietates, firmitas naturalis, ac tota creſcendi ratio pendet. Natura rei id quoque confert, ut corporum horum materiæ & partes eſſentiales conſtituentes naturali modo differant, & hinc vegetabilia in certas quasdam facile intelligendas claſſes dividantur; quum ad regio-

nes & locos natales reſpectus quoque habetur, in quo plantæ vivunt.

Pro variis hiſce, quibus corpora conſtant, materiis *univerſa plantarum copia* facile iterum *dividi* poteſt. Hoc reſpectu nimirum plantæ conſiderandæ ſunt, vel qua 1) *Lithophyta*, in mari perpetuo obvia, quibus, ob vim externam in locis eorum natalibus, ſumma durities & firmitas eſt neceſſaria; vel qua

2) *Keratophyta*, in mari quoque contenta, in aqua partim viridia & mollia, poſt exſiccationem vero indureſcentia inſtar cornu, plurimis eorum ſine radice ſeſe affigentibus clypeis & lapidibus; vel qua

3) *Xylophyta*, in initio mollibus fibris & vaſculis, mox ſe mutantibus in dura & ſolida, magis vel minus compoſita, ordinarie conjuncta, & inter ſe complicata faſcicula fibrarum, cum variis cæterum cellulis, tunicis, & mollibus canalibus ſuccoſis permixta & circumdata, pro conditione ſucci, in iis moti, vel reſinoſa, vel fluida; ob vaſa ſua vel ampla vel anguſta, varia exhibent genera lignorum vel mollia vel dura.

Hæc claſſis ejusmodi comprehendit plantas, quæ in toto terrarum orbe, in variis terræ conditionibus creſcunt, & hinc pro magnitudine, unitate, & multitudine trunci, dividuntur in arbores, frutices & ſuffrutices; vel qua

4) *Stramina*, alias culmiferas plantas continentia; culmum, cavum vel plenum continentia articulis ſuis ſ. nodis diſtinctis, uti noſtra frumenta, arundines; vel qua

5) *Coriacea vegetabilia*, e variis conſtantia fungis terreis & arboreis, e plantis membranaceo cortici ſimilibus, uti in Pulmonaria, Lichenibus; vel

6) qua

6) qua *Piloſæ* plantæ, quales ſunt diverſi generis muſci & lichenes; vel qua

7) *Plantæ & molli - & tenui - foliæ* ſ. *Herbaceæ*, quarum ſubſtantiæ in caulibus & foliis magis ſunt molles & ſucculenti, quam in præcedentibus valde copioſis, quæ olim unicum objectum conſtituebant botanices ſtricto ſenſu; vel qua

8) *Gelatinòſa vegetabilia*, hactenus nondum plane cognita, uti in plantis quibusdam marinis, & in algis.

Præter haſce claſſificationes jam dudum ill. Eques a *Linne*, nec non alii botanici, operam ſibi dederunt, ut in plantis naturam, ordinem & diviſionem manifeſtam retinerent, & hoc fine eas, quoad ſtructuram & organiſationem, creſcentiam ac propagationem, diverſimode inſtruxerunt. Hoc fine refert etiam Vir Summus omnes plantas notas, pro naturali ſimilitudine, ad haſce ſequentes familias ſ. ordines præcipuos, ad *fungos*, *algas*, *muſcos*, *filices*, *gramina*, *palmas*, & *proprias plantas*. Quatuor primas familias reducit in ultimam ſuam vegetabilium claſſem, ignotis generibus, quibus *palmas* addit. *Gramina* quoad maximam partem ad proprias retulit plantas, ad eam quidem claſſem, ad quam referendæ ſunt quoad floreſcentiæ ſtatum. Verum præter naturales haſce diviſiones aliæ quoque ſubinde & artificiales conditæ ſunt. Non recentiori tantum tempore, ſed antiquioribus etiam temporibus ſolliciti erant botanici circa diviſionem & perantiquam plantarum ordinationem, in arbores, frutices, ſuffrutices, herbas. Varii jam botanici inveſtigarunt in plantis characteres aptos, faciles, perpetuos, ad eas in certos redigendos ordines. Fuerunt, qui deſumerent ejusmodi characteres a fructu ejusque partibus, alii a ſtructura florum, numero & for-

forma foliorum, iterum alii a calice, a foliis &c; cel. *Linnæus* deſumſit eas a partibus generationis in floribus, & ab orta hinc varietate florum ipſorum.

Varia in plantis conſideranda, & inquirenda occurrunt, æque hinc commode poteſt *phytologia* dividi, in *theoreticam*, ſ. *philoſophicam*, in *practicam* ſ. *applicatam*.

§. 93.

I) In *Phytologia theoretica* ſ. pura fundamentali, ſ. in philoſophia botanica, in phyſicali plantarum iſta hiſtorica cognitione, in qua plantæ omnes & ſingulæ notis talibus, quæ ſenſibus patent, diſtingui & diſtinctæ facile agnoſci poſſunt, penſitatur inprimis,

1) *Hiſtorice* univerſalis plantarum cognitio, ſecundum ſtructuram & conditiones partium illarum eſſentialium conſtituentium, ope *phytotomiæ* detegendarum, ſingulis terminis technicis denominandarum ad terminologiam botanicam. Occurrunt videlicet in quavis planta partes quædam organicæ ſpectantes, a) ad *vitam* ejus, i. e. ad ejus nutritionem, incrementa, conſervationem, & ad varias mutationes, quæ fiunt ope radicum, trunci, foliorum, & fulcrorum; quædam vero b) ad ejus multiplicationem ſ. generationem ſui ſimilis, quod fit ope infloreſcentiæ & fructificationis.

2) *Omnium* harum *partium* conſtituentium in plantis, *functiones*, varii *uſus*, & cauſæ vitæ deſcribuntur heic quoque ac determinantur, e phyſiologia phytologica, & chemia applicata phytologica deſumtæ; nec non diverſæ earum modificationes & organiſationes hoc loco conſiderantur; quomodo plantarum *vires*, tam motrices internæ eſſentiales, quam externæ adventitiæ agant, ope phyſicæ appli-

plicatæ phytologicæ ſe manifeſtantes; quomodo
partes tam *firmiores*, quam *fluidæ* in corpore plan-
tarum *agant*, quibus ſub cauſis ac conditionibus
functiones ſuas exſerant. Diſpicitur porro, quam
varias conditiones habeat *materia plantam nutriens*;
memoratu dignus eſt e. g. motus humorum, per
quos materia nutriens per omnes plantæ partes
producitur; attentione dignæ ſunt præcipuæ mu-
tationes & præparationes, in plantæ progreſſu;
virtutis vitalis conditio, motui humorum & omni-
bus functionibus inſerviens; determinatæ *formatio-
nis* cauſæ, & ſtructuræ, cur formatio plantarum
ſemper tam accurate, tam determinate & in tam
æqualibus generibus ſemper ſit tam æqualis, eo-
dem modo, ac ante centum annos: vitalitas, ir-
ritabilitas, ſenſibilitas. Omnes enim hæ partes,
pro variis earum circumſtantiis, collectæ efficiunt
proprie habitum plantæ, & relationem unius plan-
tæ ad aliam. Referuntur hinc ſimul ad conſide-
rationem habitus plantarum affinium & congene-
rum placentatio, radicatio, ramificatio, fruteſcen-
tia & accreſcentia in truncum & ramos, intorſio,
gemmatio, foliatio, ſtipulatio, pubeſcentia, glan-
dulatio, lacteſcentia, infloreſcentia. *Variatio* por-
ro *plantæ* ſpectatur hoc loco ratione coloris, ma-
gnitudinis, pubeſcentiæ, ætatis, ſtatus plantæ mor-
boſi: quorum omnium conditiones, cauſæ, cir-
cumſtantiæ accurate heic determinantur, quibus
partes inter ſe comparantur, dijudicantur, in qua-
nam connexione plantæ inter ſe habeant relatio-
nem, & quomodo characteres exhibeant ad va-
rias plantarum diviſiones, ſ. diſpoſitiones.

3) Opportune hinc in hac *botanices* parte de-
terminatur ſimul *Claſſificatio plantarum*; *Syſtemata*
varia botanica disquirit ea, præſtantiora ex iis
commendat, quibus plantæ ſecundum characteres
ſuos

ſuos eſſentiales accurate examinari, notari, dignoſci, & cum aliis in connexione accurate deſcribi, nec non reduci poſſunt ad congruam ſyſtematicam diviſionem in claſſes, ordines, genera & ſpecies.

4) Recenſentur, dijudicantur ex hac parte in ea quoque *Bibliothecæ* non ſolum *variæ botanicæ*, ſed *Scriptores & auctores* quoque diverſi, qui ſyſtemata, methodos varias naturales & artificiales tradiderunt, & quænam ex tanta iſtarum diverſitate ſint eligendæ. Deſcribit illa auctores, quibus debemus botanicas inſtitutiones, ſyſtemata generum, definitiones, catalogos plantarum generales additis ſynonymis; hiſtorias plantarum generales, patres, inventores, collectores, flores quoque deſcribit & hortos certarum regionum; deſcriptiones continet ſingularum claſſium, familiarum, ſpecierum; itineraria diverſarum regionum; iconographos tabulis ligneis, æneis, pictis.

Facta diſpoſitione plantarum, nomina tum imponenda ſunt plantis. Hinc

5) circa *accuratam plantarum quoque Denominationem* verſatur *Botanica theoretica*; & non ſolum circa hanc, ſed

6) circa *Differentias denominationum*, genericas, ſpecificas, circa ſynonyma earum, origines, etymologias, cauſas; ob diverſas conditiones, qualitates, varietates, in plantis ſæpius occurrentes.

7) *Phytographiæ* requiruntur ſ. deſcriptiones plantarum, perfectæ, accuratæ, compendioſe tamen, characteribus plantarum conformes, earumque partes omnes externas fideliter exprimentes, vel ad icones optimos, vel ad exemplaria plantarum naturalia. Quæ igitur quomodo, quo ordine, qui-

quibus reſpectibus inſtituendæ ſint, & ab aliis botanicis jam inſtitutæ ſint, pariter docet *botanica theoretica.*

8) *Adumbrationes* eadem ſuppeditat quoque de *plantarum locis natalibus* ratione regionum, climatum, ſoli terrarum; ratione modi & temporis vigendi, terminandi, germinandi, efflorescendi, vigilandi, fructeſcendi, calendarii, horologii, diverſæ durationis, defoliationis, marceſcentiæ.

9) Verſatur ea quoque circa *univerſales Qualitates* & *Vires* plantarum varias, obſervato ſapore, odore, colore, & loco; earumque diverſis metamorphoſibus.

10) Inſtruit quoque tyronem hæc pars botanices de *omnibus Characteribus botanicis* ac *neceſſariis Requiſitis* ad *addiſcendam* & *excolendam botanicam*; ad rite inveſtigandas, colligendas, aſſervandas, ordinandas, plantas variæ ditionis; herbationes, peregrinationes inſtituendas; herbaria comparanda; hortos botanicos & culturas diverſarum plantarum congrue conſtruendas; & tam varias plantas congruo modo propagandas. In botanica fundamentali eſt quævis planta, etiam minima, & a multis contemta, magni & æqualis momenti. Cupiditas nimia, exoticas tantum plantas ſibi notas reddendi, æque impedit progreſſum ſtudii botanici, ac ſi medici juniores, antequam bene perſpectum habent curſum morborum vulgarium, tantum rariores morborum ſibi hiſtorias notas reddunt.

II) In *Phytologia practica* ſ. *applicata* ſpeciatim quævis planta botanice inveſtigatur quoad totum ejus habitum; ad ſyſtema quoddam receptum determinatur congrua claſſis, ordo, genus,

ſpe-

ſpecies, varietas, & reliqua ſpeciatim applicantur momenta in ſingulis plantis, de quibus in *Phytologia theoretica* præcipue ſermo erat generaliter: additis ſimul cujusvis plantæ variis qualitatibus, viribus, noxa ac uſu tam medico, quam œconomico; ejusque præparatis, diverſimode ſe exſerentibus, ad ignes artificiales, ad tegumenta, ad umbras & voluptates in hortis, ad defendenda prædia, ad aquarum injurias, noxasque avertendas; ad ædificia exſtruenda, ad varii generis vaſa, machinas, inſtrumenta neceſſaria, ad artificum, opificumque uſum ampliſſimum, & quæ ſunt alia.

Quam ob cauſam ſubdividitur iterum *Phytologia applicata* a) in *univerſalem*, in qua omnes & ſingulæ plantæ conſiderantur; in b) *particularem medicam*, in qua ſermo eſt ſpeciatim de plantis medicis officinalibus, in materia medica ſic dicta; & c) in *particularem oeconomicam*, in qua *oeconomicæ* plantæ botanice inveſtigantur in œconomica materia; quæ iterum ſubdividuntur in tot partes principales, ac exiſtunt claſſes primariæ de commodis variis, ad quæ plantæ adhibentur, ut ſunt plantæ culinares, alimentares, tinctoriæ, coriariæ, foreſtales &c.

Hæc *claſſis botanices applicatæ* nota reddit nobis ulteriora commoda ex plantis percipienda, præter illa, quæ e theoretica deſumuntur.

§. 94.

Uſus vegetabilium eſt multiplex;

I) *Oeconomicus*, quoad a) victus neceſſitatem & oblectamenta, b) quoad amictus pariter neceſſitatem & ornamenta, c) quoad aliæ vitæ privatæ & communis commoda,

II)

II) *Medicus* a) ad ſanitatem conſervandam æque ac b) amiſſam recuperandam. Syſtematicus igitur *uſus* botanices longe amplior eſt, quam qui breviter poſſit ſatis recenſeri.

Quædam genera *Algarum* generant primam terram in ſiccis clypeis, ut dein aliæ plantæ in iis creſcere poſſint, ſic muſci mutant paludes in regiones ſiccas, obtegunt teneras plantas & radices adverſus injurias intenſi caloris & vehementis frigoris illis noxii. *Gramina* & *herbæ* nutriunt innumeras plantas, arbores; adumbrant plantas ſub umbra ipſarum creſcentes humiliores, defendunt eas a ventis noxiis, reficiunt eas & recreant exhalationibus ſuis, augent quaſi per frondes ſuas numerum plantarum, producunt fructus carnoſos; obtegunt hyemali tempore terram foliis ſuis. Homo inprimis applicat multiplicia vegetabilia, varia præparatione ad cibum & potum, ad remedia varii generis utilia, & ad complures fines œconomicos: non totas tantum plantas, ſed ſingulas earum quoque partes, tam radices, truncos, ligna, reſinoſas ſubſtantias, quam folia, flores, fructus.

Quanti itaque *momenti* ſit *ſtudium botanices* facile ex paucis hiſce momentis poteſt perſpici. Cum plantæ a creatore beneficentiſſimo & omnipotente non ſolum homini & brutis ad comparandum neceſſarium nutrimentum, ad obtinenda varia vitæ humanæ commoda, ſed ad remedia quoque & hominibus & animalibus tam proficua adplicanda deſtinata ſint, & inſerviant; cum plantæ quamplurimæ animalibus quibusdam & avibus, uti *ſpecifica*, & remedia propria adverſus hunc illumve morbum adhibeantur, magni omnino intereſt, accuratiorem earum acquirere cognitionem ad iſtum ex iis uſum eliciendum, ad quem natura eas deſtinavit: ut jam hic

hic dicam de iſto inſigni botanices commodo, quod præcipuam efficit partem cognitionis naturæ, quodque vivum quaſi ſpeculum ſiſtit, quod admiratione prorſus digniſſimos repræſentat infinitæ ſapientiæ, bonitatis & potentiæ divinæ effectus, & in tot plantarum generibus innumera nobis offert divitiarum & gloriæ Dei ſpecimina. Ambitus commodorum a plantis in nos proficiſcentium eſt infinitus, & quam late ſe hic extendit, æque late patet *ſtudii botanici neceſſitas.*

Botanica inter *oblectamenta ſtudii medici* a quibusdam refertur, & multi arbitrantur non æque utilem eſſe illam ac gratam. Accuratius vero qui perpendunt, alimenta, medicamenta, & venena præcipua e regno plantarum repeti, easque igitur *medico ſcitu neceſſarias* eſſe; quique non in medicina tantum, ſed in œconomia quoque, & manuariis artibus botanicæ uſum cognoſcunt, ii neglectum rei herbariæ in ipſo vitæ uſu, qui varias doctrinas ad commoda publica transfert, ſimul attendunt, & damna, quæ inde manant ſuo conſilio avertere allaborant. *Studium botanices ſyſtematicum* eſt *medicis plane neceſſarium*; eorum itaque eſt, plantas ſibi notas reddere, ita ut pleniori certitudine eas diſtinguendi facultate polleant, ad autores materiæ medicæ, praxeos, toxicologiæ eo plenius intelligendos. Botanica ſyſtematica aſſervat ad poſteros cognitionem accuratam præſtantiſſimorum remediorum, in medicinam introductorum, & liberat nos ab inſcitia iſta, quæ proavorum noſtrorum temporibus gravis incubuit.

Quam inextricabilia dubia, ex mancis & ſuperficiariis illorum deſcriptionibus nobis exorta ſint; quam varios characteres a radicis aut foliorum forma, ſapore aut loco natali tantum deſumſerint, qui ſæ-

ſæpe non tantum uni plantæ competebant, teſtantur eorum deſcriptiones botanicæ. Cel. *Linnæus* hanc in rem, more ſuo nervoſe & eleganter, ita mentem ſuam exprimit in editis ab ipſo ſpeciebus plantarum. „Notitia plantarum conſtabat quondam nominibus arbitrariis, memoriæ tabulæ infixis, quam vacillantem icones illuſtrabant; ſyſtematicorum ſapientia indagavit ordinem, qui memoriæ ſuccurreret, & ſcientiam ſolidis fundamentis inædificaret.

Cuinam ſcientiæ debemus adeo inſignes & accuratas cognitiones plantarum tam indigenarum quam exoticarum? Nonne erat mera botanica, cujus ope, ſi non plenarie, partim tamen nos nunc facile poſſumus eſſe immunes a periculo frequentis ſæpenumero mangoniſationis pharmacopæorum & materialiſtarum, aliorumque in plantis officinalibus tam ex inſcitia, quam ex propoſito factæ? Nonne erat botanica ſcientia, quæ nobis nota reddebat iſta corpora, quæ jam præparata a multis inde ſæculis in officinis noſtris exſtabant, quæ jam dudum adhibuimus, qua remedia efficaciſſima, de quibus vero proavis ne regnum quidem certo notum erat, ad quod referenda eſſent.

Nonne ad nova inventa quamplurima ea opportunitatem aperuit? Quænam duxtrix potuit eſſe ſecurior quam iſta. Quam varia nova remedia efficacia, chemiæ quoque ope, introduxit ea loco complurium minus efficacium, quæ ſolo antiquitatis præjudicio interea introducta erant, & in quot partim incognitis, partim pro noxiis habitis plantis detexit veſtigia remediorum efficaciſſimorum, id quod ſufficienter teſtantur omnes recentiori ævo in lucem editæ materiæ medicæ.

Quin in his ipſis quoque, quæ propria noſtra patria fert, uti in exoticis plantis, credi vix poteſt, quam incerta maneat medicamentorum vis, quæ absque vera herbariæ ſcientiæ cognitione pharmacopoliis noſtris inferuntur, quod exempla haud pauca facile poſſent illuſtrare.

Quis ſine ſtupore & indignatione aſpicere poterit, quantæ hæſitationes, quanta audacia, quanti errores Medicorum & Pharmacopæorum ſæculi e. g. decimi ſexti, in determinandis & ex diſpenſatorio recipiendis plantis occurrant, quorum ſi cui legere volupe eſt, multa quis exempla, ſed longe non omnia allegata reperiet in Ill. *Halleri* oratione de botanices utilitate. In tanta enim incertitudine de plantarum officinalium permutatione, quam ludatur cum hominum coriis, facile quivis perſpiciet. Neque enim ſemper felici errore veræ & genuinæ plantæ talis ſubſtituitur, quæ deinde earundem eſſe virium reperitur, uti e. g. *Roſenſtein* in tractatu de morbis infantum refert e. g. *Vaccinium vitem idæam*, ex Hercynia ſylva Halam Saxonum, *loco Arbuti uvæ urſi* miſſam fuiſſe, quæ plantæ certo adeo ſibi ſunt ſimiles, ut vix niſi a botanico cum certitudine dignoſci queant. Nec ſemper accidit, ut exiguarum virtutum ſtirpes, haud magno aut nullo ægrotantium detrimento, licet & hoc abeſſe debeat, invicem permutentur; uti pharmacopæum aliquem Tragopogon loco Scorzoneræ; Nepetam loco Calaminthæ coemiſſe *Rivinus* docet; & Gallii veri radicem loco Rubiæ tinctorum aſſumtam refert *Alberti*; ſed fieri poteſt, ut graviores adhuc errores in efficacioribus plantis, quibus aut inertes, aut oppido noxiæ, aut contrariarum virium ſubrogari ſolent, committantur.

Quis

Quis enim Botanicus ignorat, quam variæ plantæ, Chryſantemi, Matricariæ, Anthemidis, Cotulæ ſpecies ſub Chamomillæ nomine pharmacopoliis inferantur? Quem theæ fata latent, cujus ſub nomine tot aliæ, plane alienæ ſtirpes ante Kæmpferi tempora europæis oblatæ ſunt? Quem fugit, quid celebratiſſimæ *Stoerkii* cicutæ, ſ. conio L. apud botanicos ignaros acciderit, cui modo inertiores Chærophylli L. ſpecies, modo Cicuta viroſa L., quæ & Wepferiana cicuta eſt, modo neſcio quæ umbelliferæ ſubſtitutæ ſunt? Solani nigri, Papidis quadrifoliæ & Atropæ belladonnæ, ſæpe invicem permutantur, licet viribus toto cœlo diſſideant. Qua ratione ex plurimis exemplis ſimilibus poſſet ulterius demonſtrari, quam neceſſaria ſit Medico accurata plantarum cognitio, inprimis plantarum officinalium: quum Botanicæ noſtris temporibus, faciliorem multo & certiorem quoque quam priſcis viam ſuppeditet, ex paucarum vulgatiorum ſtirpium inſpectione, ſtructuram & partes plantæ cujusvis antea nec viſæ, nec auditæ, ſtatim agnoſcendi proprio marte exartis principiis, ut dein iſtius plantæ vel jam dictæ vel deſcriptæ, l. pictæ, etiam virtutes, eo facilius & tutius poſſint evolvi.

Cum olim ne *unica* quidem *plantula poſſet addiſci*, niſi magiſtro adſtante coram exhibente & nomen docente, nunc mutata rerum facie inter decem fere ſpecierum adhuc cognitarum millia, quælibet reperiri ſponte diſcique poteſt, quin nunquam viſa adeo accurate characteribus exprimi, ut prima vice occurrens ſtatim agnoſci, & ſi infida ſit memoria, exiguæ molis compendium quod quis conſulet, tollere ſtatim omnia dubia valeat.

Cum hoc cohæret aliud haud minus *commodum*, quo *Botanica* ſe commendat, ubi officinalium & uſu receptorum medicamentorum loco, alia adhibenda ſunt, quæ ſuccedanea vulgo habentur: ſic in alias thermas delatis novis & ignotis remediis adſueſcendum eſt, accidit quoque ſæpius, ut vel ægrotus a certo quodam medicamento abhorreat, aut id, quo maxime nunc opus eſt, in promtu non ſit, quo caſu multum intereſt analogas noſſe ſeligere.

Quanto magis vero *Medico incumbit*, *venenatas* omnes *herbas* accurate *diſtinguere*, a quibus ut ſibi caveant, agricolæ præſertim eorumque pueri non ſatis poſſunt moneri. Solent multi vulgo eatenus herbariæ rei honorem habere, ut ſatis ſe feciſſe putent, ſi officinales plantas ex habitu, empiricorum more notas ſibi fecerint. At vero quantum diſtet Cicuta a Dauco, Paſtinaca & Apio, quantum Daturæ capſulæ a Caſtaneis, quantum Belladonnæ exitiales baccæ a baccis ſalubribus differant, nonne æque Medici eſt ſumma cum attentione diſtinguere, licet officinas hæ plantæ non ingrediantur? Quid de fungis dicam a quo ancipiti cibo optandum eſt, ut nemo non tutius plane abſtineat? Quemnam magis pernicioſa eorum genera internoſcere debet quam Medicum; & nonne contemtum medico parit, mulierculis & coquis majorem ſæpe ejusmodi rerum peritiam ineſſe, quam iis, quorum ſcientiæ & curæ hominum ſalus commiſſa eſt. Periculo non caret, hac in re, ſi quis non ex aliis characteribus, quam habitu & externa facie judicium fert; Botanici, vero judicium certis nititur criteriis, & caracteribus.

Uti in *medicina interna*, ſic in *externa* non exiguum edere poteſt *fructum botanices ſtudium*. Quam facile e.g. fieri poteſt, ut in inſigni pugnæ tumultu, ab omnibus remediis ſubito privatum ſe videat chirurgicam

eam ſcientiam ſimul exercens, quibus miſero ſuo proximo ſuccumbere potuiſſet, jam contingere poteſt, ut in remota forſitan foſſa, in qua vulneratus ſuccumbit, valde proficuas & efficaces plantas inveniat ac inveſtigare poſſit, quæ viribus & qualitatibus ſuis eximiis vires in pugna amiſſas reſtituere poſſent, doloresque lenire omni reliquo auxilio privati, vulnerati. Quantopere tum expedit Botanico, ſi iſtam, in medicina ſua chirurgica, adeo proficuam plantam, vel ejus loco aliam, æque eximiam ipſe congrue inveſtigare poteſt, & quam inſigne augmentum hac ratione accedit ſcientiæ medicæ!

§. 95.

Neque tamen ob *uſus* tantum *medicos*, ut *optima pharmaca*, ex *vegetabilibus* indigenis & exoticis depromta eo accuratius cognoſcamus, & *venena* in iis ſæpe latentia vitemus, accuratior *botanices* tractatio inculcanda & commendanda eſt, ſed & ob ejus *uſum inſignem* in *Oeconomia*. Aucta enim incolarum in noſtris provinciis multitudo, qui ex animalibus non ſolum bene nutritis, ſed inprimis quoque e vegetabilibus neceſſaria petunt alimenta, cum ab his hominum & multorum animantium brutorum conſervatio unice pendeat, conſiderationem multarum plantarum & culturam earundem exigit. Cerealia & alia farinacea ſemina, olera & ſucculentæ plantarum partes in radicibus, foliis cet. pulpoſa caro fructuum horreorum, non tantum hominibus proſunt, ſed quam plurimis aliis creaturis nutrimento inſerviunt. Segetes, prata, paſcua, ſylvæ & horti ubique plantis ſylveſtribus & cultis abundant, venenatæ & animalibus brutis ſæpe noxiæ, bonis & ad nutritionem aptis immiſcentur, ad quæ omnia ab iis, qui

qui ſtudium œconomicum colunt, & ab iis, qui ſanitati humanæ proſunt, accurate attendendum eſt congruis cautelis botanicis.

Nonne larga frugum meſſis fortunatum efficit quam maxime agricolam? Quo plus frumenti ille colligit, eo eſt felicior; & cuinam hominum claſſi magis curæ cordique erat hoc augmentum, quam botanicis: nonne iſti innumera inſtituere experimenta: nonne iſti in regionibus remotiſſimis frumentorum varia genera inveſtigarunt, quæ quam maxime ſe multiplicarent, & experimentis accuratis regulas determinarunt, quibus ſeminum degenerationes in noſtris regionibus ſint evitandæ. Sic e. g. docuerunt ope contemtæ radicis graminis, incultas regiones, in amœnos hortos & loca culta transmutare: ſic oſtenderunt, hortulanos quoque meliorem culturam plantarum hortenſium varia transplantatione, pomorum propagationem ope gemmarum. Sic melior ſylvarum cura ejus ope adhibetur: genera quoque graminum ea adjutrice melius inquirebantur; mox reperiebatur, non opus eſſe ex Anglia trifolium deſcribi, quum ubique in noſtris creſcat regionibus, & quæ ſunt alia. Verum non omnis uſus botanicus in republica his abſolvitur, præterea enim opificiia & artes fere omnes ex vegetabili petunt regno, nec, niſi ad differentias plantarum, fabricam partium internam, & culturæ rationem ſimul attendatur, recte exerceri poſſunt. Quot ſunt opiſicia, quæ ligna arborum elaborant? ne dicam de architectura civili, præcipue navali, in qua lignorum bonitas quam maxime dijudicanda eſt; ipſa utenſilia domeſtica quoad maximam partem ex ligno fabrefacta ſunt: in quibus omnibus rite conſtruendis & adaptandis operarii melius procedunt, ſi, licet ad cognitionem univerſi & ampliſſimi campi botanici eos adduci nec tempus nec eorum

con-

conditio patiatur, de differentiis tamen arborum & fruticum externis, de circulis concentricis, ex incremento annuo exortis, de hyberno & æſtivo ſtatu arborum & aliis ad lignorum indolem pertinentibus rebus, à viris ampliorem & penitiorem botanicæ tam theoreticæ, quam practicæ notitiam aſſecutis probe inſtruantur.

Idem judicium ferendum eſt de arte tinctoria, quæ, etſi quam maxime ex operationibus chemicis dijudicatur, nunquam tamen principiis ſatis certis nititur & ſucceſſu ſatis felici tractatur, niſi plantæ earumque partes, quæ ad tingenda corpora adhibentur, rite cognoſcantur & accurate colligantur; quæ uti alia plura, e phyſica patentia conſideratione, ſæpius in his & aliis artibus non ſine ipſarum damno negliguntur. Juſto longius profecto extendendum foret tractationis hujus filum, ſi omnes res, in quibus opifici plantæ, earumque partes præcipue utiles ſunt, perquirere, & quatenus in iis elaborandis & indoles nativa, quæ in botanica docetur, & culturæ ratio ſpectanda eſt, heic plene enumerare vellem: ea, quæ hactenus adduxi, *uſum inſignem cognitionis* naturæ *vegetabilium* in operibus artis ſufficienter confirmant. Ex his itaque ſatis ſuperque apparet, *genuinam plantarum cognitionem*, non tantum in *commodum medicinæ*, ſed *oeconomiæ* quoque aliarumque artium vergere poſſe, easque omnes non recte coli, niſi ad hiſtorico-phyſicam conſiderationem vegetabilium, quam initia ſtudii botanici tradunt, animus convertatur. Non color modo & elegans fabrica oculos, non tantum odor amœnus nares allicit, non ſolum ſapor gratus radicum, foliorum & fructuum, linguam blande afficit, non ſola ſuccorum ubertas, in plantis cultis conſpicua, corpus reficit & nutrit; omnes, quas ſummus naturæ auctor in uni-

verſo diſpoſuit, plantæ noſtris laboribus inveſtigandæ, præparandæ & ad meliorem uſum aptandæ ſunt, quod profecto ſine recta earum cognitione, quam ſolum botanices ſtudium ſuppeditat, fieri nequit.

Medicinæ cultori inprimis, quantum curæ cordique eſſe debeat ſtudium phytologiæ ſolidum & theoreticæ & applicatæ præcipue medicæ, (quatenus in materiam medicam externam & internam, inſignem adeo habet influxum,) ac quantum tempus & occaſio permittit; ſatis ſuperque illuceſcit ex antea jam dictis, ut ulteriori ejus commendatione opus non ſit.

a) *Autores* præcipui *botanices elementaris*, jam in §o antecedente recenſiti ſunt, alios adhuc vid. in Erxleben Naturgeſchichte p. 373.

b) *Methodici autores* botanici ſunt ſequentes fere: Car. a *Linnaei* claſſes plantarum. Lugd. Batav. 738. Halæ 747. 8. *) *ejus genera plantarum.* Lugd. Batav. 737. Holm. 764. Viennæ 767. II. & a D. *Reichart* auctæ recuſ. Frfrt. 778. 8.

*) Ejusdem *ſpecies plantarum.* Holm. 735. 762. Viennæ 767. II & 8. & pariter a D. *Reichart* auctæ edit. Frfrt. 779. 8. IV. ſub titulo Syſtema plantarum ſecundum claſſes, ordines, genera, ſpecies. v. *Linnee* vollſtändiges Pflanzenſyſtem nach der XIII lateiniſchen Ausgabe, und dem holländiſchen *Hottuiniſchen* Werk, überſ. Nrbg. 782. c. fig. IX. 8. Car. a *Linne* ſyſtema naturæ Edit. XII. Holm. 740. & 766. Halæ 760. II. 8. Vindobon. 760. 8. T. I. plantas continet: & a *Murray* auctum editum. Gött. 774. 8. v. *Linne* Gattungen der Pflanzen ad 6tam Edit. verſio a J. *Planer.* Gota. 775. II. Plurima ſcripta cebebr. a *Linne* inprimis botanica allegata videas in ejus vitæ curriculo & bibliothec. botan. & in *Erxleben* Anfangsgr. der Naturgeſch. j. cit. *Linnaei* fundamenta agroſtographiæ ſ. *graminum* diſſert. inſerta in ejus Amœnit. acad. vol. VII. Holmiæ 769. 8. *Linnaei* filii methodus muſcorum illuſtrata. c. fig. Upſal. Lipſ. 783. 8. J. G. *Gleditſch* methodus fungorum. Berolin. 753. 8.

Ver-

Verſuch einer teutſchen Namenklatur, der Linneiſchen Gattungen zur Ueberſezung der generum plantarum. Erfurt. 771. 8.

*) J. C. *Schaeffers* erleichterte Arzneywiſſenſchaft. Regensb. 759. 8. 4. & ejus botanica expeditior. Ratisb. 760. 8. J. G. *Gleditſch* ſyſtema plantarum. Berol. 764. 8. J. *Hedwig* fundam. hiſtor. natur. muſcorum frondoſorum, eorum flores, fructus, ſeminalem propagationem, genera, methodice. Lipſ. 782. II. J. N. *Cranz* inſtitut. rei herbariæ. Viennæ 760. II.

*) C. F. *Dieterich* Pflanzenreich nach dem Linne. Erf. 770. II. 8. Plures autores, qui ſyſtemata artificialia & naturalia ediderunt, recenſet *Murray* in ſua Enumerat. librorum præcip. medicor. Lipſ. 773. 8.

c) Reliquos *autores botanices* præcipuos, qui ediderunt *botanicas bibliothecas*, hiſtoriam botanices, claſſes plantarum, ſeu familias quasdam ſpeciatim deſcripſerunt; & deſignationes ſtirpium europæarum principaliores; hortos botanicos; varias alias obſervationes novas botanicas in plantis novis & raris; icones pretioſiſſimas in propriis operibus; tam de exoticis ſtirpibus, quam de indigenis; regionum quarundam floras, e diverſis terræ regionibus; hortorum deſcriptiones; lexica quoque botanica; de applicata botanica ad œconomiam varia ſcripta; allegata reperies a cel. *Murray* in enumerat. libror. medici argumenti. jam cit. & *Erxleben* in ſeiner Naturgeſchichte. jam cit. nec non in biblioth. botan. Halleriana.

d) *Uſum botanices commendarunt* F. J. *Helg* in diſſert. de botanices ſyſtemat. in medicina utilitate. Argentor. 770. 4. C. A. *Meier* Abhandl. von dem Nuzen der ſyſtematiſchen Botanic in der Arzney - und Haushaltungskunſt. Greifsw. 772. 4.

E. G. *Baldinger* über das Studium der Botanic und deren Erlernung. Jena 770. 4. C. *Hiller* diſſ. præſide G. F. *Sigwart* de vegetabilium ulteriore indagine ejusdemque neceſſitate & uſu. Tubing. 769. 4. C. G. *Ludwig* tract. de rei herbariæ ſtudio & uſu. Lipſ. 768. 4.

§. 96.

Zoologia eam partem hiſtoriæ naturalis - terreſtris - propriæ comprehendit, quæ animalium cognitionem tradit pleniorem, omniumque eorum,

quæ per animalia & in animalibus fiunt. Agit igitur de omnibus iſtis corporibus, quæ vivunt, creſcunt, ſentiunt, ſe arbitrarie movent, ac agunt, motu poſſibili ſingulisque prædita ſunt organis, ſenſus ſuos adhibent, ſui ſimilia producunt, propagationem ſuam ſemper curant, alimenta ſua per os in ventriculum redigunt, extractum nutriens ſeparant & nutritioni adhibent; quæ uti plantæ, ſub certis cautelis, enarrantur, claſſificantur, deſcribuntur in peculiari ordine ſyſtematico, determinatis characteribus ſemper abs ſe invicem diſtinctis, reſpectu diverſæ ſtructuræ, conformationis, relationis & utilitatis.

Zoologia continet deſcriptionem omnium hactenus notorum animalium, ſecundum ipſorum ſtructuram, habitum, nutritionem, & vitæ genus. Animalia hæc ſummus creator, uti vegetabilia ad certas claſſes, ordines, familias, genera formavit, & cuivis ſpeciei propriam ſuam ſtructuram, vitæ genus, nutritionem & inclinationem tribuit, ſemper conſtantem ſine ulla degeneratione. Hæc pars hiſtoriæ naturalis terreſtris inquirit præcipue haſce varias claſſes, ordines & genera animalium, operam adhibet ad ea accurate inveſtiganda ac deſcribenda, conſiderat primum characteres proprios claſſium; & cujusvis claſſis familias præcipuas, quas ex ſpecialibus quibusdam characteribus cognoſcit; ab hiſce tranſit ad ſpeciales familias animalium, ad genera, in quibus cujusvis ſtructuram, magnitudinem, vitæ genus, & inclinationem diſtincte deſcribit. Tam diverſi reſpectus, claſſificationes, & inſignis adeo animalium copia, anſam heic quoque exhibent diviſionis in *Zoologiam theoreticam* & *applicatam.*

I) *Zoologia theoretica* verſatur inprimis generaliter hiſtorice 1) circa *Denominationem* accuratam,

ac

ac cognitionem univerſæ ſtructuræ, & partium eſſentialium conſtituentium, ope *Zootomiæ* determinandarum, ſingularibus terminis technicis ſecundum *Terminologiam Zootomicam*, e quibus quædam partes organicæ aliquid conferunt ad conſervandam vitam, nutritionem, creſcentiam, conſervationem, variasque mutationes, quædam vero ad multiplicationem ſ. generationem ſui ſimilis;

2) Circa *Uſum* & *functiones ſingularum harum partium* tam ſolidarum, quam fluidarum, ope *Phyſiologiæ Zoologicæ* inveſtigandarum, & circa varias earum modificationes, organiſationes, actiones, porro circa *Vires motrices* internas eſſentiales & externas adventitias, ſub diverſis cauſis & conditionibus, & in materia quoque nutriente, & humorum motus ac circa mutationes & præparationes; varias animali progreſſui inſervientes.

Conſideratur *Vis vitalis*, conditio motui humorum & omnibus functionibus inſerviens; & ſic irritabilitas, ſenſibilitas, imaginatio, animi pathemata, affectus. Determinatæ formationis cauſæ & ſtructuræ, cur formatio, uti in plantis, ſemper uno eodemque tempore tam determinate & accurate, in æqualibus generibus ſemper procedat æqualis.

Referuntur huc quoque tres inſignes *revolutiones*, quibus corpus organiſatum nempe oritur, vivit, & decedit, & tres inſignes determinationes, ſe nutriendi, creſcendi, & ſui ſimile generandi, reproducendi, cæterum quoque inter alia, *qualitates* univerſales animalibus tantum convenientes, a plantis inprimis diſcrepantes, quoad externam formationem, ſtructuram, appetitum ad cibum & potum, ſucci nutritii ſecretionem, nutritionem formalem, commixtionem cum humoribus variis, cuivis claſſi propriam, quoad organa inſervientia vario

rio motui, ac ſenſationi per muſculos & nervos; quoad varias ſomni conditiones; rationis uſus quoad inſtinctus naturales & artificiales, ad gaudium, metum, iram, mœrorem, imperium; totum ejus vitæ genus, actiones, characteres, œconomiam, locum natalem, reſpicientes: quoad numerum generum animalium; quoad diverſitatem & gradum ætatis; referuntur huc quoque variæ operationes, ad quæ animalia determinata ſunt, ſtirpem & ſpeciem ſuam multiplicandi, propagandi, ut negotiis ſufficiant, æquilibrium perpetuum inter animalium & vegetabilium ſpecies ſervandi: noxia varia auferendi, ſemet ipſa ab interitu præſervandi, vindicandi, ne vacet adminiſtratio. Impulſiones quoque conſiderantur ad munera promte peragenda, ſic blanda ventis diſpoſitio ad propagationem, avara fames ad ſuſtentationem, atrox dolor ad conſervationem impellit: uti & miniſtri, propriis muniis præfixi, tot ſunt, quot animalium ſpecies.

3) Generatim quoque hæc pars Zoologiæ determinat *uſum* & *vires* brutorum, l. qua viva, l. qua mortua, l. qua tota, l. partibus ſuis variis præparata, & ad medicamenta & ad commercium, nutritionem, veſtimenta, reliquam œconomiam, & ad levandos labores, ad cuſtodiam: producta quoque varia animalium ſuccoſa, gelatinoſa, oſſea, oleoſa, glutinoſa, terrea, unguinoſa, pinguedinoſa, calculoſa, pennacea, piloſa, urinoſa, cornua, ungues, acida, phoſphorum, alcali volatile, oleum animale, reſpicientia.

4) Heic quoque determinat Zoologia *claſſificationem animalium* tam multiplicium, communicat autores diverſos Zoologicos, varia ſyſtemata Zoologica, præſtantioraque ex iis commendat, ad quodvis animal eo diſtinctius examinandum, dignoſcen-

ſcendum, determinandum, & cum aliis in connexione deſcribendum, reducendum ad eorum congruam ſyſtematicam diviſionem in Claſſes, ordines, genera, ſpecies & varietates.

5) Hiſce diſpoſitis, uti in phytologia, attenditur quoque in hac parte Zoologiæ ad denominationes varias univerſales, ad *differentias denominationum* genericas, ſpecificas, ſynonyma, etymologias, earum cauſas, conditiones, qualitates, varietates.

6) *Deſcriptiones* quoque *animalium perfectas*, accuratas, compendioſas ad eorum characteres naturales, icones optimas docet, quomodo, quo ordine, quibus reſpectibus inſtituendæ ſint, & ab aliis variis Zoologis jam ſint inſtitutæ.

7) Atque ſic *adumbrationes* quoque ſuppeditat, de animalium *locis natalibus*, ratione regionum, climatum, ſoli, terrarum &c.

8) de ſingulorum *qualitatibus* & *viribus* agit;

9) ac generatim denique de omnibus *neceſſariis* nos inſtruit *requiſitis*, & ad *Zoologiam* ſolide docendam, & ad inveſtiganda rite, colligenda, aſſervanda, vel qua mortua, vel qua viva ordinanda animalia variarum ditionum, ac regionum, nec non ad propaganda utilia, avertenda & delenda noxia.

§. 97.

Hæc ſunt præcipua momenta & objecta *Zoologiæ theoreticæ*, univerſaliter conſideratæ, b) *Zoologia practica* ſ. *applicata* ſpeciatim *occupata* eſt circa cujusvis animalis ſtructuram & habitum, ad ſyſtema quoddam determinatum præcipuum, ad ejus congruam claſſem, ordinem, familiam, genus, ſpeciem, varietatem: atque cæterum ad ea omnia

omnia ſpecialia momenta, quorum in Zoologia theoretica mentio jam facta eſt, præter cujusvis animalis varias qualitates, vires, noxas ac uſus, tam œconomicos, quam medicos, ac cujusvis præparata diverſimoda. Diverſæ iſtæ *animalium claſſes* & familiæ, in quarum deſcriptione Zoologia applicata præcipue verſatur, viam paraverunt ad obſervanda plane ſpecialia quoque momenta, cæteris reliquis generalibus jam indicatis, quorum præcipua ſunt hæc fere. *Animalia* nimirum ad haſce *ſex claſſes naturales*, generales redigi poſſunt; ad ea,

1) quæ reſpiciunt quadrupedia, in quibus recenſendis verſatur *Tetrapodologia.*
2) — — aves, — — *Ornithologia.*
3) — — amphybia, — *Amphybiologia.*
4) — — piſces, — — *Ichthyologia.*
5) — — inſecta, — — *Entomologia.*
6) — — vermes, — — *Helminthologia.*

Cujusvis *claſſis ordines præcipui* ſunt ad illuſt. *Linnæi* ſyſtema Zoologicum ſequentes.

In *Quadrupedibus* a) primates ſ. anthropomorphæ, b) bruta, c) feræ, d) beſtiæ, e) glires, f) pecora, g) belluæ, h) cete:

in *Avibus*, a) accipitres, b) picæ, c) anſeres, d) grallæ, e) gallinæ, f) paſſeres:

in *Amphibiis*, a) reptilia, b) ſerpentia, c) nantia:

in *Piſcibus*, a) apodes, b) jugulares, c) thoracici, d) abdominales, e) branchioſtegi:

in *Inſectis*, a) coleopotera, b) hemiptera, c) lepidoptera, d) nevroptera, e) hymenoptera, f) diptera, g) aptera:

in

in *Vermibus*, a) inteſtina, b) molluſca, c) teſtacea, d) lithophyta, e) zoophyta.

Determinatis claſſibus & ordinibus animalium generalibus, eo facilius deinceps *ſpecialia* indicari poſſunt *momenta* cujusvis claſſis, quæ occurrunt in *Zoologia applicata.* Et quidem in *Mammalibus*, ſtructura mammarum peculiaris; integumenta communia piloſa, laniosa, cujusvis ordinis, ratione originis, coloris, formæ; vocis diverſitas; fulcra; motus & ingreſſus inſtrumenta pro expeditiori fuga in aſſequenda præda & evitando hoſte; eorum arma, præter ungues, dentes, inprimis varii generis cornua capitis; cibaria inſtrumenta, umbracula ſ. caudæ diverſæ; cuſtodes ope ſenſuum, pro conſervatione individui; vires variæ; magnitudo, ſimilitudo, modus generationis ac numerus pullorum, ratio nutritionis eorum & ſui ipſius, animæ facultates, domicilia, nidus, locus natalis, gradus ætatis; manſuetudinis & ferociæ diverſitates, morbi, modus conſervationis & aſſervationis, cujusvis claſſi conveniens.

In *Avibus* ſtructura peculiaris differens, in capite, trunco, artubus, uti alæ, cauda, pedes; integumenta ope pennarum, earum habitus, color, defluvium; modus propagationis per ova, eorum conditio, nidus; modus nutritionis pullorum, varietates, loci natales; migrationes; cantus differentiæ; operationes reliquæ: ætas, morbi, uſus & noxa.

In *Amphibiis*, ſtructuræ eorum variæ; præter eorum ſtructuram organicam reliquam, propagationis modus, pullorum conſervatio, victus, domicilia, munimenta, utilitas, & noxa per ſpecialia organa & materias iis inſertas, ætas, morbi.

In

In *Piſcibus* ſtructura capitis, trunci & pinnarum, & quibus deſtituuntur partibus præ aliis, particularis eorum ſtructura organica, varius motus, fuga, defenſio, propagatio, arma, victus, ſolum, mores, migrationes, ætas, morbi, uſus.

In *Inſectis* ſpecialia quoque conſideranda occurrunt momenta extra particularem ſtructuram & functionem capitis, trunci, abdominis, artuum, in his caudæ, pedum, alarum, aliarumque partium ac qualitatum, quibus præ aliis deſtituuntur; partes ſexus, propagationes, metamorphoſes, ſimilitudo, quo menſe, tempore, quamdiu, quo loco vivunt; ingreſſus, motus, quibus organis, quomodo vitæ genus, nutrimentum, domicilium, ſolum, ætas, morbi, noxa, uſus, inimici.

In *Vermibus* æque ſpecialia momenta conſideranda occurrunt, extra particularem ſtructuram capitis, ingreſſus, locus natalis, domicilia, propagationis, nutritionis organa, modique varii, ætas, duratio, uſus & noxæ diverſitates, fuga; inimici; ſingula hæc momenta, circa quorum accuratam conſiderationem in quavis claſſe animalium verſatur *Zoologia applicata*, uti jam audivimus, ſemper magni ſunt momenti, nec exiguum habent influxum in œconomiam & humanam & reliquam animalem.

Subdividitur cæterum commode *Zoologia applicata*,

a) in *generalem*, quæ ſingula hactenus nota animalia percurrit ſecundum momenta ſuperius adducta.

b) in *ſpecialem* tam 1) *medicam*, quam 2) *œconomicam*; in qua ea tantum animalia, quæ influxum & uſum hactenus manifeſtarunt plane ſpecialem,

lem, & eximium, & in medicinam, & in œconomiam, inveſtigationi ſubjiciuntur: & quidem in materia medica, & materia œconomica.

§. 98.

Utilitas & *noxa*, quam hominibus animalia conferunt eſt inſignis & omni admiratione digniſſima: quam *utilis* & *neceſſaria* hinc eſt *eorum cognitio* & inveſtigatio, ac quanti momenti finis, qui ſolido *Zoologiæ ſtudio* acquiritur: etſi regnum animale, ob tam diverſa genera, quæ continet, & ob inſignem varietatem, quæ in animalibus occurrit, valde amplum eſt, & quamplurimas continet difficultates, in cujusvis corporis animalis inveſtigatione, inprimis, quum eorum, quamplurima manum & oculum hominis fugiunt. Similitudo ſtructuræ multorum animalium, eorum origo, nutritio, ſpecialis uſus, influxus, quem & qua viva, & qua mortua, in œconomia, & medicina præſtant, large compenſat operam, & moleſtiam in addiſcenda zoologia adhibendam. In compoſitione ſingulorum eorum membrorum, quanta occurrit ſapientia! quantus & quam mirificus inſtinctuum naturalium gradus, qui ne domatione & diſciplina quidem plane poſſunt diſpelli; quo commodo modo quodvis genus munimentis ſuis, a benevola natura acquiſitis, contra fortiſſimos & aſtutos inimicos ſe defendere poteſt; quanta capacitatis varietas ſe manifeſtat in negotiis, quibus ſe nutriunt vel muniunt. Quam exigua & parva ſunt ſæpius multa inſectorum genera, & minime ſpecioſa, e contrario actiones & metamorphoſes eorum ſunt tamen valde regulares, & admirabiles.

Quid hæc omnia teſtantur? Annon infinitæ ſapientiæ, potentiæ, bonitatis innumera ubique veſti-

ſtigia in animali etiam regno legimus? Regnum animale eſt inſignis creationis finis, reliqua enim duo naturæ regna videntur huic præſentiam ſuam debere & hujus cauſa adeſſe. Ex omnibus corporibus, quæ ſummus creator e nihilo produxit, corpora animata, dignitati ejus erant convenientiſſima.

Quem mortalium latet, in brevi contemplatione animalium, hominem tantum circumdantium, quam *multiplex uſus* ſit *animalium* accommodatus ad hominis nutritionem, veſtitum, ad varios alios in vita humana neceſſario ſuſcipiendos labores, per ea peragendos; ad varia remedia, & varias noxas hominibus a tam diverſi generis animalibus irrationalibus imminentes; quot & quanta præſtat commoda, incommoda ac infortunia animalium tam immenſa copia inter ſe, partim ad nutritionem, conſervationem, partim ad interitum unius alteriusve.

Quam *utilis*, quam *neceſſaria* eſt *plenaria* ac *ſolida*, omnium iſtorum *cognitio*, quam ſuppeditat *Zoologia* & *theoretica* & *practica*. Per ſe itaque luculenter patet *uſus* & *neceſſitas Zoologiæ*, & *influxus* ejus quoque in *Medicinam*; medicam artem exercenti, ſi iſta inprimis ſibi cognoſcenda ex ea eligat animalia, quæ immediatum influxum vel bonum vel malum habent in ſtatum hominis tam ſanum quam ægrotum: præter alia jam ſupra in phythologia indicata momenta.

1) *Autores de cognitione librorum Zoologicorum* ſunt præcip. L. T. *Gronovii* biblioth. regni animalis & lapidei. Lugd. Bat. 760. 4. plures recenſet *Erxleben* in ſ. Naturgeſchicht. l. c. & *Leske* in ſ. Naturgeſchichte, j. cit. atque eos quoque, qui ſpectant *phyſiologiam* animalium.

2) *Autor. general. hiſtoriam animalium ſpectantes* ſunt. E. A. *Zimmermann* geographiſche Geſchichte des Menſchen.

ſchen. Lpz. 778. 8. C. *Linnaei* ſyſt. natur. Holm. Edit. XII. 766. 8. P. II*da* de animalibus. Halæ 760. Vindobon. 767. 8. C. v. *Linné* vollſtändiges Natur-Syſtem nach d. 12. Ausgabe und Anleit. des holländ. Hottuiniſch. Werks, mit Erklär. v. P. S. *Müller*. Nrbg. 773-76. X. 8. regnum animale continens. C. *Linne* Lehrbuch über das Naturſyſtem. d. Mülleriſchen Ausgabe verkürzt, aber mit Zuſäzen vermehrt v. *Hoeslin*. Nrbg. 780. II. 8.

Hismann neue Welt- und Menſchen-Geſchichte e gallico. Lpz. 782. III. 8. J. D. *Meiers* Vorſtell. allerhand Thiere und ihrer Skelete. Nrbg. 748. III. 8. J. S. *Hallers* Natur-Geſchichte der Menſchen, Thiere, in ſyſtemat. Ordnung. Berlin. 757-780. XI. 8. *Briſſonii* regnum animale. Par. 756. 8. P. S. *Pallas* ſpicilegia Zoologica. Berol. 761-782. XIV. 4. & germanice. Berl. 769-774. 4. & ejus Naturgeſchichte merkwürdiger Thiere d. Kupferbeſchreibungen erläutert. Berl. 770. II. 8. & ejus Elenchus Zoophytorum. Hagæ. comit. 766. 8. G. A. *Merkleins* Thierreich mit Anmerkung. Nrbg. 751. 8.

J. P. *Eberhards* Verſuch eines neuen Entwurfs der Thiergeſchichte. Halle 768. 8. M. T. *Brünnichii* Zoologiæ fundamenta. Hafn. & Lipſ. 772. 8. L. T. *Gronovii* Zoophylacium faſc. I. exhibens quadrupedia, amphibia, piſces, & II. inſecta. Lugd. Bat. 745-756. fol. Entwurf einer œkonomiſchen Zoologie. 778. 8. Lpz. 779. I. 8. Abbildungen natürl. der merkwürdigſten Thiere mit lebendigen Farben. Berl. 779-783. XV. 8.

N. G. *Leske*. Anfangsgr. der natürlichen Geſchichte. Lpz. 779. I. 8. Hiſtoir. natur. gen. & partic. avec la deſcription du cabinet du Roi. Paris 749. XV. 4. & german. Berol. 771. cum notis *Martini* VII. 8. *) J. G. *Lenz* Anfangsgr. der Thiergeſchichte. Jena 783. cum fig. III.

*) G. H. *Borowsky* gemeinnüzige Naturgeſchichte des Thierr. Berl. 783. IV. 8. & *ejus* Abbildnngen der merkwürdigſten Thiere. Berl. 782. XIV. 8. d. Vögel. 782. 8. VII. *Catesby* Abbildungen verſchiedener Fiſche, Schlangen, Inſekten, Thiere und Pflanzen. Nrbg. 774. fol. Naturgeſchichte aus den beſten Schriftſtellern mit Merianiſchen Kupfern. Heilbr. 772. fol. Von vierfüſſigen Thieren, Vögeln, Inſekten. 20 Abſchnitte. *Pernault* Abhandl. zur Naturgeſch. der Thiere und Pflanzen. Berl. 757. III. Handbuch der Naturgeſchichte. Berlin.

773. 774. 8. d. practiſche von vierfüſſigen Thieren, Vögeln, Fiſchen, Inſekten enthält. *Gatterer* vom Nuzen und Schaden der Thiere. Lpz. 782. II. 8. *Linnaei* diſſert. de noxa inſectorum, ejus Amœnit. Vol. V. inſerta. & german. verſa a Biwald. Salzb. 783.

3) Autores *Hiſtoriae animalium*, e regionibus diverſis, varios recenſent *Erxleben*, *Leske*. l. c.

4) Autores *Tetrapodologiae*, J. F. *Klein* quadrupedum diſpoſitio, brevisque hiſtoriæ naturalis. Lipſ. 751. 4. & germ. cum notis D. *Baehr*. Lübek. 760. 8. C. *Gesner* Thierbuch, od. Beſchreibung v. vierfüſſigen Thieren e latino v. C. *Foner*. Frft. 758. fol. *Büffons* Naturgeſchichte der vierfüſſigen Thiere, a *Martini*. Berlin. 772-77. VIII. c. fig. 8. C. D. *Schrebers* Säugthiere in Abbildungen nach der Natur mit Beſchreib. Erlang. 775. IV. 4.

C. P. *Erxleben* ſyſtema regni *animalis* cum ſynonym. & hiſtor. nat. Cl. I. mammalia. Lipſ. 777. 8. J. L. *Friſch*. Naturſyſtem der vierfüſſigen Thiere. Glogau. 774. 4. G. *Zimmermann* ſpecimen Zoologiæ geographicæ quadrupedum domicilia & migrationes ſiſtens. Lugd. Batav. 777. 4. *Grünberg* Betracht. vom Nuzen und Schaden der vierfüſſigen Thiere. Bünzlau 776. 8.

5) Auctores *Ornithologiae*. J. L. *Friſch* Vorſtell. der Vögel in Deutſchland. Berlin. 733. fol. *) J. M. *Seligmann* Sammlung ausländiſcher und ſeltener Vögel. Nrbg. 774. *) J. T. *Klein* hiſtoriæ avium prodromus. Lübek 750. 4. german. Lpz. 760. 8. & cum augmentis a G. *Peyger*. Danz. 759. 4. *ejus* ſyſtem. avium. Lipſ. fig. 759. 4. *Briſſonii* ornithologia. Paris. 760. VI. 4. Lugd. Bat. 763. 8. II. M. T. *Brünichii* ornithologia borealis. Hafn. 764. 8.

*) de *Büffon* Hiſtoire naturelle des oiſeaux. a Paris 781. VIII. 4. germ. a *Martini*. Berl. 772. 8. VI. F. *Goez* Naturgeſchichte einiger Vögel. Hanau 782. c. f. 8. II. *Haller* Naturgeſchichte der Vögel. Berl. 780. 8. Genera of Binds. Lond. 782. 8. fig. (a. Pennants.) C. *Linnaei* fundam. ornithologiæ. Lipſ. 765. ejus Amœnit. acad. T. VII. inſerta. C. *Günther* Sammlung von Neſtern und Eyern verſchiedener Vögel. Nürnberg. 774. c. fig. 8.

6) Autores *Amphybiologiae*.

J. *Koeſel* v. *Roſenhof*. hiſtor. natural. ranarum noſtratium & german. Nrbg. 758. fol. N. *Laurentii* ſynopſis repti-

ptilium emendata. Vindob. 768. 8. J. T. *Klein* tenta-
men herpetologiæ. Leid. 755. 4.

7) Auctores *Ichthyologiae*.

T. *Kleinii* hiſtor. piſcium natural. miſſ. V. 4. Ged. 740.
J. C. *Schaeffer* de ſtudii ichthyologici faciliori & tu-
tiori methodo. Ratisb. 760. 4. & ejus piſcium bava-
rico-ratisbonenſium pentas. 761. 4. C. *Wulf* ichthyo-
logia cum amphybiis regni boruſſiæ. Regiomont. 765.
8. T. *Brünichii* ichthyologia maſſilienſis. Hafn. 768. 8.
A. *Gouan* hiſtoria piſcium. Argentor. 770. 4. german.
Viennæ 781. 8. c. fig. Traité des peches & l'hiſtoire de
poiſſons par du *Hamel*. a Paris 770. fol. Ichthyologie
par Mr. *Commenſon*. a Paris II. 4. *Blochs* œconom. Na-
turgeſchichte der Fiſche Deutſchlands. Berl. 780. fig.
Cramers Inſectenwerk. Amſtelod. 782. 8. fig. P. M.
Brouſſonet Ichthyologia ſiſtens piſcium deſcriptiones
& Icones. Wien. 782. G. *Leske* ichthyologia Lip-
ſienſis. 774. 8.

8) Auctores *Entomologiae*:

J. L. *Friſch* Beſchreibung der Inſekten Deutſchlands.
Berl. 720-28. *Roeſel* v. Roſenhof monatl. Inſekten Be-
luſtigungen. Nrbg. 746 - 61. a *Kleman* fortgeſezt.
IV. 4. C. *Bonnet* traité d'inſectologie. a Paris 745. II.
12. a *Goeze* german. 771. 8. C. *Degeer* Memoires pour
ſervir a l'hiſtoire des Inſectes. Holm. 772-79. VII. 4.
cum notis E. *Goeze*, german. Nrbg. 782. VI. 8. Ejus
genera, ſpecies inſectorum, ex ejus ſcriptis extraxit,
terminologiamque Linnæanam addidit J. *Retzius*.
Lipſ. 783. 8. J. C. *Schaeffers* Abbild. von Inſekten. Re-
genſp. III. 4. & ejus Elementa entomologica. c. fig.
& germ. Ratisb. 766. 4. M. *Geoffroi* Hiſtoire abregée
des Inſectes aux environs. a Paris 764. II. 4. *Denis*
und *Schieſermüller* ſyſtematiſches Verzeichniſs der In-
ſekten. Wien 776. 4. der Schmetterlinge um Wien.
778. 4. der Inſekten Beſchreibung in der Grafſchaft
Hanau v. *Bergſträſſer*. Hanau 778. IV. cum fig. &
ejus Icones papilionum diurnorum, Dec. II. Hannov.
779. fig.
J. C. *Schaeffer* Icones inſectorum circa Ratisbonam in-
digenarum. Ratisb. 767. III. 4. J. C. *Eſper* Schmetter-
linge in Abbildungen der Natur der Tagvögel. 6 Heft.
Erlang. 4. d. Nachtvögel. III. 4tes Heft. 783. 4. G. J.
Gladbach Beſchr. neuer europäiſch. Schmetterlinge. 6
Heft. fig. Frft. 783. 4. Naturſyſtem aller bekannten inn-
und

und ausländiſcher *Inſecten*, als e. Fortſez. d. Büffon. Naturgeſch. I. v. Schmetterlingen. c. fig. Berl. 783. 8.

C. *Clerk* icones inſectorum rariorum cum nominibus eorum trivialibus. Holm. 759-64. 4. II.

J. H. *Sulzer* Kennzeichen der Inſecten nach dem Linne. Zürch 761. 4. ejus abgekürzte Geſchichte nach dem Linneiſchen Syſtem. Winterthur. 770. II. 4. *) T. *Brunichii* entomologia borealis ſiſtens Inſectorum tabulas ſyſtematicas cum introductione & iconibus. Hafn. 764. 8. J. C. *Fabricii* ſyſtema entomologiæ. Hafn. 775. 8 ejus genera inſectorum ad characteres naturales. Kilonii 776. 8. ejusdem philoſophia entomologica. Hamb. 778. 8. & ejus ſpecies inſectorum cum different. ſpecific. ſynon. loco natali, metamorphoſi. Hamb. 781. II.

J. B. *Schluga* primæ lineæ entomologiæ. ſ. cognitionis inſectorum. Wien 767. 8. Car. *Linnei* fundamenta entomologiæ. Upſal 767. ejus Amœnit. Vol. VII. inſerta; & ejus diſſert. de miraculis inſectorum. Vol. III. Amœnit. acad. inſerta. E. *Göze* Entomologiſche Beyträge zu d. v. Linne Naturſyſtem. Lpz. 781. III. 8.

J. A. *Göze* Verſ e. Naturgeſchichte d. Eingeweide Würmer thier. Körper. Blankenb. 783. c. fig. 4. R. P. *Schrank* enumerat. inſector. auſtriæ indigenarum. c. fig. 8. Aug. Vind. 780. 8. H. G. *Langs* Verzeichniſs der Schmetterlinge um Augſpurg. ad Linnæi ſyſt. nat. c. fig. Augſp. 782. A. W. *Knochs* Beyträge zur Inſekten-Geſchichte. Lpz. 782. fig. 8. II. *Seps* niederländiſche Inſekten, e batavo cum notis *Leske*. Lipſ. 783. fig. I. 4. *Voets* Käferwerk, überſ. a W. *Panzer* cum notis. Nrbg. 783. fig. 4. Raupencalender oder Verzeichniſs aller Monate, worinn die Röſel- und Clemanniſche beſchriebene u. abgebildete Raupen nebſt ihrem Futter zu finden ſind von *Mader*. Nrbg. 777. 8. C. *Füslin* Magazin für die Liebhaber der Entomologie. II. Zürch 779. & ejus Archiv d. Inſecten-Geſchichte. Winterth. 783. I. 8.

9) Autores *Helminthologiae*.

Muſeum amboinenſe. Hag. com. 739. fol. german. a St. *Müller* & cum notis H. *Chemniz* Wien 766. fol. F. C. *Leſſers* teſtaceo-theologie. Lpz. 744-56. l'hiſtoire naturelle eclaircie-la lithologie & la conchyliologie par M. d'Argenville. a Paris 742. 4. german. a W. *Martini*. Nrbg. 767. 4. & Vien. 772. fol. G. W. *Knorr* Samml. von Muſcheln u. andern Geſchöpfen in der

See.

See. Lpz. 744-772. VI. T. *Klein* tentamen methodi oſtracologicæ & ejus herpetologiæ Lugd. Bat. 753. 4.
M. *Regenſus* Sammlung v. Muſcheln, Schnecken und andern Schalthieren. Koppenhagen 758-778. II. fol. H. *Chemniz* kleine Beyträge zur Teſtaceologie. Strasb. 760. 8. *Schroeter* Einleitung in die Conchilienkenntniſs nach Linne. Halle. 783. 8. II. und ſ. Journal für die Liebhaber d. Steinreichs u. d. Conchyliologie. Weimar. 780. VI. 8. 782. VI. 4.
Geoffroy Abhandl. von Conchylien e gallico in germ. a *Martini*. Nrbg. 767. 8. A. W. *Martini* neues ſyſtematiſches Conchilien-Cabinet, cum fig. Nrbg. 768-774. 4. III. & continuatum a *Chemniz*. 782. III. 4. A. *Murray* fundam. teſtaceologiæ. Upſal 771. 4. a *Born* index rerum natural. muſæi cæſarei. Vindobon. I. 778. teſtacea.
F. *Müller* vermium terreſtrium & fluviatilium ſuccincta hiſtoria. Hafn. 773. II. 4. & ejus Abh. von Würmern, der ſüſſen und ſalzigten Waſſer. Hafn. 771. 4. Plures autores & generales & ſpeciales hiſtor. natural. recenſent *Erxleben* & *Leske*. l. cit.

§. 99.

Hiſtoriæ naturalis omnes tres claſſes principales, quoad ſingularum *objecta ſpecialia* hactenus in §. tribus vix prægreſſis, quantum fieri potuit, penſitavimus, reſtat nunc, ut *generatim* aliquid addamus, ad præfixam noſtram delineationem, de *dignitate*, *nobilitate*, *præſtantia* & *neceſſitate ſcientiæ hiſtoriæ naturalis*. Ad omnia huc ſpectantia momenta colligenda & proponenda, harum paginarum limites vix ſufficerent, potiora tantum & ſelecta breviter heic ſubjungemus. Scientia, quæ ad cognitionem ſummi numinis ejusque operum ducit, quæ attributorum divinorum perfectiſſimam ſubminiſtrat ideam, unanimi conſenſu præſtantiſſimis & nobiliſſimis eſt adnumeranda ſcientiis; & digniſſima omnino, quæ pertractetur, quæ aliis quoque ſublimioribus artibus ac ſcientiis adjungatur, quatenus neceſſitatibus humanis tollen-

dis ac ſublevandis inſervit. Sana tam ratio, quam ipſe ſacer codex ſerio præcipiunt, ſummum numen ex operibus ipſius noſſe.

Incola telluris, homo nimirum, reliquis cum creaturis animatis in terra conſtitutus, ſimilem ſe illis quidem ſentit, quatenus eæ quoque edunt, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, vitam tuentur, ſentiunt, percipiunt: verum enim vero percipit ſe ad altiora & multa majora, nec tam fortuito & fruſtra, ſed cum omnibus rebus creatis, in ſummi numinis gloriam eſſe creatum: utpote qui meditatur, ratiocinatur. Hinc rapitur quoque deſiderio & cupiditate, ea noſcendi, quibus undique circumdatur, quæ omnia Creatoris laudes prædicant. Scientia mediante naturali ad hanc pertingere poſſumus cognitionem; mediante iſta de methodo edocemur, qua nobis utendum eſt, ſi amplum naturæ theatrum intrare optamus; ne immenſa objectorum multitudine, ac ſtupenda rerum varietate obruamur.

Infinita ſummi rerum arbitri, ſapientia ex quolibet corpore naturali, ex minimo animalculo æque ac ex maximo, quam maxime elucet: contraria enim prorſus ratione ſe habent naturæ & artis producta: & ſic ex hac ſcientia evidentiſſima elucent veſtigia divinæ curæ; eximiæque providentiæ, pro ſingulis rebus creatis. Naturæ ſolidus ſcrutator, minimum enim & abjectiſſimum Inſectum non fruſtra eſſe creatum, quam optime perſpicit, & ſemper unum naturale alterius cauſa exiſtere intelligit.

Confuſe & oculo quidem primum fugitivo percurrens totam naturam, in globo noſtro terraqueo obſervabit tum tellurem, innumeris iisque diver-

verſiſſimis veſtitam vegetabilibus, quæ maxima quidem inter ſe confuſione commixtæ, a quadru- pedibus, avibus, piſcibus, amphibiis, inſectis, vermibus, miſerrimum in modum tractantur; vi- det quoque hæc viventia, non pulcherrimos tan- tum devorare flores, ſed mira etiam in ſe invi- cem tyrannide, ſine miſericordia unum dilaniare alterum, & bellum quaſi inter ſe offerre. Paulo vero attentiore oculo naturam conſiderans, non- nulla ſenſim ordinis veſtigia, & ſummum tamen ordinem in ſumma confuſione animadvertet, adeo eximium, ut in operibus divinis ſe quaſi diffun- dat, & tam initium, quam finem fruſtra quæri, admirabundus profiteri debeat: ſemper majora cum minoribus conſpirare, & omnia in unum eun- demque ultimum finem coincidere, ei apparebit: ſed & intermedii ſic dicti *fines* oculis ejus accura- te obſervantibus patebunt. Unum animal adeſſe apparebit, ne alterum nimis ſe multiplicando ex- tendat. Corpora autem naturalia in univerſum hominis cauſa exiſtere animadvertet, tam, ut ex iis auctorem noſcere diſcat, quam ut in ſuos uſus ea convertat.

In *tribus naturæ regnis conſpicitur ſumma con- venientia*, *ſummus* omnium *conſenſus*: unius deſtru- ctio eſt alterius reſtauratio, unius mors alterius vita, qua ratione omnia circulo volvuntur. Ve- getabilia humum conſumunt, eademque deſtru- cta in humum redeunt, unde ortus duxerant primos. *Animalia* nutriuntur vegetabilibus, ori- ginem ſuam, de novo quaſi formant, emenſo vi- tæ curriculo, deſtruuntur quotidie lapides, &c. deſtructis novi pariter generantur; & hac ratione perpetuæ ſunt vices rerum.

Sic leges propagationis, conſervationis & deſtructionis, in quolibet naturæ regno & cujusvis claſſe digiti divini indicia nobis præbent evidentiſſima: ad quæ agnoſcenda haud parum confert ſcientia naturalis, tam efficax in debellanda ſuperſtitione & removendis præjudiciis; & mirifice inſerviens in ſublevandis hominum neceſſitatibus. Ea enim inſtructus, veræ œconomiæ fundamenta poſuit. E triplici naturæ regno omnia deſumuntur neceſſaria ad humanæ vitæ ſuſtentationem & commoda promovenda.

Sic *regnum lapideum*, terras, ſalia, mineras, offert. Qui levi tantum rerum notitia eſt inſtructus, eas ad *uſus* applicandas eſſe, ne cogitat quidem. Ignarus quotidie eas aſpicit, ſed, ut ignotas, eas ſpernit & abjicit, quas rerum peritus quam lubentiſſime & omni cura arripit, & in uſus convertit ſuos, vel aliorum, vel publicos.

Sic regnum *animale* victum & amictum nobis ſuppeditat, omnia e. g. quadrupedia cibo prodeſſe, & vermes quoque deformes, exemplis ſuis confirmant Sinenſes & Americani. Aves quoque ex uno climate in alterum itinera inſtituunt; piſces ex profunditate maris ad littora aſcendunt, cochleæ & conchæ ripas tegunt, ut culinæ noſtræ ſemper ſint inſtructæ. Sic apes nobis præparant mel, bombyx molliſſimum ſericum; ſic ex hoc regno depromimus ebur, varia utenſilia ad inſtrumenta noſtra; plurimas & calidiſſimas veſtes; ex omni re pecuaria, carnes, lac, corium, vellera, pinguedinem, præter id, quod ad onera noſtra portanda inſtruuntur. Sed *omnia*, quæ ex hoc regno in nos redundant, *emolumenta*, ejus culturam nobis præcipiunt, nec non complurium animalium venatum, capturam, propagationem, ſuſtentationem vitæ, ſanitatis conſerva-

vationem & reſtaurationem. Sed, ut hæc rite inſtituantur, nil magis confert, quam ut cujusque animalis naturam, indolem & mores intelligamus, ad quæ omnia hiſtoria naturalis nos ducit.

Scientiæ vegetabilium, ſ. *Botanicæ* non quidem ſua abjudicatur *dignitas*, *præſtantia*, *utilitas*, ſed intra *medicinæ cancellos* ea plerumque ſubſiſtit, & a medicis etiam quibusdam magis ad decorum refertur, quam ut veræ cedere utilitati cenſeatur: ad quam partem hiſtoriæ naturalis huic quoque omnia ſuperius jam prolata de ſcientiæ hujus dignitate, præſtantia & uſu, ſunt adplicanda. Sic plantarum ſtructura, propagatio, & definitus numerus, ſubordinatio æque mirabilia nobis offerunt, quam animalia, ſummæ bonitatis, ſapientiæ, & potentiæ divinæ ſpecimina, una eademque œconomia divina iisdem adſtricta eſt legibus.

Uſui ea quoque noſtro *peculiari* per *herbaria* mirifice inſervit. Cavet enim, ne pro cibis topica aſſumamus, quod cum vitæ hominum diſcrimine in culinis quandoque accidit: cavet ea, ne plantis colendis ſolum & cœlum adſignemus; natali contrarium; docet ergo ſata agris accommodare; plantas exoticas, clima noſtrum ferentes, cicures reddere, ita, ut, quæ ab exteris olim adſcivimus, ipſi nos colere nunc poſſimus, quod e. g. in re tinctoria maximi eſt momenti; ſic quoque plantas nobismet ipſis procurare, quibus hæc vel alia animalium ſpecies inprimis delectatur.

Non tantum *decoro*, ſed & *ſummæ* cedit *utilitati*, inprimis *Medico*, *ſyſtematica herbarum cognitio*. Regnum enim vegetabile præcipuum eſt armamentarium, ex quo contra hominum infirmitates tela depromi ſemper poſſunt fortiſſima & efficaciſſima. Cognitio herbarum accurata hinc ſemper

per Medicum decet tam ex facie, quam, ut earum collectioni in patria inprimis invigilet, relinquitur enim plerumque meſſis ignaris & aniculis, quæ habitu earum falluntur, eoque maximum generi humano afferunt detrimentum. Pariter res ſe habet cum *remediis variis ſimplicibus exoticis*, quas plerumque accipiunt officinæ pharmacopolarum, a ſeplaſiariis, hi a navium per Indias vagantium magiſtris, ignari ab ignaris, & ab iis, quibus ab ignorantia noſtra lucrum venit: usque dum ad Batavos, & ex iis ad nos accedunt, ut taceam varias alias notiſſimas fraudes, & avaram induſtriam. Nonne ſæpius exhauſta ſunt oleis ſuis pretioſa aromata, medicamentis certiſſimis ſpuria ſuppoſita, & imbellia ſuccedanea; quæ omnia non parum conferunt, ut Medicinæ promittentis fides pereat, obſervationum pereat auctoritas ad axiomata ſancienda, eoque potius ea arma debilitantur, quibus Medici adverſus morbos aliquid valent efficere.

Nonne certe tutos præſtat characteres cognitio botanica? Nulla eſt fiducia in fallacibus experimentis, quæ dudum eludere didicit improba impoſterum ſolertia; nulla ſeplaſiariis, mechanicis hominibus, quibus vile pretium & cita venditio curæ cordique eſt, non hominum ſalus. Sed nec veritatem quærentibus deeſt ars herbaria: ſpecimina enim integra in botanicorum hortis ſiccis, collata cum adfinibus, ſemina ex Indiis allata & publicis curis in hortis conſita, ut omnis earum habitus penitus innoteſcat, atque experimentorum ope intima eorum indoles addiſci poſſit; itinera virorum artis herbariæ peritiſſimorum, qui in ipſis locis natalibus certos ſtirpium characteres definiunt: hæc omnia & ex his *certa præſtat ſigna botanices ſtudium.*

Hæc

Hæc omnia jam generatim propoſita, reſpectibus & momentis quibusdam, *Mineralogiæ*, *Zoologiæ* & *Botanices*, adeoque *univerſæ hiſtoriæ naturalis*, *uſum inſignem*, *præſtantiam*, & *dignitatem* ſatis ſuperque evincere poſſunt. *Digna* ergo quoque hæc ſcientia hiſtoriæ naturalis univerſalis, ut *Medicinæ cultor* ſemper omni cum cura ſolido modo non exiguam temporis partem ſtudio hujus ſcientiæ tribuat.

C. *Linnaei* diſſert. de uſu hiſtoriæ natural. Tom. VII. amœnit. academ. inſerta: & german. in ejus auserleſenen Abhandlungen aus d. Naturgeſch. phyſic. und medicin. Lpz. 776. 8. G. C. *Beireis* de utilitate & neceſſitate hiſtoriæ naturalis. Helmſt. 759. 4.

Alex. Bernh. *Kölpim* de hiſtor. natur. & ſpeciatim Botanices præſtantia & dignitate. Gryphiswaldiæ 766. 4. Tractatio a me edit. ſub titulo, vom Nuzen der Naturgeſchichte in die Oeconomie, uti ea inſerta eſt, in d. Beſchäftigungen d. Berliner - Geſellſchaft Naturforſchender Freunde im 2 Band. Berl. 777. 8. p. 3.

CAP. X. HISTORIA MEDICA.

§. 100.

In exponendis diſciplinis, ad interiora medicinæ penetralia viam parantibus, non ultima laus debetur *Hiſtoriæ*, & ſpeciatim quidem *medicæ*.

Hiſtoria medica eſt plana & ſufficiens rerum in foro medico geſtarum enarratio, quæ tam medicinam ipſam, ejusque primas origines, ulteriorem progreſſum, peregrinationes, fata, ſpectat, quam medicorum illuſtrium vitæ rationes, & res geſtas notatu digniſſimas exponit. *Generatim*, ſine ſpecialiori deſcriptione ſingulorum *inventorum* & *dogmatum*, repetit illa *fata medicinæ*, inde a primis ejus incunabulis, ab Ægyptiis; pergit dein, &

& novo ſplendore medicinæ ſtudium efflorescere videt in Græcia; inde tranſit in Italiam & alias Europæ provincias, quibus beneficum hoc medicinæ ſidus affulſit. Evolvit hoc fine & monumenta veterum & ſcripta recentiorum, ut ex illis hauriat artis ſalutaris mutationes, inde ab antiquioribus ad noſtra usque tempora, ſiſtit eas ordine chronologico, comparationes inſtituit cum reliquis gentium fatis, obſervat etiam univerſæ litteraturæ florentis vel defloreſcentis in res medicas influxum, colligit quoque medicorum anteſignanorum vitas, dogmata, experimenta, ſectas, hypotheſes.

Collocat *auctores* rerum medicarum ſecundum ordinem temporum, connotat eorum conſenſum & diſſenſum, poſteritati fideliter ſervat & tradit bona vel mala, hinc inde nata, meritorum gloriam attribuit medicis bene meritis, inſtituta publica enarrat in his illisve regionibus & locis ſcientiæ medicæ concordantia, qualia ſunt theatra anatomica publica, horti botanici, muſea rebus naturalibus referta, bibliothecæ, laboratoria, noſodochia, & reliqua, quæ Arti ſalutari vel impedimento, & contemtui, vel commodo & honori fuerunt.

Dividitur itaque *Hiſtoria*

I) in *Medicam*, & quidem,

a) in *Generalem*, in qua fata enarrantur varia, ac dogmata *præcipua*, *generalem* ſcientiæ medicæ ſtatum ſpectantia, ab ejus initio ad noſtra uſque tempora.

b) In *Specialem*, quæ conſiderat & pertractat cujusvis diſciplinæ medicæ ſingularia data, notatu digniſſima, ad cujusvis ſcientiæ medicæ partis ortum, progreſſum & ſtatum ad noſtram uſque ætatem,

tem, ſpeciatim attinentia, cenſum exhibet ſcriptorum medicorum.

II) In *Litterariam*, & quidem generatim primo eorum, quæ *medicinam* in *genere* ſpectant, tum vero *ſpeciatim* eorum, quæ ſingulis ejus partibus & diſciplinis peculiarem lucem affundunt. In poſteriori hac ſectione commemorari quoque meretur *Biographia* Autorum, inprimis quibus inſignia debemus ſcripta, & qui ſcientiam medicam egregiis locupletarunt notitiis, obſervationibus & experimentis.

Hiſtoriæ medicæ generalis ſ. *dogmaticæ præcipua capita* ſpectant:

I) *Hiſtoriam antiquiſſimam*, naturalem, *medicam*;

a) Qua ratione in *genere* fieri potuerit, ut caſu vel conjecturis probabilibus a natura hominis, ab inſtinctu naturali, quin etiam ab animalibus brutis petitis, & experientia duce extiterint medicinæ primordia.

b) Qua ratione inprimis Ægyptii, qui diætam & alchemiam mirifice excoluerunt, Chaldæi, Judæi, Aſſyrii, Sinenſes, qui doctrinæ de pulſu operam præcipue dederunt, de medicinæ initiis bene meriti fuerint, quibus deinde poſt Phoenices, aliasque gentes priſcas Græci ſucceſſerunt.

II) *Hiſtoriam antiquam* ſ. *mediam*, ad quam ea inprimis ſpectant, quæ continent *ſtatum medicinæ*; 1) ante Hippocratem; 2) Hippocratis ipſius ætate; 3) poſt Hippocratem usque ad Galenum, & in hac periodo variæ, quæ inclaruerunt *ſectæ*, *dogmatici* nimirum, ſ. rationales medici, *empyrici*, *methodici*, *pneumatici*, & ſingularia dogmata, quæ hypotheſibus ſuis ſinguli ſuperſtruunt; 4) Galeni tempore, & poſt Chriſtum natum; 5) Poſt Galenum uſque ad Chemi-

micos & quidem Romanos, Arabes in ſchola Salernitana, in Italia.

III) *Hiſtoriam recentem*, ubi conſpectui noſtro ſe ſiſtunt, 1) chemici, Theophraſtus Paracelſus, Helmontius, aliique usque ad 2) Harvæi tempora; 3) ab Harvæo ad noſtram usquæ ætatem, in qua periodo variæ ortæ ſunt ſectæ, e. gr. *chemicæ*, (ex chemicis principiis omnia derivantes, & explicantes,) *eclecticæ*, *mechanicæ*, (ex legibus phyſicis & mathematicis phænomena corporum repetentes,) & *organicæ*.

In *ſingulis periodis* accurate reſpicitur inprimis ad ſtatum medicinæ, & ſectæ cujusvis ortum, occaſiones, fata, progreſſum, decrementum, fontes, fundamenta determinata, monumenta, & in quavis ſecta, quinam quovis tempore præcipui & illuſtres viri eruditi Medicinæ ſtatum illuſtrarint, quem uſum vel noxam, quem progreſſum ceperint, vel decrementum paſſa ſint dogmata eorum, quorum labores ulterius, quam anteceſſorum ad accuratiorem phænomenorum conſiderationem duxerint, & egregiis ſcientiæ incrementis anſam præbuerint: quomodo univerſa medicina culta, aucta & illuſtrata ſit, in diverſis adeo regionibus, & apud varias nationes; apud quasnam gentes medicina in pretio eſſe cœperit, quibus gradibus ad præſtantioris perfectionis faſtigium aſcenderit, quibusnam locupletata ſit acceſſionibus, & quorumnam medicorum, inprimis præclariſſimorum ſtudio, induſtria & labore.

Diſpicitur porro, *in qua periodo*, ſ. epocha, & ubinam publicæ ſcholæ & ſectæ inprimis inclaruerint, & ſcientiæ medicæ augmentum produxerint. Quanta incrementa ars medica univerſa recentiori ævo mox ceperit, poſtquam indulgentia & favore ſummorum Principum Europæ, Academiæ & Socie-

cietates ſcientiarum complures celeberrimæ in variis provinciis & urbibus fundatæ ſunt, atque adhuc nutriuntur, quarum inprimis opera, ars ſalutaris inventis phyſico medicis fines ſuos, mirum quantum, amplificavit. Quod vero in aliis campi literati regionibus evenit, ut variæ ſectæ orirentur, idem fatum etiam medicinæ ſubeundum erat, quæ ſæpenumero, ſchiſmatibus & ſeparationibus Medicorum diſtorta & dilacerata fuit. Cujusmodi ſchismata primum excitarunt medici græci, a quibus illa tum ad alias nationes propagata fuere, & recentiori tempore, quodammodo immutata revixerunt. Hoc loco eſt Hiſtorici, ordine chronologico collocare ejusmodi ſectas, quo una alteram excepit, momentum, auctores, aſſeclas cujusvis ſectæ, tempus, ortum & occaſum ejus, nexum cum aliis medicorum doctrinis, præcipuas ejusdem ſententias, cum lectoribus vel auditoribus communicare.

Specialis hiſtoria perſequitur ea, quæ ſpecialia momenta, hiſtorica fata & incrementa ſingularum partium rei medicæ concernunt, modum & media exponit, quorum ope inſignia acquiſiverint incrementa, ſingulares diſciplinæ medicæ varia ratione excultæ, novis ſubinde inventis locupletatæ, nec non ſæpe medicorum diſſenſu dilucidatæ. Enarrat induſtriam, qua hoc illove tempore, hæc vel illa gens ſpecialioribus medicinæ partibus illuſtrandis & emendandis navaverit operam.

Hoc fine ſingulæ in hac parte hiſtoriæ, partes ſcientiæ medicæ percurruntur & ordine chronologico in quavis parte pertractantur, præcipua momenta, fautores, promotores cujusvis ſcientiæ, in quibus gentibus & regionibus exſtiterint: quænam ſcientiæ medicæ pars ſpecialis ab iis majori indu-

ſtria præ aliis exculta fuerit, cuinam major redierit ſplendor amiſſus.

In *Anatomica* ſcientia, cui inſtar fundamenti tota innititur ars medica, refert Hiſtoricus, ubinam origo hujus ſcientiæ quærenda ſit, apud quasnam gentes maxime ea effloruerit, quæ gentes in arte cadavera dextre præparandi, incidendi, balſamandi inclaruerint, a quo tempore & a quibusnam auctoribus notatu digniſſima inventa ac major ſplendor, ſingularum ſtudii anatomici partium repeti debeant; quibusnam incrementis ſtudium anatomicum per variorum ſeculorum decurſum gaviſum fuerit.

Ad *eadem momenta* attenditur & in *ſcientiis præparantibus* reliquis & in *medicis*, in *phyſica*, in *phyſiologia, pathologia, ſemiologia, materia medica*, ſ. ſuppellectili medicamentorum, in *pharmacia, chemia, diætetica, hiſtoria naturali* animalium, vegetabilium, mineralium, in *therapia* & generali & ſpeciali, in *medicina conſultatoria, forenſi*, in *chirurgia & arte obſtetricia*.

Ad ſtudium *hiſtoriæ medicæ* via eo facilior paratur, ſtudio ſolerti & indefeſſo *ſcientiarum auxiliarium, hiſtoriæ* nimirum *politicæ, antiquitatum, geographiæ*, & generalis & ſpecialis, ex optimis fontibus & autoribus.

Quam inſignis ſit *uſus* & *neceſſitas hiſtoriæ medicæ*, ex antea dictis jam ſatis ſuperque eluceſcit, ita ut pauca adhuc heic annotaſſe ſufficiat. *Hiſtoria*, quæ eſt rerum præteritarum enarratio, eum *in finem* ſuſcepta eſt, ut earum memoria conſervetur, quibus ad bene vivendum inſtruimur. Ad ſtudium enim Medicinæ non ſolum ſufficit, in aliquali tantum quarundam medicinæ partium cogni-

gnitione acquieſcere; convenit potius, etiam res in Medicina geſtas per omnes temporum periodos noſſe, atque ex hiſtorica Medicinæ parte, varias incrementi, & fatorum hujus artis viciſſitudines ediſcere.

Hiſtorici quoque *objectum* eſt *Medicina*, qui ubi primum fuerit exculta, inque artis & ſcientiæ formam redacta, & quidquid actum inde a longis fuerit temporibus, disquirit & fide dignis confirmat documentis, atque hæc, quæ ſcitu neceſſaria ſunt, *ordine chronologico* fideliter exponit. *Hiſtoria* hæc *medica* plurimas medicinæ partes *illuſtrat*, indicat inventa antiquioris & recentioris ævi, & cujusvis inventi uſum ac applicationem cuivis medico relinquit.

Practicam exercenti medicinam haud exiguo erit uſui, *hiſtoria medica* & *generalis* & *ſpecialis*. Quodſi e. gr. jam nota colligere, hisque deinceps nova addere cupit, multa lectione hujus iſtiusve materiæ exercitatus ſit oportet, & ſolida judicandi vi inſtructus bonum ſelectum adhibeat in exercenda hac hiſtoriæ ſpecie, res geſtas enarret, prouti ſunt, fide digna indicet teſtimonia, amorem veritatis afferat, bene meritis commeritas tribuat laudes, & eorum, qui vanam ſcientiam jactant, vaniloquentiam & fraudes evolvat, absque ſuperbia, præcipitantia vel ſtudio partium.

Initia artis medicæ, progreſſus & mutationes ad noſtra usque tempora intueri & conferre cum *hiſtoria litteraria* medica, non tantum medicum delectat, ſed & plurima medicinæ capita ita illuſtrat, ut vera inventa a ſpuriis, & hypotheticam docendi methodum, a rationali diſcernere eo facilius & tutius poſſimus.

 I) *Au-*

I) *Autores* præcipui

a) & *Hiſtoriae Politicae*, & *Geographiae*. H. *Curas* Einleit. zur Univerſal-Hiſtorie, neu umgearbeitet von J. M. *Schroek*. Berl. 757. 780. 8. A. *Schellers* Abriſs der Univerſal-Hiſtorie. Salzb. 780. 8. II.

J. H. *Zopfens* Grundlegung der Univerſalhiſtorie bis 782. verbeſſert, fortgeſezt v. D. E. *Fabri*. Halle. 782. 8.

*) J. C. *Gatterer* Handbuch der Univerſalhiſtorie, v. Erſchaff. der Welt bis auf unſere Zeit. Götting. 765. 8. II. & ejus Synopſis hiſtor. univerſal. Gött. 769. 8. & german. 771. 773. 8. II. *) A. *Schloezers* Univerſalhiſtorie. Götting. 775. 8. J. A. *Remers* Handb. der allgem. Geſchichte. Braunſchw. 783. II. 8.

K. E. *Mangelsdorf* Abriſs der allgem. Weltgeſchichte. Halle 783. 8. *Millots* Univerſalhiſtorie alter, mitlerer und neuerer Zeiten, e gallico v. *W. E.* Lpz. VII. 783. E. *Huber* kurze Einleit. in die allgem. Geſchichte alter und neuerer Zeiten. 775. 8. cum tabulis geographicis. *) D. G. *Eſſichs* Einleitung zur allgem. und beſond. Welthiſtorie bis auf die neueſte Zeiten fortgeſezt, durch J. C. *Volz*. Stuttg 773. 8. --- G. *Koeſter* politiſche Geſchichte der vornehmſten Völker aller Zeiten. Frft. 776. 8. J. N. *Eyring* de hiſtoria univerſali apud græcos, romanos & noſtros ſcriptores diverſa ratione. Götting. 764. 8. *) J. C. *Volzens* Erdbeſchr. Stuttg. 742. & 773. 8. A. *Büſching*. Erdbeſchr. Hamburg. 756. XI. 8. Schaffhauſ. 770. 8. & ejus Vorber. zur gründl. u. nüzl. Kenntniſs der geographiſchen Beſchaffenheit und Staatsverfaſſung der europäiſchen Reiche und Republiquen. Hamb. 761. 8. *) & ejus Auszug aus ſ. Erdbeſchreibung von Europa. I. Hamb. 780. 8.

b) *Autores* quidam *hiſtoriae romanae*. e. g. J. F. *Nobiſii* Commentarii rerum romanarum ſub regio & conſulari imperio geſtarum, cum præcipuis ex antiquitate romana ritibus. Lipſ. 755. 8, G. H. *Nieuport* ſuccincta explicatio rituum romanorum, qui olim apud romanos obtinuerunt. Budiſſæ 715. 8.

II) *Auctores*, qui *generatim* artis ſalutaris *Hiſtoriam Dogmaticam* enarrarunt; & qui ſcripta medicorum per multorum ſeculorum ſeriem dijudicarunt, ſunt præcipui. D. *Le Clerk* hiſtoire de la Medicine, a la Haye 729. 4. J. H. *Schulze* hiſtoria medicinæ. Lipſ. 728. 4. ejusd. compend. hiſtoriæ medicinæ a rerum initio. Hal. 742. 8.

J. F.

J. F. *Freind* hiſtory of phyſic & Medecine. Lond. 725. II. 8. & latina verſio in opp. omn. Paris 735. 4. & ejus hiſtoriæ medicinæ a Galeni tempore usque ad initium ſæculi 16. Lugd. Batav. 734. 8. G. *Stollen* Anleitung zur Hiſtorie der mediciniſchen Gelartheit. Jena 731. III. 4. *) C. W. *Kaeſtners* kurzer Begrif der Hiſtorie der mediciniſchen Gelartheit. Halle 743. & 748. 8. ejusdem biblioth. med. Jena 746. II. 8. *) Nec non ejusdem mediciniſches gelehrtes Lexicon. Jena 746. 4. *) W. *Moehſen* Geſchichte der Wiſſenſchaften, beſonders der Arzney-Wiſſenſchaften von den älteſten Zeiten bis zu Ende des 16ten Jahrhunderts. Lpz. 781. 8. Taſchenbuch für deutſche Wundärzte, aufs Jahr 783. c. fig. Altenb. fata chirurgiæ contingit ſæculi noſtri.

§. 101.

Secunda Hiſtoriæ medicæ pars præcipua, paragr. antecedente complectitur, *Hiſtoriam litterariam medicam*, & enarrat ſcripta medicorum, quibus vel univerſam tractarunt medicinam, vel ſingulas ejus evolverunt partes, quæ occaſione *hiſtoriæ medicæ ſpecialis* occurrebant.

Quemadmodum *Bibliotheca* in aliis ſcientiis, inſignem litterarum ſtudioſis uſum præſtat, ita quoque & ſtudioſo Medicinæ & quovis Medico bibliotheca medica eximiam affert utilitatem. Fata enim & progreſſus ſcientiæ medicæ inde diſcit; quæ inventa ſunt, inde perſpicit; quæ jam ab aliis elaborata & præſtita, vel deſideranda adhuc & addenda ſunt; obſervat libros genuinos a ſuppoſitis & ſpuriis; utiles a noxiis, eos, qui majoris pretii ſunt a vilioribus; neceſſarios ab iis, quibus carere poteſt, diſtinguit; auctores & ſcripta, in parte quadam Medicinæ vel generali vel ſpeciali edita, in hac parte hiſtoriæ medicæ uno obtutu perſpicit, & quæ ipſi pro ſuo ſcopo maxime proficua ſunt, eo facilius & tutius eligit,

Methodo non una eademque uſi fuere *hiſtorici litterarii* in recenſendis libris variæ materiei, eorumque ſcriptis; alii nimirum methodum deſumſere a loco impreſſionis libri, ad quam bibliopolæ maxime attendunt; alii a forma operis, variis bibliothecariis uſitata; alii a tempore auctoris, editionis l. impreſſionis; & alii a lingua l. natione; alii ſecundum materias, ordine quodam ſyſtematico, qui omnino omnibus præferendus eſt.

Autores iſti ſunt aliter quoque *ordinandi*, qua philoſophi & aliter qua oratores, evriſtici, phyſiologi, inſtitutores, qua ſyſtematici, heterodoxi, vel univerſales vel particulares, qua nomenclatores, ſynonymiſtæ, critici, etymologi, lexicographi, qua obſervatores, miſcellanei, anomali; & iterum quidem, qua patres diverſæ gentis, qua commendatores, qua ichnographi vel monſtroſi, rudes, uſitatiſſimi, nitidiſſimi, qua deſcriptores neglecti, ſelecti, particulares; qua monographi, autores, diſputatores, qua curioſi europæi, exotici, adonyſtæ, publici & privati.

Hiſtoriæ litterariæ objecta non tantum ſunt libri & antiquioris & recentioris ævi, & univerſam continentes ſcientiam medicam, & ſingulas ejus partes, uti ſunt compendia, ſyſtemata, lexica, opera commixta, diaria, ſed bibliothecæ quoque & publicæ & privatæ exquiſitæ, deſcriptæ, rari libri, novellæ variæ publicæ litterariæ variarum ſcientiarum, relationes, collectiones, commentarii, ephemerides litterariæ, Itinerum deſcriptiones, Univerſitatum, Gymnaſiarum, Academiarum & ſocietatum, in quibus ſumma diligentia, ordo, vitæ conditio elegans, vitæ civilis cognitio, in mundo ſimul quoque occurrit, eruditionis mere ſcholaſticæ loco.

In-

Inſignis quoque eſt *emolumenti* ea *hiſtoria medica*, quæ cujusvis libri judicium exhibet de prærogativis, quibus ſe commendat; vel erroribus, quos continet; de commodis, quæ affert, vel incommodis, quæ auget; de rariorum librorum cauſa raritatis; de methodo, quam auctores ſequuntur.

In aliis diſciplinis *hiſtoria litteraria* ad majorem, in aliis ad minorem perfectionis gradum perducta eſt. Ipſa autem hiſtoriæ litterariæ conſignatio, laboris oppido plena, & ex hac inprimis ratione, quia tenebris antiquiſſima ejus monumenta involuta ſunt, ut ubi pedem tuto figere liceat ſæpe neſcias. Eadem in hiſtoriam medicam quadrant.

Litteræ primordia capiunt, ad incrementa pergunt, lux earum hic oritur, illic occidit, moriuntur, reviviſcunt, redeunt, ubi evanuerant, non omnis fert omnia tellus, omnis ætas. In errores vix excuſandos incidunt, qui rerum in orbe litterato geſtarum notitia carent. Hiſtoria litteraria ad veram eruditionem aditum parat. Neque tamen quis in ea nimium temporis conſumet.

Cum de *tyrone* ſermo mihi ſit, *ſufficit* eum hiſtoriæ litterariæ gradum aſſequi, ut auctores medicos in ordinem redigendi, meliores dijudicandi, ſeligendi, & in uſus ſuos convertendi facultate polleat.

In hiſtoriæ medicæ litterariæ campo inprimis voluptate animos quoque noſtros perfundit *Biographia medica*, ſ. ea pars hiſtoriæ medicæ ſpecialiſſima, quæ verſatur circa enarrationem vitæ curriculi Medicorum celeberrimorum, fama & ſcientia ſolida illuſtrium. In tradenda *Biographia medica* attenditur, inprimis ad annorum ſeriem, & progreſſum, quibus illuſtres viri excelluerint in parte quaviſ ſpeciali

li medica. Ad ſingulas nationes, ad temporum ordinem biographus Autorum iſtorum nomina, munera, quibus fungebantur, itinera, quibus cognitionis ſuæ fines ampliarunt, præcipua negotia, quibus inclaruerunt; ſcripta iſtorum, quæ in lucem ediderunt, eorumque titulos, editiones, formas, nec non diſſertationes & programmata academica recenſet.

Biographia vias patefacit, quibus ſummi viri in eminentiori ſcientiæ & honoris gradu ſe collocarunt. Fata virorum ejusmodi inſignium ſcientiis medicis magni ſæpe momenti ſunt. Characteres iſtorum virorum ſunt quaſi ſtatuæ, quæ meritis eriguntur, juniorum ac poſterorum æmulationem excitant & provocant. Mira tamen non poterit non inter auctores diſcrepantiam deregere, quippe qui toto cœlo a ſe invicem ſæpe diſtant, inter quos ſæpe illos, qui ſuæ nationis ſunt, optime novit, poterit facilius diſtinguere, quam exterarum & remotiarum gentium ſcriptores; pauci ſunt quoque, qui in omni ſcientiæ medicæ ambitu æque excelluerunt. Recte hinc aſſerit cel. *Haller* in bibliotheca ſua botanica;

„Ignoſcendum eſt ſemper veteribus, & demortuorum manes nunquam moleſtandi, nec ea a priſcis expoſcenda, quæ hodierni ſcire debent, futura enim ætas, errores quoque in noſtri ſeculi doctiſſimis operibus videbit, non omnia novimus omnes. In toto terrarum orbe omne habet ſuam epocham, in qua accreſcat, perſiſtat & deſtruatur.„

1) *Hiſtoriam litterariam*, *diverſarum* ſcientiarum & partim quoque *Medicinae* pertractarunt. A. *Mertens* Entwurf einer Geſchichte der Gelehrſamkeit für Studirende auf Univerſitäten. Augſp. 779. 8. II. — G. B. *Struvens* introductio ad notitiam rei litterariæ.

J. A. *Heumann* conſpectus reipublicæ litterariæ. Hannover 763. 8. (plurimum philoſophica continet;) *Gundlings* vollſtändige Hiſtorie d. Gelahrtheit. — *) E. *Bertrams* Entwurf e. Geſchichte der Gelahrtheit. Halle 764. 8. I.

*) J. A. *Fabricii* Abriſs einer allgemeinen Hiſtorie der Gelehrſamkeit. Lpz. 752. 8. III. J. J. *Rambachs* Abriſs einer pragmatiſchen Litterair-Hiſtorie. Halle 770. 8. und mit M. *Denis* Einleitung in die Bücher-Kunde und Litterairgeſchichte, Wien 777. & 778. 4.

R. *Reinharts* Einleitung zur allgem. Geſchichte der Gelehrſamkeit. Erl. 779. I. *) G. *Stolle* Anleitung zur Hiſtorie der Gelartheit. Jena 736. 4. *Hiſsmann* Anleit. zur Kenntniſs der auserleſenen Litteratur in allen Theilen der Philoſophie. Gött. 778. 8. J. N. *Eyring* litterariſcher Allmanach der Deutſchen aufs Jahr 776-779. Götting. 8. C. *Gotſchling* Einleitung zur Wiſſenſchaft guter und meiſt neuer Bücher. Lpz. 779. 8. auserleſene Bibliothek der neueſten deutſchen Litteratur. Lemgo 779. XVI.

Clement bibliotheque curieuſe. P. IX. 4. Götting. 750. & Lpz. 760. ad litteram H. incluſive, in alphabetico ordine. Allgemeines Autor-und Litteratur-Lexicon in alphabet. und chroniſcher Ordnung bis 778. Hannover. III. 4. J. M. *Chladenii* allgemeine Geſchichtswiſſenſchaft. Lpz. 752. 8. J. v. *Murr* Journal zur Kunſtgeſchichte und zur allgemeinen Litteratur. Nrbg. 775. 8. VII. A. *Büſching* Grundr. e. Geſchichte der Philoſophie. Berl. 774. 8. IV. 8.

J. C. *Hennings* neue philoſophiſche Biblioth. Lpz. 774. 8. II. *Erxleben* phyſical. Biblioth. Götting. 774-76. III. 8. Neue Biblioth. der ſchönen Wiſſenſchaften und Künſte. Lpz. 776. XX. 8. *Georgi* allgemeines europäiſches Bücher-Lexicon. 782. 8. VIII.

F. G. *Freytag* analecta litteraria de libris rarioribus. Lipſ. 750. 8. & ejus ſpecimen hiſtoriæ litterariæ. Lipſ. 765. 8. ejusque Nachricht von ſeltenen und merkwürdigen Büchern. Gota 776. II. F. *Hummel* neue Biblioth. ſeltener Bücher und kleiner Schriften. Nrbg. 776. 8.

C. B. *Lengrich* Beiträge zur Kenntniſs ſeltener Bücher. *Wedekinds* Verzeichniſs rarer Bücher. Berlin 753. III. 8. J. *Baur* Bibliotheca librorum rariorum univerſal. Norimb. 770. 8. III. *Dahnert.* biblioth. Gryphiswaldenſ. 775. 8. III. *) *Saxii* onomaſticon litterarium. Traject.

jecť. ad Rhen. 777. IV. 8. (ab orbe condito ad noſtra tempora.)

II) *Hiſtoriam litterariam medicam generalem* deſcripſere inprimis, & quidem introductionem in medicinam ampliorem: A. O. *Goelike* hiſtoria medicinæ univerſalis. Berl. 721. 8.

*) Herm. *Boerhav.* in Methodo ſtudii medici. London. 726 8. plurimum emendata & aucta ab Alb. de *Haller*. Amſtelod. 751. II. 4. & Lugd. Batav. 769. 4. cum Perebrom indice autorum & rerum memorabilium. J. F. *Schreiber* Element. medicinæ phyſic. mathematic. Lipſ. 731. 8.

*) G. B. *Schmiedlin* primæ lineæ hiſtoriæ medicinæ univerſ. Lipſ. 777. 8. H. F. *Delius* Synopſis introduct. in medicinam univerſalem, ejusque litterariam. Erlang. 779. 8.

*) C. G. *Kaeſtneri* bibliotheca medica. Jena. 746. 8. II. Der Arzt in Deutſchland in den ältern und mittleren Zeiten, hiſtoriſch vorgeſtellt in e. Schreiben an Prof. *Delius* von W. *Oetter*. Straſsb. 777. 8.

Hujus quoque loci ſunt *catalogi* librorum ſcite adornati, in quibus eminet Bibliotheca Platneriana. Lipſ. 747. 8.

*) J. A. *Murray* enumerat. libror. præcipuorum medici argumenti. Lipſ. 773. 8. tantum ad annum 770. edita ſcripta quædam recenſet.

III) *Hiſtoriam litterariam* cujusvis medicinæ partis *ſpecialiter* recentiori ævo declararunt:

*) J. B. *Rohr* in ſ. *phyſicaliſchen* Bibliothek mit Zuſäzen von G. *Kaeſtner*. Lpz. 754. 8. (continet quoque mineralogiam, botanicam, acidulas, topographias.) A. *Portal* Hiſtoire de *l'anatomie* & de la *chirurgie*. Paris 770. VI. 12. *) A. G. *Richters chirurgiſche* Bibliothek a. 771-782. V. 8. *) *Tode* medicin. chirurgiſche Biblioth. Coppenh. 776-779. VII. 8. *Schneiders* chirurgiſche Geſchichte. Chemniz 1778 VII. 8. Hiſtoire de la *chirurgie* de puiſſon origine jusqu'a nos jours, par M. *Du Jardin*, a Paris. I. 12. *) H. de Vigiliis de *Creuzfeld* bibliotheca *chirurgica*, ordine alphabetico, ad annum 779-781. II. 4.

*) *Le Roy Litterairhiſtorie* u. practiſche Unter. in der *Entbindungskunſt* v. Hippoc. bis auf unſ. Zeiten, germanice edita a Nusche. Frft. 779. 8.

*) *Baumer* bibliotheca *chemica*. Gieſen 782. 8. J. G. *Wallerii* brevis introductio in hiſtoriam litterariam mineralogicam. Holmiæ 775. 8. J. W. *Schroeter* Journal für die Liebhaber des Steinreichs, der Conchiliologie. Weimar. 776. 8. III.

*) *Bekman* Neue Samml. für die höhere Natur-Wiſſenſchaft und Chemie. 774. 8.

*) J. *Bekman* phyſikal. œkonom. Biblioth. Gött. 770-783. XII. 8. J. *Riem* phyſic. œcon. Bienen-Biblioth. Bresl. 776. 8. III. G. C. *Kreiſig* bibliotheca ſcriptorum venaticorum. Altenb. 750. 8. H. L. *Bergius* Kameraliſten-Bibliothec über die Bücher v. d. Oekonomie, Policey-Finanz-und Cameral-Wiſſenſch. u. verſchiedenen andern damit verwandten Wiſſenſchaften. Nrbg. 762. 8. *) J. T. *Müller* Einleit. in die ökonom. und phyſikaliſche Bücherkunde, bis auf die neueſte Zeit. Lpz 780. II. 8.

*) J. C. *Heſteri* Muſæum diſputat. phyſic. medicar. tripartitum. Zittav. 763. III. 4.

*) C. *Linnaei* bibliotheca *botanica* ad ſyſtema autorum naturale, in claſſes, genera, ſpecies diſpoſitum, additis editionis loco, tempore, forma, lingua. Halæ 747. 8. II. *) A. *Halleri* bibliotheca *anatomica* & *phyſiologica*. Tiguri 771-774. III. 4. & ejus biblioth. *chirurgica* Baſil. 774-79. II. 4. & ejus *medico-practica*. Bern 779. III. 4. ab anno 1648. *) *Commentarii* de rebus in ſcientia naturali & medicina geſtis. Lipſ. 752-782. XXIV. 8. Ed. *Sandifort* Natuur en geneskundige bibliothek. Ins Gravenhage ab Anno 765. VI. 8.

*) J. A. *Murray* medicin. *practiſche* Bibliothec. Götting. 780. IV. 8. *) A. *Vogels* medicin. Biblioth. Erfurt. 752-769. II. 8. & ejus neue medicin. Bibliothec. Götting. 754-769. VIII. 8.

*) J. C. *Schlegels* medicin. Litteratur für practiſche Aerzte. Lpz. 783. V. 8. K. S. *Henzel* Entwurf eines Verzeichniſſes veterinariſcher Schriften. Stendal. 781. 8.

Annales litterarii cura C. *Hartke* & *Bruns*. Helmſt. 783. 8.

Blumenback mediciniſche Biblioth. Götting. 783. I. 8.

*) *Reichart* medic. Wochenblatt für Aerzte, Wundärzte und Apotheker. 4. Jahrgänge. Frft. 780-783. III. 8.

*) Allgem. *deutſche Biblioth*. Berlin. 783. LIII. 8.

G. C. *Lichtenberg* und G. *Forſter* Magazin Göttingiſch. der Wiſſenſchaft. und Litteratur. 3. Jahrgänge. Götting. 783. 8. Magazin ungariſch. od. Beiträge zur Geſchichte, Naturwiſſenſch. Geographie. Presb. 783. III. 8. Jageman Magazin d. italien. Litteratur und Künſte. Deſſau 783. VIII. 8. *) A. P. *Gesners* Samml. von Beobacht. aus der Arzneygelarth. und Naturkunde. Nördl. v. 771-773. V. 8. & ejus Entdeckungen der neueſten Zeit in der Arzneygelartheit. Nördlingen v. 778-783. Nördling. II. 8.

IV)

IV) *Commentationes* variarum *Societatum* aliorumque *Eruditorum* Diaria medica, mixti argumenti, recentiores præcipui ſunt: Medical Eſſays and obſervat by a ſociety en Edinburgh. VI. 8. uti & Eſſays & Obſervations phyſical & litterary of a ſociete en Edinburgh 754. III. 8. & Medical Obſervat. and Inquiries by a ſociety of Phyſic. 757-771. 8. Philoſophical transaction of the royal ſociety in London. Vol. LXXII. London 756-783. & for the years 751-782. Witenb. 768-772. davon *Leske* einen Auszug der zu der Naturgeſchichte, Phyſic und Oekonomie gehörigen Abhandl. herausgegeben. Lpz. 774. III. The montly revieux or litterary Journal. Lond. 757. 8. XXVIII.

Arzneykundige Abhandl. v. d. Collegio der Aerzte in *London*. german. v. *Krauſe*. Lpz. 777. 8. III.

*) Medicin. Verſ. und Bemerk. v. e. Geſellſch. Aerzte *in Edinburg*. Altenb. 749-755. VII. 8. Neue Verſ. und Bemerk. e. Geſellſch. Aerzte in *Edinburg*. Altenb. 756-775. III. 8. *) Mediciniſche Commentarien einer Geſellſch. Aerzte zu *Edinburg*. Altenb. 774-781. V. 8.

Acta Eruditorum *Lipſienſia* a. 1682-761. 4. Nova Acta eruditorum *Lipſienſia* 735-775. 4. J. *Bartholini Acta Hafnienſia*. Hafniæ 674. V. 4. c. f. Acta ſocietat. medicæ *Hafnienſ*. Hafniæ 776. II. 8. Societat. medicæ *Hafnienſis* Collectanea. Hafniæ 777. II. 8. Acta acad. Theodoro-*Palatinae*. Manhemii 782. IV. 4. Acta academ. Elector. *Moguntinae*, quæ Erfurti eſt. Erf. 757-777. 8. Breslauer Samml. Breslau. 717-736. 4.

Ephemerides med. phyſic. academ. naturæ curioſ. anno 1670-706. Norimb. 4. Dec. III. Ephemerid. acad. nat. curioſ. a. 712-722. Cent. X. Acta phyſico-medica academ. Cæſar. natur. curioſ. cum Kelneri ſynopſi. Norimb. 712-722. Cent. X. Nova Acta phyſico-medica academ. Cæſareæ nat. curioſ. Norimb. 757-783. VII. 4. Mediciniſch-chirurgiſche, anatomiſche, chymiſche und botaniſche Abhandl. der Naturforſcher der *kaiſerl. Academie* Nrbg. 755-771. XX. 4. c. f.

Acta *Helvetica* phyſico-mathematico-anatomico-botanico-medica. Baſil. 757-772. VIII, 4. Acta ſocietat. reg. ſcient. *Upſalienſis*. Upſal. 744-751. V. Nova Acta ſocietatis reg. ſcientiar. *Upſalienſis*. Upſal. 773. III. 4.

Hiſtoires & memoires de l'Academie royale des Sciences de *Paris* &c. a Paris. 733. ab a. 1666-699. X. 4. Nouvelles Centuries de l'hiſtoire & memoire de l'Academie de *Paris* 752-754. Hiſtoires & memoires

res de la ſociet. roy. de medec. de *Paris* 776-778. 8. germ. v. A. *Steinwehr*. Breslau XIII. 748-759. 8. d. phyſiſche Abhandl. & ab eodem d. anatom. chym. botan. Abhandl. Breslau 749-760. IX. 8.

Memoires de l'acad. royal de *Chirurgie* Genev. 743. IV. 4. G. *Arnaut* memoires de *Chirurgie* Paris 758. II. 8. Abhandl. d. Königl. Pariſ. Academ. d. Chirurgie e gallico v. *Königsdörffer* Altenb. 779. IV. 4. Kleine medicin. chirurg. Abhandl. Lpz. 781. III. 8.

Commentarii acad. ſcientiar. imperial. *Petropolitanae*. Petropoli 726-752. XIV. 4. Novi Commentarii *Petropolitani* ad ann. 747-748. Petropol. 750. XIX. 8. german. v. L. *Mümler*, Riga II. 783. 8. c. f. Commentarii ſocietat. reg. ſcient. *Göttingenſis* a. 752-759. Götting. IV. 4. Novi Commentarii Götting. VIII. 4. a. 770-780. c. fig. deutſche Schriften v. d. Königl. Societ. der Wiſſenſch. zu *Göttingen*. Götting. 771. 8. Verſ. und Abhandl. der naturforſchend. Geſellſch. in *Danzig*. 747. I. 4.

Berliniſches Magazin für die medicin. Naturgeſchichte. Berlin 765. 8. Berlin. Samml. zur Beförder. der Medicin, der Naturgeſch. Berl. 768. 8. *Berliner* Samml. zur Beförderung der Arzneywiſſenſch. der Naturgeſchichte, der Oeconomie und Cameralwiſſenſch. *Berlin* 768-780. XX. 8. Neue Samml. auserleſ. Wahrnehm. aus allen Theilen der Arzneywiſſenſch. Berlin 775. XIX. 8. alte und neue *Berliner* Mannigfaltigkeiten. Berlin 782. VI. 8. *Journal* für Freunde der Naturlehre, Arzneykunſt, Haushaltungskunſt und Manufacturen. *Lemgo* 778. VI. 8. *Allgemeines Magazin* der Naturkunſt und Wiſſenſchaften. Leipz. 753-767. XII. 8. Phyſicaliſche Beluſtigung. *Berlin* 751-757. XXX. St. 8. Neue phyſical. Beluſtig. Prag 770. 8.

Hannöveriſche gelehrte Anzeigen v. 750-778. 4. Abhandl. der Churfürſtl. *Bayeriſchen* Academie der Wiſſenſchaften, München 763. III. 8. gelehrte Beyträge zu den *Braunſchweig*. Anzeigen. 778. X. 8. *Hamburgiſches* Magazin, Hamburg. 747-763. XXVI. 8. Neues *Hamburg*. Magazin. Hamb. 782. XVII. 8 *Stralſundiſches* Magazin, oder Samml. auserleſ. Neuigkeiten für die Medicin, Naturlehre, Oeconomie. Stralſund. 767. 8. Samml. verſchieden, medicin. und chirurg. Abhandl. Strasburg 758-764. VIII. 8. *Bremiſches* Magazin zur Ausbreitung der Wiſſenſch. Naturlehre, Künſte und Tugenden. Bremen 757-764. VII. 8. Neues Bremi-

ſches.

ſches. Bremen 767. 8. Abhandl. der naturforſch. Geſellſchaft in *Zürch*. Zürch 761. V. 8.

Miſcellanea *Berolinenſia*. Berol. 710-743. 4. VII. 8. Acta Medicorum *Berolinenſia*. Berol. 717. X. Decad. II. 779. 8. Hiſtoire & Memoires de l'Academie royale des ſciences & belles lettres depuis ſon origine. Berolin. 733. de l'année 745-771. XXV. 4. Nouveaux memoires de l'academ. royale des ſciences &c. a Berlin 779. 4. das phyſical. Medicin: in einen Auszug gebracht von D. *Mümler*. Gotha 783. III. 8. c. f.

Verhandelingen vit gegewen door de *Hollandſche* Maatſchappye der Weetenſchapen te *Harlem* 755. XX. 8. & german. verſa von A. G. Kæſtner. Altenb. 758. 8. d. Abhandl. aus der Naturgeſchichte practiſcher Arzneykunſt und Chirurgie, aus den Schriften der *Haarlemer* und anderer *holländ. Geſellſch.* Leipz. 775. II. 8. Kongl. *Swenska* vetenskaps Academiens handlingar för ar. 739. Stokh. 740. XXIV. 8. & germ. Abhandl. der königl. *Schwediſchen* Academ. der Wiſſenſch. aus der Naturlehre, Haushaltungsk. überſ. von *Käſtner*. Hamb. 749-783. XL. 8. c. fig.

De *Bononienſi* ſcientiarum & artium inſtituto atque Academia commentarii. Bononiæ 731. V. 4. Memoires de l'academie de *Dijon* 769. II. 4. Commercium litterarium ad rei medicæ & ſcientiæ natural. incrementum inſtitutum. *Norimbergae* 731-745. X. 4. cum fig. *Fränkiſche* Samml. von Anmerk. aus der Naturlehre, Arzneygelahrtheit, Oeconomie, u. denen damit verwandten Wiſſenſchaft. Sammlung der auserleſ. und neueſten Abhandl. für Wundärzte. Leipz. 779. IV. 8. *Auszüge* aus denen beſten *franzöſ.* periodiſch. medicin. chirurgiſch. pharmacevt. Schriften. Lpz. 782. II. 8.

Beſchäftigung der *Berlin. Geſellſchaft* naturforſch. Freunde. Berlin 775. IV. 8. *Schriften*, der *Berlin. Geſellſch.* naturf. Fr. Berlin 783. IV. 8. Magazin (*neues ſchwed.*) kleiner Abhandl. welche in die Natur und Haushaltungskunde einſchlagen, von D. *Schreber* beſorgt. Gotha 783. II. 8.

Abhandl. der naturforſch. Geſellſch. in *Zürch*. Zürch 761. I. 8. Magazin (*Leipziger*) zur Naturkunde, Mathematic und Oeconomie, herausgegeb. von *Funk*, *Leske* u. *Hindenburg*. Lpz. 783. IV. St. 8. M. G. *Leske* Abhandl. zur Naturgeſchichte, Chemie, Anatomie u. Phyſik, Brandenb. 1781-82. II. 8. c. f. J. Bekmann Beytr. zur Oeconomie, Technologie und Cameralwiſſenſchaft. Götting. 783. VII. 8. *Magazin* vermiſchter Abhandl.

und

und belehrender Nachrichten von öconom. Gegenſtänden &c. Lpz. 763-782. J. H. *Pratje* öconom. Magazin, beſtehend in brauchbaren Auszügen aus denen beſten Schriften. Hamb. 783. IX. St. 8. *Leipziger Sammlung*. zur Phyſic und Naturgeſchichte. 783. III. 8. Neue Samml. phyſical. œconom. Schriften v. einer œconom. Geſellſch. in *Bern*. Zürch 782. II. 8. der *Naturforſcher*. Halle 783. XVIII. 8.

L. *Crell chymiſches Journal* für die Freunde der Naturlehre, Arzneygelahrtheit, Haushaltungskunſt und Manufacturen. Lemgo 778-780. VI. 8. & ejus *neueſte Entdeckungen* in der Chemie. Leipz. 781-783. IX. 8. & ejus *chemiſches Archiv*. Leipz. 783. I. 8. c. fig.

D. *Gaubii Adverſaria* varii argumenti. Leid. 711. I. 4. H. F. *Delii* Adverſar. argument. phyſico-medici. Erlang. 783. III. 4. J. C. *Tode* Adverſaria Clinico-practica. Hafniæ 776. I. 8. G. *Ludwigs* Adverſar. medico-practica. Lipſ. 773-778. XIII. 8. c. f. P. *Gerhart* adverſar. Baſil. 777. 8.

E. G. *Baldingers* ſylloge ſelectiorum opuſculorum argumenti medico-practici. Götting. 776-783. VI. 8. J. *Mohrenheim* Wieneriſche Beyträge zur practiſchen Arzneykunde, Chirurgie und Geburtshülfe. Lpz. 783. II. 8. C. G. *Selle* neue Beyträge zur Natur- und Arzneywiſſenſch. Berlin 783. II. 8. C. G. *Gruner* Bibliothec der alten Aerzte. Lpz. 782. I. 8. *Metzgers* vermiſchte Schriften. Leipz. 782. II. 8. F. A. *Waſſerberg* medicin. phyſiſch. Sammlung. Wien 1782. I. 8. G. *Schuſters* medicin. Journal über allerhand in die Medicin und deren Ausübung einſchlagende Materien. Chemniz 770. V. 8.

C. G. *Gruners* kritiſche Nachrichten von kleinen mediciniſchen Schriften inn- und ausländiſcher Academien v. 1780. in Auszügen und kurzen Urtheilen. Leipz. 783. 8. J. H. *Rahn* gemeinnüziges medicin. Magazin auf 783. VI. St. Zürch 8. Gazette de ſante. Zürch 783. I. 8. *Baldinger* Magazin für Aerzte 777. VI. 8. & ejus neue Magazin. Leipz. 783. V. 8.

C. *Medicus* Sammlung von Beobachtungen aus der Arzneywiſſenſchaft. Zürch 776. 8. J. *Paulini* Beobacht. aus der Arzneykunſt, mit *Burdaſch* Anmerk. e gallico. Presburg 776. 8. Sammlung auserleſ. Abhandl. zum Gebrauch *practiſcher Aerzte*. Lpz. 774-780. VIII. 8. *Vandermonde* Recueil periodique d'obſervations de Medecine, de Chirurgie & de pharmacie &c. Paris a. 754. 8.

con-

continuat. a *Roux* ſub titulo Journeaux de Medecine chirurg. pharmac. germ. Leipz. III. 4. Samml. der auserleſenſt. und neueſten Abhandl. für *Wundärzte.* Leipz. 783. VII. 8. Samml. neue von Abhandl. für *Wundärzte*, aus verſchiedenen Sprachen überſ. Lpz. 783. II. c. fig. 8. Samml. alte und neue auserleſene Wahrnehm. aus der Arzneykunſt, und Wundarzneykunſt. Strasburg 767. XIX. 8. Abhandl. auserleſ. practiſch. chirurg. und medicin. Inhalts. Lübek 776-777. III. 8.

K. F. *Uden* Magazin für die gerichtl. Arzneykunde und medicin. Policey. Stendal. 783. IV. 8. J. C. *Hennemanns* Samml. der neueſten Schriften über die Vieharzneykunſt, in Auszügen und Ueberſezungen. Stendal 783. I. 8.

Lichtenbergs Magazin für das neueſte aus der Phyſic und Naturgeſchichte. Gotha 783. III. 8. c. f. J. *Priesley* Verſ. und Beobacht. über verſchiedene Theile der Naturlehre. ex anglic. Wien 782. II. 8. F. *A. Waſſerberg* medicin. phyſicaliſche Samml. Wien 782. I. 8. & ejus medicin. phyſ. Commentarien. Wien 783. I. 8. Verhandelingen vitgegeven door het zeeuwſch Genootſchop der wetenſchappen tellisſinger. Middelburg 782. IX.

C. G. *Gruner* delectus diſſertat. medicarum *Jenenſium.* Altenb. II. 779. 4. J. *Klinkoſch* Diſſ. medicæ ſelectiores *Pragenſes.* Pragæ 775. I. 4. F. X. *Waſſerberg* Operum minorum medic. & Diſſert. *Viennenſium* faſciculi IV. Viennæ 775 - 76. 8. D. *Witwer* diſſertat. *Argentoratenſ.* delectus. Nürnb. IV. 777-780. Diſſertationes medic. ſelectæ *Tubingenſes* denuo editæ a C. F. *Reuſs.* Tubingæ 783. II. 8. Linnæi amœnitates. Holmiæ 740-769. VII. 8. Alb. *Halleri* Diſputationes *Notan.* II. *Chirurgicæ* ſelectæ. Lauſannæ 1753-756. V. 4. c. fig. & ejus *Anatomicae* ſel. Götting. VII. 746-751. 4. c. f. & *Practicae* de morbor. hiſtor. & curatione. Lauſannæ VII. 752-760. 4. *Hallers* auserleſene *chirurgiſche* Diſputationen in einen Auszug gebracht, mit Anmerk. verſehen, von F. A. *Weiz* Leipz. 782. III. 8. und ſo die *practiſche* v. L. *Crell.* Helmſt. 779-780. III. 8. F. J. de *Overkamp* Collect. diſſertat. phyſic. medicar. Frft. 767. 4. & Ed. *Sandiſort* theſaurus diſſertat. &c. Roterodam. 769. II. 4. c. fig. *Weber* vollſtänd. Auszüge aus neueren Streitſchriften, phyſical. medicin. Inhalts. Bremen 776. 8. II. F. *A. Weiz* vollſtändige

Aus-

Auszüge aus chirurg. Diſputationen. Lpz. 773-74. VI. 8. & ejus neue Auszüge aus Diſſertationen für Wundärzte. Lpz. 783. XVII. 8. J. A. *Mellin* Auszüge aus pract. Diſputationen. Altenb. 771. III. 8. E. G. *Baldingers* Auszug medic. Diſputationen. Berlin. 773. I. 8.

V.) *Biographiam litteratorum* variorum, & *medicorum* quoque, ſcriptis propriis communicarunt recentioris ævi. *) *Jöchers* allgem. gelehrtes Lexicon. 750. IV. 4. *) *Hambergers* gelehrtes Deutſchland von jeztlebenden deutſchen Schriftſtellern, von *Meuſel* fortgeſezt. Lemgo 756. & 776. 4. IV. und ſeine kurze Nachricht der vornehmſten Schriftſteller vom 16. Jahrhundert. 766. II. 8. J. W. *Möhſen* Verzeichniſs einer Sammlung von Bildniſſen gröſtentheils berühmter Aerzte. Berlin 770. 4. Lemgo. 774. *) C. W. *Kaeſtner* medic. gelehrtes Lexicon. Jen. 746. 4. G. *Matthiae* conſpectus hiſtoriæ medicorum chronologicus. Gött. 761. 8. ad finem Sec. 17. usque, ſe extendit.

J. M. *Schroeks* Abbildung u. Lebensbeſchreibung berühmter Gelehrten. 764-769. III. & ejus allgemeine Biographie. Berlin. 767-72. IV. 8. *Brukers* Ehren-Tempel der deutſchen Gelehrſamkeit mit d. Bildniſſen und Verdienſten merkwürdiger deutſcher Gelehrten aus d. XV-XVIII. Seculo. Augſp. 747. fol. V. *Moſer* und *Neubauer* Biographie jeztlebender Gelehrten. IV. 4. *) J. G. *Büchner* de vitarum inter eruditos occurrentium ſcriptoribus.

Gruner Allmanach für Aerzte und Nicht-Aerzte aufs Jahr 782 u. 783. 8. Fr. *Boemers* Lebens-Umſtände und Schriften jeztlebender Aerzte und Naturforſch. Wolfenbütt. 749-64. III. 1-14. zehent. 8. *Baldingers* Ergänz. der Boemer. Nachr. jeztlebender Aerzte und Naturf. Jena. 768.-772. I. Taſchenbuch für deutſche Wundärzte. Altenburg. 783. c. fig. Biographias Chirurgicorum quorundam continet.

J. W. *Baumer* bibliotheca chemica, de chemicorum vitæ curriculis quædam habet. Gieſſen 782. 8. M. D. *Weiz* gelehrtes Sachſen. Leipz. 780. 8. (vitas quorundam medicorum continet.)

Maier gelehrtes Anſpach. J. *Baieri* biographia profeſſorum Medicinæ, qui in Academia Altorfina unquam vixerunt. Norimb. 728. 4. *Moſers* Würtemb. Bibliothek. Stuttg. 776. 8. & ejus würtemb. gelehrtes Lexicon. Tübingen 772. 4. J. P. *Nicerons* Nachr. von de-

nen Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten. Halle 749. XI. 4. G. W. *Dunkels* hiſtor. critiſche Nachr. von verſtorbenen Gelehrten und deren Schriften. Cöthen. 753. III. 4.

E. T. *Guerike* allgem. hiſtoriſche u. critiſche Betrachtungen über die mediciniſche Litteratur unſ. Jahrhunderts, und Biographien groſſer Aerzte und Naturforſcher in u. auſſerhalb Deutſchlands aus dem 18. Jahrhundert. Lpz. 781. II. 8. Nachrichten zur Geſchichte noch lebender u. nicht lange verſtorbener Gelehrten in und auſſer Deutſchland. Braunſchw. 781. 8.

Hi ſunt præcipui quidam *Autores hiſtoriam & Dogmaticam & Litterariam* ac *Biographiam*, uti & Collectiones variarum Tractationum reſpicientes, quantum videndi, colligendi mihi occaſio, tempus & ſpatium ſuppetebant, ac finis requirebat. Plures Commentationes, Tractationes Societatum & ſic dictarum Journeaux, Collectiones tractationum, Itineraria recenſet *Erxleben* in ſ. Anfangsgr. d. Naturlehre, jam cit. p. 20. & partim quoque *Murray* in enumeratione librorum præcipuorum medici argumenti. Lipſ. 773. 8. & in Catalogo Bibliothecæ *Bochianae*, Onoldi. 757. 8. in quo ſic dicta Diaria & Jorneaux, tum temporis cognita præcipue recenſentur, exceptis *Novellis* publicis eruditis tam variis litterariis, mixtæ materiei, *Tubingenſibus*, *Göttingenſibus*, *Argentoratenſibus*, *Hallenſibus*, *Lipſienſibus*, *Jenenſibus*, *Erfurtenſibus*, *Erlangenſibus*, *Gotaenſibus*, *Francofurtenſibus*, *Norimbergenſibus &c.*

DISCI-

DISCIPLINARVM MEDICARVM

PRINCIPALIVM

DETERMINATIO ET DISQVISITIO

ACCVRATIOR.

DISCIPLINÆ MEDICÆ PRINCIPALES.

§. 102.

Diſciplinas ſingulas, *præparantes*, tam *univerſales*, quam *particulares*, quo modo, quibus ſub conditionibus *Medicinæ cultori* inprimis inſerviant, accurate ſatis hactenus, uti credimus, & quantum fieri potuit, in harum paginarum limitibus disquiſivimus: reſtant nunc *Diſciplinæ medicæ principales*, quæ non tantum ſolide erudito Medico, ſed cuivis Medico practico, lucri & ſuſtentationis cauſa non tantum praxin exercenti, quam maxime ſcitu neceſſariæ ſunt, eique non ſatis poſſunt commendari. In hiſce conſideratur corpus humanum, tam in ſtatu *ſano*, quam *ægroto*.

Uterque *Status* comprehendit vel *theoreticam* vel *practicam* partem.

A) In *Theoreticis diſciplinis* medicis principalibus conſideratur,
   a) corpus hominis, vel in ſtatu ejus *ſano*;
   b) vel in *ægroto*.

Diſquitio corporis *humani ſani*, ſecundum Theoretices principia, diverſos iterum habet reſpectus.

Alii ſunt, quibus *functiones* & actiones ſingularum partium, ſani corporis humani penſitantur, de quibus in *phyſiologia anthropologica* præcipue eſt ſermo, cujus *objecta*, *fines* & *uſum* ſuperius jam diſquiſivimus in capite de *Phyſiologia*, tam generali, quam ſpeciali, *anthropologica*. Alii ſunt, quibus *ſigna* de functionibus non læſis, plane ſanis, corporis humani in-

inveſtigantur & declarantur: qui ſpecialiter pertractantur in *ſemiotica phyſiologica.*

Alii denique ſunt reſpectus, quibus modus conſervationis ipſius corporis humani ſani inveſtigatur, quos tradit *Diætetica* ſ. *Hygiæne*, tam *conſervatoria*, quam *prophylactica*, & quidem ope *mediorum*, quæ in materia *diætetica* ſ. *alimentaria* communicantur & pertractantur; & hominibus ſanis commendantur ad uſumfructum, tam *crude*, incocte, (prouti benevola natura iſta corpora ad neceſſariam ſuſtentationem & præſervationem proficua, hominibus communicat,) quam *præparata*, artis coquinariæ legibus & præſcriptis.

CAP. XI. SEMIOTICA PHYSIOLOGICA.

§. 103.

Semiotica Phyſiologica eſt ea doctrina, ſ. illa Medicinæ pars, qua ſigna exhibentur corporis ſani.

Quamdiu conſenſus omnium actionum naturalium in corpore adeſt humano, tamdiu *ſanitas* exiſtit in eo. Quamdiu iſtæ actiones ſine ulla fiunt moleſtia, apparent tum quoque commutationes quædam, quæ vel qua effectus, vel qua cauſæ bonæ conſiderantur valetudinis, indicia & ſigna ea hinc poſſunt exhibere, quibus hominis ſalus ſperanda & determinanda eſt.

Sanitatis diverſitas multum pendet a varia ætate; a corporis actionibus naturalibus; a diverſa ſolidarum fluidarumque partium conſtitutione; & denique a ſingulorum viſcerum inſtrumentorumque habitu. Singuli hi diverſique reſpectus & relationes ſanitatis efficiunt quoque diverſa *principalia objecta ſemiotices phyſiologicæ.*

In *Semiotica phyſiologica* determinantur:

I.) *ſigna ſanitatis* ex *mutatione corporis naturali*, ſeu *ætate*; tam infantili, quam puerili, juvenili, adoleſcentum, virili, uti & ſenectutis decrepitæ; quæ tantam efficiunt conſpirationem, ut altera alterius quaſi emendatrix, & futuræ ſalutis ſit index: ſic ex delictis ætatis alterius, alteri futura quævis poſſunt præſignificari: uti e diverſis vitæ generibus; cæli diverſitate, tamque diverſi generis populorum inſtitutis, conſuetudinibus introductis in certis regionibus, ſigna vitæ ſanitatiſque peregregia elicere poteſt medicus.

II.) *Signa ſanitatis* quoque in ea deſumuntur, ex *actionibus*;

a) *vitalibus*, ſuccorum nimirum in orbem curſu, circulo, congrua copia, reſpiratione, & inde pendente corporis levitate ac agilitate;

b) *animalibus*, ſenſu & motu conſtantibus;

c) *naturalibus*, ſecretione & excretione naturali conſueta;

d) *actionibus ſexus* ordinariis.

III.) Uti e temperie humorum & reliquo corporis ſtatu ſ. *temperamento*, Sanguineo, Phlegmatico, Cholerico, Melancholico;

IV.) E *ſingularum* corporis *partium habitu*, qua *ſanitatis ſigno*, a capite, oculo, auribus; corde, vaſculis, a pulſu; pulmonibus; ventriculi & inteſtinorum conditione; hepate; renibus; extremitatibus corporis; habitu corporis reliquo.

Et ſic *ſemiotica phyſiologica ſigna* recenſet *ſanitatis*, quæ non tantum e mutationibus ſucceſſivis humani corporis, ſed ex actionum quoque vigore, & conſtantia colligenda ſunt. Sanitas tum generatim

tim, & ſingulorum quoque hominum e doctrina de temperamentis, ſeu e varia proportione ſolidarum & fluidarum corporis animalis partium debet illuſtrari, e quibus omnibus viſcerum tandem ſpecialiſſima poteſt dijudicari ſanitas.

Quam variæ in corpore humano poſſint oriri mutationes, ex hactenus recenſitis objectis ſemioticæ phyſiologicæ ſatis elucet, & tales quidem, quæ ſanitatem vel bonam, vel malam, facile corrumpendam declarant, e quibus medicus quoque ſibi poteſt formare concluſionem adæquatam & certam, quid in poſterum ſit ſperandum, de iſtius hominis ſtatu ſano; dein quoque, quatenus conditio iſta ſani corporis tranſire poſſit in morbum ipſum, & qualis ille futurus ſit.

§. 104.

Inſervit hæc *Semiotices ſpecies* non parum *Medico*, ſi vel ſanitatem partis in ſe ſpectatam, vel gradum integritatis quodammodo labefactatæ, indicare ipſi eſt animus, & officium ei ab aliis, ab ægro, vel ejus familia, oblatum.

Valde *neceſſaria* eſt hæc *Semiotica phyſiologica*, ſine qua medicus minime feliciter & tuto progredi poteſt in pathologia; prudentem ea quoque Medicum reddit in dijucando & formando recto judicio, ne ex faciei colore, ſpecioſiori habitu, obeſitate, ſanitatem ipſius metiatur, quum iſte habitus ſit, bene monente celebri Hippocrate, diſpoſitio athletica non a natura.

In morbis cognoſcendis, uti *medicus* ad omnia in compoſitis illis actionibus evenientia, attente debet reſpicere, eum in finem, quo præternaturalem earum ſtatum perſpiciat, ſic ad *hoc ſcrutinium* accurate

rate ſuſcipiendum egregie ſe *præparat*, ſi perſpecta prius *phyſiologia*, amicorum æque ac corporis ſui ſanitatem omni cum cura, ad regulas, in ſemiotica phyſiologica obvenientes diſquirit: probe autem ſimul cavendum, ne in nativa quaſi hominum imbecillitate, omnibus numeris abſolutam ſanitatem nimis quærat ſcrupuloſe, atque ita non morbos tantum ſibi ipſe fingat, ſed id quoque perſuadeat amicis ſuis.

Semiotica phyſiologica multum *confert medico* ad intimiorem cognitionem ſtatus hominis, tam ſani, quam ægroti, adeoque ad veram medici dignitatem & præſtantiam. Tam variæ enim mutationes, quam quotidie occurrunt in machina humana, neceſſario quoque producere debent certos effectus, qui per ſigna quædam certa propius poſſunt determinari; & quum iſta ſigna certa ſint, quæ multorum ſæculorum obſervationibus fundata ſunt, officium eſt medici, hæc omnia ſigna accurate colligere, & ex eorum comparatione, tam in ſtatu ſano, quam in ægroto ad certitudinem pervenire evidentem.

Nam uti hominum ſanitas tam diverſa eſt, & pro temperamenti, ætatis, ſexus differentia, præter multas in vulgus notas obſervationes, quam plurima adhuc ſpecialia communicat, quæ Medico ſunt ſcitu neceſſaria, niſi in judiciis ſuis de regimine & conſtitutione totius diætæ errare velit; ita quoque ſe res habet in *ſemiotica pathologica*, in doctrina de ſignis ſtatus hominis ægroti.

*) C. G. *Gruner Semiotice* phyſiologicam & pathologicam generalem complexa. Halæ, 1775. 8.

*) C. G. *Ludwig* Inſtitutiones phyſiologiæ. Lipſ. 1752. 8. mentio quoque in fine fit ſemiotices phyſiologicæ, & in *Boerhav.* Inſtitut. medic. ſ. phyſiolog. j. c. & in *Loeſeke* phyſiolog. j. c. S. *Scharſchmidt* Semiotic. Berl. 756.

§. 105.

Ad interiora *Semiotices Phyſiologicæ* ut eo accuratius & plenius penetremus per multum quoque adjuvat, & confert *Phyſiognomia*.

Ea ſcientiæ hujus ſpecies, qua, quid anima noſtra vel appetat vel fugiat, ex organis corporis noſtri certis principiis dignoſcitur: Ea ſcientia, qua characteres perpetui, non fata accidentalia, hominum, ex externo ejus aſpectu, ex habitu, inprimis faciei & corporis, motibus variis innoteſcunt, qui omnes complectitur hominum characteres, completum ſimul efficientes characterem totalem.

Quum hæc ſcientia phyſiognomica diſquirit & conſiderat characterem phyſiologicum temperamenti, phyſicum, intellectualem, moralem, habitualem medicum, characterem ſocietatis, & characterem de ingenii naturalis dexteritate, varias quoque alias, quot diverſæ exiſtunt in homine, partes hinc ea comprehendit: differentes valde, pro cujusvis hominis vario ſexu, ætate, variis vitæ conditionibus, vitæ genere, nationibus, gentibus, locis, regionibus, religione, negotiis ac occupationibus, muneribus, climate, educatione, temperamento, colore, ſimilitudine cum brutis, pro cujusvis hominis conditione, reſpectu ſtatus ejus ſani, reſpectu ſingularum externarum partium corporis humani anatomice, phyſiologice conſideratorum; præter varios alios reſpectus, quibus animæ qualitates probæ & malæ morales, virtutes hominis, vitia, imperfectiones, affectus, indicantur.

Motus in corporis noſtri organis oriuntur quidam, quando & quales ſunt in mente conatus, & verſa vice repræſentationes in anima oriuntur, quando & quales motus ſunt in corporis organis. Omnes

hæ

hæ mutationes animæ noſtræ inditæ ſunt ex ſua eſſentia, & corporis noſtri eſſentia conſiſtit in modo compoſitionis, qui animæ eſſentiæ reſpondet, inclinationum æque ac averſationum innatarum diverſitates, ex diverſitate organorum corporis cujuslibet ſtructura intelliguntur.

Connexio ſ. harmonia conatuum animæ noſtræ, cum vultu & geſticulationibus quum per experientiam nobis ſit certa: certo ſcire poſſumus ex organis corporis figuratis humani conatus innatos: mortalium enim motiva, quibus vultus, loquela omniaque motuum inſtrumenta diriguntur, nobis per experientiam ſæpius reiteratam nec incognita ſunt; principiis enim quibusdam certis gaudemus, quibus animæ conatus certo quodam modo ſ. inclinationes & reclinationes poſſumus concludere; atque id ſcientiæ *phyſiognomicæ principiis*.

Phyſiognomia magis eſt rationalis ac *Chiromantia*. *Chiromantia* eſt manuum inſpectio, qua ex lineamentis futura prædicantur. Cuticula, cui lineamenta inſunt, nil aliud eſſe videtur, teſte *Morgagno* in adverſariis anatomicis, niſi ipſa ſumma cutis ſuperficies, ab externa compreſſione indurata: ex quo patet, lineamenta non ex cuticulæ eſſentia naſci, ſed reiterata manuum ſucceſſiva compreſſione. *Phyſiognomia* vero quodammodo ex principiis poteſt demonſtrari.

Ad *rem medicam phyſiognomia* utilitatem confert haud exiguam: tales enim in anima oriuntur conatus, quando & quales motus in corporis organis ſunt, quos per regulas phyſiognomiæ probe poſſumus dignoſcere: in ſanitatis enim ſtatu percipimus quoque, motus in corpore noſtro illæſos, rationeque ætatis homini proprios, cum facilitate quadam

dam exercendos repræſentationibus convenire: Hisce animæ noſtræ conatibus exploratis, perſcrutari deinceps facile poſſumus, quibus regulis ſanitas vera a ſimulata diſtinguenda: ſæpius enim contingit, ut ſanitatis ſignis illæſis, vultus de reclinatione quadam maxima indicet, illique etiam univerſæ reſpondeant mutationes.

Non decipitur igitur *Medicus*, per vultus & geſticulationum ſanitati contrariarum connexionem, hujus & illius individui motiva non ignorans: quod e variis exemplis, in praxi medica ſæpius obviis, poſſet demonſtrari; ſic matrona quædam, defuncto mare ſuo, non ſtatim afflicta erat melancholia magis benigna, ſed perditis caſu fortuito opibus, viſcera valde læſa eſſe declaravit; ad ea quoque conatus ſuos inclinabat, ut præteritus ſtatus eandem feliciſſimam reſtitueret. Suſpiria proditores erant præcipui, de conatu eandem ſenſationem producendi, uti & verba, præterito connexa, & vultus geſticulationes. Quid vero fiebat? Opes iterum ex parte reſtitutæ, ex hæreditate aliqua, viſcera ſtatim ſanabant læſa. Nonne in iſto caſu, uti in quamplurimis aliis medicus ex phyſiognomia poteſt dijudicare cum altero converſatus, an ſanitas exiſtat vera, nec ne? Diverſitates corporum exhibent anſam ad tam diverſos animarum conatus, qui ſunt repræſentationes, originem ſuam ultimam atque prima incunabula repetentes a ſenſibus: nervi ſenſibus inſerviunt, & temperamenta in diverſa nervorum conſtitutione conſtant, hæc diverſitas temperamentorum ex *phyſiognomia* quoque poteſt dijudicari, e qua parte ea quoque a Medico haud parvi æſtimanda eſt.

Quam plurimi *animi morbi* ſ. turbationes & læſiones conatuum ac ſenſuum internorum regulis phyſiogno-

ſiognomiæ poſſunt inveſtigari. Phyſiognomus enim ex corporis humani organis conatus ſolitos ac innatos poteſt exponere. Vultus enim geſticulationes, loquela, ſanguinis circulus, ac reliquæ extremitatum mutationes conveniunt conatibus. Geſticulationes vultus itaque innatas ad naturam, ſi animadvertere poſſumus, dignoſcimus quoque, ſi ſunt mutatæ, ex his conatuum turbationes: ſic e. g. aſpectum habet pallidum maniacus, ac audacem oculis ſanguine ſuffuſis, cujus loquela proditor quoque eſt ſeriei turbatæ inclinationum & reclinationum.

Doctrinæ de *temperamentis* perfectionem affert Phyſiognomia; temperamentorum vero cognitio ad praxin multum valet medicam; phyſiognomia hinc praxi medicæ ex hoc quoque reſpectu præter varia alia, æque notatu digna, e. g. reſpectu medicaminum, virium agendi, inſervit.

Per *organa* corporis humani *motiva*, dignoſcit probe conſueta *phyſiognomus*, ſcientia ejus hinc maxime convenit *medicinæ forenſi*, quæ eſt pars rei medicæ practicæ, quæ corporis noſtri præternaturales caſus, juſſu cujusdam magiſtratus decidere docet; in qua magna occurrit morborum congeries, ſimulatorum æque ac pariter occultorum. Morbum, quæ ſimulatum conſtituunt inſolita motiva, quibus variæ actiones diriguntur, ex organis hominis cujusdam, ex motivis ſolitis ſ. innatis, aut ex ejus inclinationibus, phyſiognomus comparare & explorare poteſt, phyſiognomiæ theoreticæ principiis. Phyſiognomiæ hinc morborum ſimulatorum æque ac diſſimulatorum cauſam plerumque detegendi, nomen haud incongrue ex parte attribui poteſt pathologiæ morborum ſimulatorum & diſſimulatorum.

Ex omnibus hiſce allegatis illuceſcet nunc maniſeſte, quanto *perfectiores reddat Phyſiognomia cau-*

telas

telas medico practicas. Quum ea inſtruit medicum, ſanitatem veram a diſſimulata diſtinguere; diverſitates temperamentorum, morboſque fictos explorare, æque ac animi morbos; remediorum vim & adhibendi modum; & in caſuum deciſione præternaturalium certitudinem nobis producit: nonne iſta ſcientia rei medicæ cautelas præbet maximas? Phyſiognomiæ ſcientia, quum & theoriæ & praxi medicæ diverſi generis perfectiones afferat, non exigua utilitate gaudet phyſiognomia in re medica, hominem & in ſtatu ejus ſano, & in ægroto conſiderante.

*) J. L. *Lavater* phyſiognomiſche Fragmente zur Beförderung der Menſchenkenntniſs und Menſchenliebe. Lpzg. 775-778. IV. 4. welche verkürzt herausgegeben, a A. M. *Armbruſter*. Winterthur. 783. I. 8. & Gallice Winterthur. 783. II. 8. c. f. & ejus tractatus v. d. Phyſiognomik. Lpzg. 772. II. 8. Ueber Phyſiognomik wider d. phyſiognomen z. Beförderung der Menſchenkenntniſs und Menſchenliebe, Götting. 778. 8. J. C. *Lavaters* Anmerkungen z. e. Abhandlung über Phyſiognomik. Lpz. 778. 8.
M. L. *Wychgel* Diſſert. medica de Phyſiognomia hominis. Duisburg. 780. 8. *) S. *Schinz* diſſert. de utilitate ſcientiæ phyſicæ, quæ de Phyſiognomia quoque continet quædam. Turici. 780. 4. F. L. *Supprian* diſſ. præſide G. Krüger de Phyſiognomiæ in re medica utilitate. Halæ. 745. 4.

CAP. XII. DIÆTETICA.

Ad *ſcientias medicas principales theoreticas*, in quibus corpus humanum *ſanum* conſideratur, omni jure refertur quoque *Diætætica* ſ. *Hygiæne*, ea ſcientiæ medicæ pars, in qua præcepta ad ſanitatem conſervandam traduntur, quæ conferunt ad vitam longam & inconcuſſam.

§. 106.

Deſcribit ea, quo uſu munerum intra & extra nos poſitorum præſentem bonam valetudinem tueri poſ-

poſſumus; quæ & victus rationes, & omne rerum non naturalium moderamen docet.

Legitimam ea tradit victus rationem, qua optimus uſus rerum naturalium ordinatur, ætati, ſexui, temperamento, morbo, anni tempori conveniens. Omnibus creaturis animatis leges quædam naturales præſcriptæ ſunt, quibus ſe conſervare poſſunt & debent, & ad eas conſervandas neceſſariis viribus ſtructura earum corporea prædita eſt, tantæ eæ tamen ſunt extenſionis, & tam indeterminatæ, in homine inprimis, ut limites earum facile iſte transgredi, & conſervationi ſuæ haud exiguum detrimentum afferre poſſit, ſi libertate ſua, præ omnibus aliis creaturis, ei præcipue collata, incircumſpecte uti velit. Leges hæ neceſſario accuratius determinandæ, & in peculiari ſcientia accuratius deſcribendæ erant, quæ *Diætetica* appellatur.

Quamplurimi morbi, quibus alias plenarie ſanus homo expoſitus eſt, oriuntur vel a cauſis externis violentis, prudentia præcavendis, vel a vitiis diætæ, quæ avertenda ſunt. Ad homines in ſtatu eorum ſano conſervandos medicus nil magis poteſt commendare, & præſcribere quam bonam diætam, ſeu vitæ genus. Diæta modum determinat, quo homo rebus non naturalibus utitur. Si ſtatui corporis ejus proportionatus eſt, uſus iſte, ad diætam bonam omni jure refertur, alias vero eſt vitioſa. *Res non naturales* iſtæ ſunt, quarum effectui humanum corpus ſæpius eſt expoſitum, non exiguum quæ habent influxum in ejus ſanitatem, nec tamen tam exacte cum homine ſemper & perpetuo ſunt junctæ, ut earum influxus in hominem, per quoddam tempus non ceſſaret. Omnia, quæ in nos agunt, hinc jure huc debent referri: 1) ad ingeſta; 2) ad geſta & in animo; & in corpore. 3) ad excreta & retenta;

ta; 4) ad corpori extrinſece applicata. In juſto regimine harum claſſium ponitur tota Hygiæne, quas vetuſtas conſiſtere dixit in ſex rebus non naturalibus.

Res *naturales*, ſanitatem quidem mutantes, ſtricte vero a natura humana pendentes, ut ſunt 1) robur, 2) temperamentum, 3) ætas, 4) ſexus, opponuntur veterum rebus ſex non naturalibus, ad quas a Medicis referuntur: 1) Animi affectus, ſ. pathemata, 2) aër, 3) ingeſta, externe applicata, 4) retenta & excreta, 5) motus & quies voluntaria, 6) ſomnus & vigiliæ; quæ res non naturales, cauſas ſanitatis tam limitatæ efficiunt, uti & ea omnia, quæ homo conſervationis ſuæ cauſa ingerere, ſeu egerere debet, quæ mechanica ſunt ſequela corporis ejus; quæ ab ejus lubidine & animali ſtructura pendent.

Hancce ob cauſam *Diætetica* commode dividitur in *partes* duas *principales*.

In priori conſideratur corpus quoad ejus ſtatum *humanum ſanum*, & quidem

a quoad plenariæ ſanitatis præſentis conſervationem, alias *conſervatoriam*, ſeu ſyntereticam dictam;

b) quoad futuram imminentium morborum præſervationem, alias *præſervatoriam*, prophylacticam, nuncupatam.

In propriori parte conſideratur corpus humanum in *ſtatu ejus ægroto*, pro diverſa ſimul in morbis ſingulis obſervanda diæta, aliis analeptica, ſ. *curatoria*, dicta.

A) In *Diætetices* parte *conſervatoria* conſideranda occurrunt

I) *Generalia Indicantia*, ſ. quibusvis hominibus convenientia momenta, & quidem

a) *Pri-*

a) *Primaria*, ſanitatem inconcuſſam indicantia, ejus naturam, differentiam, ſigna, tam ex corporis habitu, quam ex antecedentibus circumſtantiis, uti a parentibus, a regimine, diæta conſueta, deſumenda, ſecundum principia ſemiotices phyſiologicæ.

b) *Secundaria*, reſpectu diverſimodarum cauſarum, tam generalium, quam ſpecialium, quibus ſanitas vel conſervatur, vel læditur: uti ætas, regio, ſexus, anni tempus, vitæ genus, conſuetudo, idioſyncraſia, temperamentum.

II) *Indicata & regulæ* tam *generales*, quam *ſpeciales* heic quoque occurrunt reſpectu recti ac legitimi uſus, ſic *dictarum rerum ſex non naturalium.*

Primaria ex iis eſt a) *Aër*, utiliſſimum illud fluidum, globum noſtrum terraqueum ambiens, ad corpora noſtra in vivis conſervanda maxime neceſſarium, qua potior crebriorque & ſanitatis & morborum cauſa. Conſideranda heic occurrit *Aëris* notio, differentia, quantitas, mutationes, & mixtiones, variæque aliæ qualitates; motus; locus ſ. regio varia; quoad tempora anni, diei, durationis; neceſſitas, effectus tam ſalutaris, quam noxius, una cum mediis præſervantibus, domiciliis, veſtitu, &c.

b) *Ingeſta*, *cibum* & *potum* continentia. E quibus *ciborum*, qua alimentorum ſolidorum, l. fluidorum in ventriculum ingeſtorum examinatur natura, origo tam ex vegetabili quam animali regno deſumtorum; cujusvis differentia, ſpecies, (quoad *vegetabilium* radices, plantas, fructus, ſemina, frumenta, legumina; ac quoad *animalia*, volatilia, quadrupedia, aquatica; eorum qualitates, effectus ſanitati ſalutares & noxii;) quanti-

taſ ſ. copia, tempus & ordo aſſumendi; modus præparationis ejusque diverſitas; additamenta in præparatione; alimenta aliorum in ſalubritatem corrigentia.

Eodemque ordine & reſpectu *potulenta* & naturalia & artificialia & fermentata, & alias conſueta domeſtica æque diætetice disquiruntur ad condimenta, tam indigena quam extranea.

c) *Excreta* & *retenta*, quæ corpus humanum, in ſtatu ſano, per diverſi generis organa excretoria, partim qua ſuperflua, qua nociva; nonnunquam quoque qua laudabiles humorum partes amittit, & in forma ſolida & fluida; ad quæ referuntur alvus, urina, tranſpiratio inſenſibilis & ſudor, ſputum, mucus, cerumen, lacrymæ, ſemen, menſtrua, lochia, hæmorrhoides, narium hæmorrhagia, &c. quorum in diætetica conſervatoria, penſitatur natura, differentia, copia, ſ. quantitas, qualitas, modus, tempus & locus excretionis, adjuvantia & retinentia media, neceſſitas, effectus ſalutares & noxii; uti in *retentis*, qua humoribus & ſpiritibus bonis, ad quæ referuntur ſanguis, ſaliva & bilis, ſuccus pancreaticus, liquor gaſtricus, genitalis, lacrymalis &c.

d) *Motus* & *quietis* moderamen inter præcipua ſanitatis præſidia relatum, jam a proavis noſtris; præcipue adjuvans digeſtionem, chylificationem, ſeu excretiones & diſtributiones nutrimenti, tam diverſorum ciborum & potuum, in corporis commodum & nutrimentum aſſumtorum. Cujusvis natura, ſpecies, differentia, (pro conditione ſubjecti, ætatis, ſexus, corporis totius l. ſingularum ejus partium, uti vocis;) habitus, temperamenti, conſuetudinis, gradus, tempus congruum, duratio, ſuppreſſio, neceſſitas, effectus

ctus proficuus & noxius, ſitus corporis conveniens hoc loco obſervatur.

e) *Somnus* & *Vigiliæ* etiam ad res non naturales referuntur.

Diætetica dirigit rationem, ſomni, conſuetudinis, veſtitus, vitæ generis ſpecialis. &c. Alia eſt

a) in *Gravidis*, reſpectu veſtitus, & remediorum diæteticorum, obſervandorum in abortu, in partu & poſt eum. Iterum alia in

b) *Infantibus recens natis*, ſtatim poſt partum, reſpectu integumentorum & faſciarum, nutritionis infantis ope lactis maternæ, vel nutricis; reſpectu diætæ infantum & lactantium; modi lac infantibus exhibendi, aliorum nutrientium qualitatis, quantitatis, educationis ſubſequentis. In

c) *Infantibus* ablactandis, & confirmatioris ætatis; ratione ablactationis, ciborum & potuum tam infantibus utilium quam noxiorum, eorumque ſelectus; veſtimentorum; quietis & motus diverſimodi; puritatis; pectinationis, balneorum; conſervationis organorum ſenſuum; pathematum animi; reſpectu frequentationis ſcholarum, gymnaſiorum, academiarum; educationis ad futurum vitæ genus eligendum; formationis animi & corporis, &c. Rurſus alia obſervari meretur a

d) *Litteratis*, in quorum diæta varia notatu digna & accurate obſervanda ſpecialia occurrunt, e. gr. ratione laboris, & modi litteris incumbendi; contentionis ſtudiorum; ſitus corporis præternaturalis, temporis ſtudiorum; muſeorum; motus corporis; alimentorum, potulentorum, evacuationum, ratione præſervandorum & evitandorum variorum ſtatuum præternaturalium.

In quavis litteratorum claſſe variæ ſpeciatim conſiderandæ occurrunt regulæ diæteticæ: e. gr. In *Theologo* non ſolum reſpectu modi & muſei ſtudiorum, laborum, in quibus memoria inprimis verſatur, concionum habendarum & jam habitarum, in viſitatione ægrorum, inprimis contagioſorum, epidemicorum & moribundorum; in comitatu funerum &c.

e) Diæta in *Aulis principum* particularem condit quoque partem diætæ ſpecialis conſervatoriæ, uti &

f) *Militum*, tempore tam pacis, quam belli, reſpectu rerum potius ſex non naturalium: & ſic quoque

g) *Opificum* & h) *Peregrinantium* diæta, diverſo anni tempore, variis aliis circumſtantiis valde differens.

B) In *Diætetices parte præſervatoria* ea inprimis momenta penſitantur, quæ reſpiciunt media, quibus ſanitas præſens conſervari, & a ſtatu præternaturali poteſt caveri.

Media iſta diætetica ſunt vel *Pharmaceutica*, quæ in perfecte ſanis locum vix habent; in debilioribus autem & imbecillis adhibetur, quandoque roborans, evacuans, emeticum, purgans, laxans, diaphoreticum, aut temperans, reſolvens, uti & aquæ minerales, balnea, inſeſſus, pedilavia: vel adhibentur *Chirurgica*, quæ quoque vix niſi in valetudinariis, ſive non perfecte ſanis, locum habent, ut ſunt ſanguinis detractio, per venas, cucurbitulas, vel hirudines, itemque fonticuli &c.

Et

Et ſic penſitavimus *indicata momenta* tam *generalia*, quam *ſpecialia*, in quibus verſatur *Diætetices* pars tam *conſervatoria*, quam *præſervatoria*.

Indicationes, quæ hic conſiderandæ occurrunt, ſunt vel *generales*, ut ſimilia ſimilibus conſerventur, contraria contrariis corrigantur, noxia aut ſupervacua evacuentur: vel *ſpeciales*, ut *præſens ſanitas* per continuationem eorum, quæ prodeſſe vel ſaltem non nocere, & mutationem illorum, quæ nocere obſervantur, conſervetur: ut *futura ſanitas* per uſum rerum ſex naturalium, prioribus ſimilem, & noxiorum ejectionem vel mutationem ſ. correctionem procuretur, hocque modo longævitas optime acquiratur. Sunt quoque *indicationes ſpecialiſſimæ*, quæ pro varietate hominum, ætatis, ſexus, idioſyncraſiæ conſuetudinis differunt, in quavis ſpeciatim obſervandæ, quum ſæpe uni prodeſt, quod alteri nocet & contra. Quilibet hinc ſano ſenſu eſſe poteſt medicus ſui ipſius, obſervando & notando, quæ ſibi vel proſunt vel nocent, non neglecto tamen in caſibus dubiis conſilio boni Medici, reſpiciendo probe ſemper ad coindicantia & contra indicantia.

C) *Diætetices* pars *Curatoria* & *Analeptica* ea continet momenta diætetica, quæ in ſingulis morborum generibus & ſpeciebus accurate ſunt obſervanda, in quovis enim morbo pars quædam ſanitatis, regulis diæteticis adhuc conſervanda, plerumque remanet.

Primaria in ea penſitantur momenta, quæ in avertendis morborum cauſis, eorumque progreſſu, & in curatione ipſorum morborum, uſu rerum ſex non naturalium rite ordinato, diætetico probe animadvertenda ſunt, & quæ ad effectum remediorum ſimul promovendum non parum con-

ferunt, cui diætetices ſpeciei additur diæta convaleſcentium.

De hac vero Diætetices parte, ſpeciatim pro conditione morbi cujusvis obſervanda, & conſideranda, peculiariter fit mentio in quovis morbo, qui ſpeciatim pertractatur in capite de *Therapia ſpeciali.*

I) *Autores diaeteticae univerſae* præcipui ſunt:

J. G. *Krügers* Diät oder Lebensordnung. Halle 751. & 763. 8. in cujus parte 2*da diaeta* quoque *praeſervatoria* pertractatur. J. J. *Carl* von d. Diät für Geſunde und Kranke. Budingen. 719. 8. J. *Junckeri* conſpectus phyſiologiæ, cui Hygiænes, diætetices primæ lineæ additæ ſunt. Halæ 735. 4. uti & J. P. *Eberhardi* conſpectus medicinæ theoreticæ phyſiologicæ. Halæ 757. 8. parique modo. *) C. G. *Ludwig* Inſtitut. phyſiologiæ. Lipſ. 752. 8. *Hygiaene* dogmatico - practica ratione. conſervandæ ſanitatis corporis humani. Frſt. 757. 4. *) G. G. *Richter* præcepta diætetica. Lipſ. 780. 8.

*) Verſuch e. Anleitung zu phyſicaliſchen Kenntniſs d. menſchlichen Körpers u. d. allgemeinſten Geſundheits - Regeln. Berlin 782. 8. Frid. *Hoffmann* kurzgefaſste Diätetic. in alphabetiſch. Ordnung. Jena 751. 8. S. *Scharſchmid* Diätetic. oder Lehre von der Lebensordnung für Geſunde und Kranke mit Zuſäzen von *Nicolai*. Berlin 755. 8. *) A. *Keiſer* Abh. von der Geſundheit u. ihrem Einfluſs auf die Glükſeligkeit der Menſchen. Gieſſen 774. 8.

*) J. *Mackenzie* Hiſtorie der Geſundheit u. Kunſt ſie zu erhalten. Altenb. 762. 8. e gall. a la Haye 759. 8. edita. J. W. *Baumer* via valetudinem ſecundam tuendi & vitæ terminum prorogandi, compendiaria. Gieſſen 771. 8. le *Begue* v. *Breſtle* v. Erhaltung d. Geſundheit. Nrbg. 768. 8. L. C. *Jahn* norma diætetica, wie e. Menſch nach ſ. Temperament, Alter, Geſchlecht, Jahrszeit — ſ. Leben und Geſundheit mag erhalten können. Dresden 757. 8.

H. *Buihring* differt. præſid. C. *Juncker* de cauſis quibusdam prœmaturæ ſenectutis præcipuis. Halæ 765. C. *Linnaei* differt. de fundam. Valetudinis, inſerta in ejus Amœn. Acad. Vol. IV. p. 496. *Gazette* de San-

Santé od. gemeinnüzig. medicin. Wochenblatt. Zürch. 782. 8. II. varia continet diætetica. D. W. *Triller* Diätetiſche Lebensregeln e. hohes Alter zu erreichen. Frft. 783. 8. J. B. *Fiſcher* v. hohen Alter d. Menſchen. Lipſ. 777. 8. L. *Comaro* v. Nuzen d. mäſſigen Lebens. Dresd. 755. & Frft. 766. 8. ed. Schwenke. A. *Senſt* Geſundheits-Catechismus fürs Landvolk u. d. gem. Mann. Berlin 771. 8. Medecine domeſtique ou traité complet des moyens de ſe conſerver en ſanté par *Buchan*, a Geneve. ex anglic. a Duplanil. 782. VII. 12. C. W. *Cartheuſer* Betr. über einige Materien aus d. Diät. Hamb. 756. 8.

P. E. *Büchoz* Samml. auserleſen. Briefe z. Erhalt. d. Geſundh. Nrbg. 772. III. 8.

De la conſervation de ſanté, par M. *Raulin* a Paris & Lipſ. 768. II. 8.

*) J. A. *Unzer* der Arzt, eine mediciniſche Wochenſchrift. Hamb. 764--69. XII. 8. C. A. *Roſenberg* freundſchaftliche Rathſchläge zur Verlängerung des Lebens. Bresl. 781. 8.

*) J. F. *Zückert* von den Leidenſchaften. Berlin. 768. 774. 8. & *ejus* phyſical. diätetiſche Abhandl. von der Luft, der Witterung und d. davon abhangenden Geſundheit Berlin. 770. 8.

Plures autores antiquioris ævi recenſet *Boerhav* in methodo ſtudii medici. Amſtelod. 751. 4. p. 686. & recentioris ævi *Murray* in Enumeratione librorum quorundam medicor. Lipſ. 773. 8.

Ed *Stevers* diſſert. de alimentorum concoctione. Edinb. 777. 4. C. *Fibiger* diſſ. præſid. Fried. *Hoffman* de diætæ vitio multorum morborum cauſa. Halæ 715. 4. B. *Urbas* diſſert. de ſanitatis natura. Viennæ 766. 8. F. A. *Gerresheim* diſſ. de ſanitate cuivis homini propria. Lugd. Bat. 764. 4. F. *Feiſt* diſſ. præſ. E. *Büchner* de acidi & ſalſi uſu diætetico. Halæ 750. 4.

F. *Blanchot* diſſ. præſ. L. *Moegling* de ſaluberrimo aëris moderate calidi & ſicci in microcoſmum influxu. Tubing. 746. 4. *Linnaei* diſſ. de aëre habitabili inſert. ejus Amœn. Vol. V. J. F. *Zückert* v. der Luft und Witterung. Berlin 770. 8. C. *Kloekhof* diſſ. Præſ. O. *Schacht* de atmoſphæræ efficacia in corpus humanum. Lugd. Bat. 734. 4. C. *Linnaei* diſſ. ſiſtens reſpirationem diæteticam. Upſal 762.

G. *Schlegelmilch* diſſ. Præſ. M. *Alberti* de veſtitus vitiis, morborum cauſis. Halæ 749. 4. E. *Steinhaeuſer* diſſ. Præſ. M. *Alberti* de pectinationis uſu Medico Halæ 737. 4. J. *Billing* diſſert. præſid. G. *Plaz* de ſalubritate & inſalubritate habitationum. Lipſ. 781. 8. J. L. *Donner* diſſ. de ſaltatione ſanitatem conſervante, morbos inducente, indicante, curante. Argent. 762. 4. F. *Breitenbach* diſſ. Præſ. M. *Adolphi* de equitationis eximio uſu medico. Lipſ. 744. T. *Barthold* diſſ. Præſ. Frid. *Hoffmann* de peregrinationibus ſanitatis cauſa inſtituendis. Halæ 701. H. *Boekler* diſſ. de ſomni meridiani ſalubritate. Argent. 741. W. d. *Marnee* Præſ. C. *Hartwig* de dormientibus eorundemque ſitu. Roſtock 754. F. *Lieb* Præſ. C. *Hartwig* de dormientibus. Roſtock 755. A. *Kayslerus* de diæta ad longævitatem. Lipſ. 752.

2) *Autores diaeteticae ſpecialis.*

*) *Tiſſot* medicinische und chirurgische Gymnaſtik, oder vom Nuzen der Leibes - Uebungen, und Ruhe bey Heilung der Krankheiten. Lipſ 782. 8. F. *Fuller* gymnaſtica or a treatiſe concerning the power of exerciſe London 740. 8. & latine. Lemgo 750. 8.

3) F. *Berens* diſſ. præſ. F. *Hoffmann* de diæta virginum. Halæ 729. 4. Fr. *Hoffmann* Abhandl. von der *Jungfern-Diät*. Wittenb. 743. 8. Schönheits-Unterr. fürs Frauenzimmer, oder Anleitung, wie die Schönheit des Geſichts, der Zähne, Hände, Wachsthum der Haare beſtens zu erhalten und zu erlangen. Lipſ. 781. 8. der Arzt für Liebhaber der Schönheit, auch diätetiſch. Lipſ. 78.. 8. *Camper* ſur la meillieure forme des *ſouliers*. Lipſ. 78.. 8. german. Wien 8. 783. Berlin & Hamb. 783. c fig. 8. *Bonnaud* Abhandl. von den ſchädlichen Wirkungen der Schnürbrüſte bey Kindern und Erwachſenen. Lipſ. e gallic. 773. 8.

4) *Briefe* eines Arztes an *verheyrathete Frauenzimmer*, ex anglico. Lipſ. 768. 8. J. C. *Starkens* Hebammen-Unterricht, in Geſprächen, nebſt dem Verhalten und Vorſchriften für Schwangere, Gebärende, Kindbetterinnen und neugeborne Kinder diätetiſch abgehandelt. Jena 782. 8. *Hirſchels* Briefe. Berlin 771. III. 8.

*) J. F. *Zückert* Diät der Schwangern und Sechswöchnerinnen. Berlin 767. 8. & *ejus* Unterr. für rechtſchaffene Eltern zur diätetiſchen Pflege ihrer Säuglinge. Berlin 764. & 79. 8. & *) *ejus* diätetiſche Erziehung der

der entwöhnten und erwachſenen Kinder bis in ihr mannbares Alter. Berlin. 771. 8. *Levret* v. Stillen u. d. erſten Erziehung der Kinder, nebſt Vorſichtigkeits-Regeln für Mutter und Kind, während dem Sæugen. e Gallic. Lpz. 783. 8. W. *Cadogan* über d. Saugen u. Verpflegen d. Kinder, von d. Geburt bis ins 3jär. Alter. Münſter. 782. 8

G. *Herzog* pflichtmäſige Sorgfalt der Eltern in Abſicht auf die Leibesbildung ihrer Kinder. Dresden. 782. 8. Anweiſ. z. e. modiſchen Erziehung d. Kinder. Lpz. 780. 8. *Stoll* über d. körperl. Erzieh. d. Kinder Züllichau. 781. 8. L. *Tralles* Entwurf einer vernünftigen Vorſorge redlicher Mütter, vor das Leben und die Geſundheit ihrer neugebohrnen Kinder. Bresl. 736. 8. *Brouzet* Eſſai ſur l'education medicinale des Enfans, & ſur leurs meladies. Paris. 754. II. 12. *) *Ballexſerd* Diſſert ſur l'Education phyſique des enfans, de puis la naiſſance jusqu' a l'age de puberté. Paris. 762. 8. & germ. 763. 8. Des *Eſſarts* Traité de l'education corporelle des enfans. Paris. 759. 12. germ. Berlin. 763. 8. *) P. *Camper* Betr. über einige Gegenſtände aus der Geburtshülfe, und über d. Erziehung d. Kinder, auch d. Urſachen d. verſchiedenen Brüche, e batavo. Lpz. 778. II. c. f. Jac. *Ballexſerd* Abhandl. über die Frage: welches ſind die Haupturſachen, daſs ſo viele Kinder ſterben? und welches ſind die leichteſten u. ſicherſten Mittel, ſie beym Leben zu erhalten. e gallico. Strasb. 776. 8. *) *Locke* de l'Education des enfans. Amſtel. 730. & 750. 8. & germanice. Lpz. 761. 8.

Andry Orthopædie oder Kunſt bey Kindern, die Ungeſtaltheit des Leibes zu verhüten u. zu verbeſſern. Berlin. 744. 8. e gallico Paris. 743. 8. *Poerner* Kinder-Arzt. Frft. 752. 8. Mellin, Kinder-Arzt. Kempten. 781. 8.

J. G. *Krüger* Gedanken von der Erziehung der Kinder, bey Bildung des Leibes und der Seele. Halle. 752. 8. Vermiſchte Auffäze über die körperl. Erziehung der Kinder. Lpz. 773. 8. Nachr. an das Landvolk über d. Erzieh. d. Jugend in Abſicht auf d. Feldbau. Zürch. 769. 8. l'Education des Enfans tant phyſique que morale par de *Meza*. Coppenhag. 769. 8. de la conſervation des enfans. Paris 764. 8. german. Lpz. 769. II. 8.

C. A. *Graebners* Gedanken über das Hervorkommen und Wechſeln der Zähne bey Kindern. Lpz. 768. 8. Wochenſchrift zum Beſten der Erziehung der Jugend. Stuttg. 771. VI. 8. P. *Müller* Grundſ. einer weiſen u.

chriſtl. Erziehungs-Kunſt. Göttiug. 771. 8. J. G. *Sulzer* Verſ. von der Auferzieh. u. Unterw. der Kinder. Zürch. 748. 8. Betrachtungen über die verſtändige und chriſtliche Erziehung der Kinder. Barby. 776. 8. Plures autores de pædagogia ſpeciatim recenſet M. *Hisman* in ſeiner Anleitung zur Kenntniſs der auserleſnen Litteratur. Götting. 778. 8.

J. G. *Maſſy* diſſ. de educatione *recens natorum*. Argentor. 779. 4. J. H. *Siegel* diſſert. de cura neonatorum medica. Götting. 783. 4.

F. *Schacker* orat. de nutritione recens natorum ſine lactis uſu. Lipſ. 742. La *Caſiere* diſſert. de qualitate & quantitate alimentorum infantibus a 1-7 annum convenientibus. Jen. 754. 4. H. *Rahnus* diſſ. præſ. J. R. *Spielman* de optimo infantis recens nati alimento. Argentor. 753. 4. N. *Gruber* diſſ. præſ. F. *Schoenmezel* de noxa potus infantilis calidi. Heidelberg. 769.

C. G. *Storr* Diſſert. qua phyſicæ educationis virtus, eximio ſalubritatis ſpecimine conſpicua, factis ad ducalem Würtemberg academiam militarem in Solitudine florentem obſervationibus prædicatur. Tubing. 775. 4. P. *Frank* Diſſ. præſ. M. *Gattenhof*. curas infantum phyſico-medicas exhibens. Heidelb. 766. 4. C. *Koſitzky* diſſ. de noxis faſciarum, geſtationis & thoracum. Götting. 775. 8.

A. S. *Plaz* progr. de medicæ vitæ commodis & incommodis.

5) F. *Hofmann* de *ſtudiis* per regulas diæteticas facilitandis, & prolonganda litteratorum vita. Halæ. 1697. A. *Ridiger* de diæta eruditorum. Lipſ. 728. 8. *Tiſſot* de la ſantè des gens des lettres. a Lauſanne. 767. 8. & german. 768. 8. & *ejus* ſermo de valetudine litteratorum. Luſan. 769. 8. J. *Wenke* diſſ. præſ. G. *Ludwig* de contentione ſtudiorum ad ſanitatis normam moderanda. Lipſ. 763. 4. C. G. *Akermann* über die Krankheiten der Gelehrten, ſie zu heilen und abzuhalten, nach denen Regeln der Diæt. 777. 8. *) Der Arzt des *Gottesgelehrten*, auch diætetiſch abgehandelt. Lpzg. 760. 769. 8. N. A. *Leutners* diætetiſche Paſtoral-Arzneykunde für Seelſorger. Nrbg. 782. 8.

6) *Tralles* vera patrem patriæ ſanum & longævum præſtandi methodus. Uratisl. 767. 4. B. *Ramazzini* de principum valetudine tuenda. Lipſ. 711. 8. C. *Duvernoy* diſſert. Præſ, J. *Backmeiſter*, de eo, quod ſanitati obeſt,

obeſt, circa diætam maxime in aulis. Tub. 736. C. *Menzel* diſſ. præſ. M. *Alberti* de diæta principum. Halæ. 728. 4. *Linnaei* diſſ. de diæta ætatum, inſerta ejus Amœnit. acad. Vol. VII. Holm. 769. 8.

7) G. *Baldinger* von denen Krankheiten einer *Armee*, auch nach der *Diaetetic* zum Theil abgehandelt. Langenſalz. 774 G. *Leſſer* diſſert. Præſ. F. *Hoffmann* de militum valetudine tuenda in caſtris. Halæ. 735. 4. P. *Diez* diſſert. Præſ. F. *Sigwart* de aëre & alimentis militum præcipuis hygiænes militaris momentis. Tub. 762. 4. D. *Colombier* Vorſchriften über d. Geſundheit d. Kriegsleute. e gallico. Bern. 776. 8.

8) G. *Weber* diſſ. Præſ. F. *Hoffmann* de *praecavendis morbis*, & præmatura morte. Halæ. 713. 4. *) Der Schleſiſche Arzt, oder Betrachtung über die *praeſervirende Diaet*. Breslau. 774. 8. *) J. *Mellin* mediciniſche Abhandl. von denen Vorbauungs-Mitteln in der Diæt. Langenſalz. 769 8. *) J. G. *Eſſich* diætet, mediciniſche Anleitung zur Præſervation und Cur der auf dem Lande am maiſten vorfallenden Krankheiten Augſp. 781. & 783. 8. *Baumlers* præſervirender Arzt oder gründliche Anweiſung zur Diæt und Lebensordnung Frft. 764. 8. J. *Alding*. diſſert. Præſid. P. *Gerike* de remediorum diæteticorum in curandis morbis neceſſitate & præſtantia. Helmſt. 750. 4.

9) N. *Sterz* diſſ. de diæta acutorum morborum. Viennæ. 775. 8. G. *Tüchler* diſſ. præſ. A. *Fiſcher*, de diæta in morbis acutis. Erf. 722. 4. *Hippocrates* Buch von d. Lebensordnung in hizigen Krankheiten, aus d. Griechiſchen überſezt. Altenburg. 772. 8. G. *Hiebner* diſſ. præſ. S. *Quelmalz* de potu, morborum cura. Lipſ. 751. 4. *Ribe* diſſ. præſ. C. V. *Linné* de fervidorum & gelidorum uſu in morbis. Upſal. 765. F. *Knicker* diſſ. præſ. T. *Quelmalz*. de convaleſcentium cura Lipſ. 749. 4. *) D. W. *Trilleri Clinotechnia* medica antiquaria ſ. de diverſis ægrotorum lectis ad varia morborum genera convenienter inſtruendis. Frft. 774. 4.

*) F. *May*. Unterricht für Krankenwärter. Manh. 783. 8. Unterricht für Perſonen, welche d. Kranken abwarten. Strasb. 783. 8. P. J. *Piderits* Unterr. was Eltern und Krankenwärter bey den Kinderblattern zu beobachten haben. Caſſel. 783. 8. J. *Hunczowsky* medicin. chirurg. Beobacht. auf ſ. Reiſen, &c. beſond. über d. Spitäler. Wien. 783. 8.

§. 107

§. 107.

Qua *Diætetices* pars præcipua eſt, & *uſum* ei haud exiguum præſtat *Materia alimentaria*, de qua complures auctores hanc ipſam ob cauſam ſam in tractanda Diætetica agunt. Verſatur ea inprimis in eo, ut determinet, ordinet, ea corpora, eorumque effectus explicet, quorum inprimis ope corpus nutritur humanum, iſta corpora, quæ virium ope humani corporis ita poſſunt mutari, ut ea vel in totum, vel diviſa in corporis humani vel fluidas vel ſolidas poſſint tranſire partes, novum afferentes incrementum & amiſſi reſtitutionem. Tam vario modo & tam diverſis alimentis homo ſe poteſt conſervare & nutrire. Cæterum notum eſt, diverſas cauſas non eundem habere effectum, hinc quoque non omnia alimenta eundem habent influxum in hominis conſervationem.

Haſce varias mutationes & varietates determinare accurate, medico eo magis debet eſſe curæ cordique, quo facilius alimentorum & potulentorum non accurata determinatio, varii generis notabilium errorum cauſa poteſt evadere, quæ corpori humano corruptionem ſemper minantur. Hancce cognitionem effectuum ab alimentis oriundorum, in corpore humano plenariam exhibet *materia alimentaria.* Cognitio alimentorum tam diverſorum accurata & ſolida, atque diverſus ea præparandi modus, nec non iſtæ materiæ, quæ non ſingulorum tantum hominum utilitati inſerviunt, ſed quæ in ſanitatem univerſarum civitatum & regionum valde inſignem exſerunt uſum: hæc, inquam præcipuum objectum eſſe merentur attentionis accuratiſſimæ Magiſtratuum, & cujusvis Patrisfamilias.

Sunt quoque præcipuum *objectum Materiæ alimentariæ*, alimentorum univerſalium e. g. panis, vini,

ni, cereviſiæ, mangoniſationes, & veneficia, quæ univerſas familias & multos incolas integrarum regionum ſanitate & vita jam privarunt. Quam ob cauſam non incongrue, ſed magno cum fructu ſpeciatim in *materia alimentaria* eæ præparationes alimentorum diſquiruntur, quibus notabilis mutatio in natura & conditione alimentorum producitur.

Coctura, aſſatio, frixatio, toſtio enim plane alienam affert conditionem, carni, herbis, fructibus &c. quam quæ antea in hiſce fuit alimentis. Quales mutationes per haſce operationes oriantur in iſtius generis corporibus, qua ratione hæ operationes ad ſanitatis noſtræ commodum debeant ſuſcipi, qualia artificia & rationes ſingulares noxiæ, & ſanitati noſtræ pernicioſæ occurrere poſſint; de omnibus hiſce momentis & principiis, præcipuis, quibus res cibariæ & potulentæ, coquendæ, aſſandæ & præparandæ ſint, ſi alimentum exhibere debeant corpori humano ſemper ſalutiferum; inſtruit & Patremſamilias & inprimis *Medicum materia alimentaria*, ex hoc reſpectu, ut de aliis hoc loco nil dicam, ſemper & *utiliſſima* & *neceſſaria*, inprimis *Medico*, cui ſanitas hominis, omniaque, quæ influxum habent in ejus ſtatum ſanum, curæ cordique eſſe debent. In *generali* alimentorum *conſideratione*, circa quam verſatur Materia alimentaria, inveſtigantur:

a) *Nutritionis* modus, ejus organa congrua, effectus eorum, & influxus in ſubſtantiam nutrientem, & in corpus humanum.

b) *Alimentorum* differentia, ad tria potiora genera reducenda, eſculenta, potulenta, condimenta: Ex eſculentis inprimis, vel ea, quæ largam ſubſtantiæ nutrientis quantitatem continent, alias polychyla dicta; vel parum nutrientia, oligochyla, alias appellata.

c) *Po-*

c) *Potulentorum* differentia, ad duas claſſes redigenda, vel ad *aquea*, tam ſimplicia, quam mucilagineo-aquea, & hæc adcerealia, aut aromatico-balſamica, aut acidulo-dulcia, acidula ſubtiliora, auſtera, & auſteriuſcula.

d) *Condimentorum* differentia, qua dulcia, acida, oleoſa, ſalina, aromatico-balſamica.

e) *Alimentorum* diverſæ *conditiones*; ratione differentiæ in plantis, in animalibus; quoad eorum clima, ſolum, genus, ætatem, habitum, & ſingulas earum partes proficuas alimentares.

f) *Alimentorum præparatio* diverſimoda, variis chemicis præparationibus innixa, uti e ſimplicibus ſunt infuſio, elixatio, coctura, aſſatio, frixatio, toſtio, ex pluribus compoſitis piſtura, ciborum conſervatio, cereviſiæ & vini præparatio; modus ejus differentiæ, vaſcula ſingulorum neceſſaria, requiſita, ingredientia, mangoniſationes, conſervationum & a corruptione præſervationum modi.

g) Momenta quædam præcipua generalia, ad ſalubrem obſervanda victum, ratione varietatis, quantitatis alimentorum & ſubjectorum: Eorum effectus & alia momenta ſpeciatim deinceps diſquiruntur in *Speciali inveſtigatione Alimentorum*, per ſingula corpora nutrientia, tam e regno animali, quam vegetabili deſumenda, quibus ſingulis corporibus brevis hiſtoria naturalis ſpeciatim præmittitur. Accurata deſcriptio partium utilium, quoad qualitates ſingulorum, & virtutes, tam ſalutares, quam noxias, idemque ordo ſyſtematicus poteſt obſervari, qui in *materia medica* tam *interna* quam *externa*, uti infra videbimus, obſervatur.

B. C. *Grauman* diætetiſch. Wochenblat. Roſtok. 782. II. 8. plurima materiam alimentar. attingunt. E. C. *Lö-*

Löber Anführ. zu e. heilſamen Lebensart, und Gebrauch d. Speiſen. Jena 745. II. 8.

*) J. *Lieutaud* Inbegriff d. ganz. medicin. Praxis. Lpz. 779. Tom. II. dus materiam alimentariam continet.

*) J. F. *Zükert Materia alimentaria* in genera, claſſes, & ſpecies diſpoſita. Berolini. 764. & 769. 8. & *) *ejus* allgem. Abhandlung von denen Nahrungsmitteln. Berlin 775. I. 8. die Fortſezung davon enthält die Speiſen aus dem Thierreich. Berlin. 777. u. aus dem Pflanzenreich. Berlin 778. 8. qui plures quoque allegat auctores hanc ſpectantes materiam. G. *Hebenſtreit* tractat. de *potulentorum* cura in republica bene ordinata ad ſanitatis leges componenda. Lipſ. 778. 8. J. F. *Schüz* v. Nuzen und Schaden der Salate. Lpz. 758. 8.

J. *Arbuthnot* Entwurf v. d. Eigenſchaften der Speiſen und Getränke. Hamb. 774. 8. *Lorrys* Nahrungsmittel z. Erläuter. d. diætetiſch. Schriften d. Hippocrates. Lpz. 753 - 757. II. 8. *Plantæ eſculentæ* patriæ, Linn. diſſert. inſert. ejus Amœnit. vol. III. & ejus diſſ. de acetariis diæteticis: inſerta ejus Amœnit. vol. IV. & de varietate ciborum in vol. IV. & de fervidis & gelidis in vol. IV. & de pane Diætetico, in vol. V.

Rieger J. N. Diſſert. de cibis noxiis. Tyrnav. 778. 8. varia de diætetica, de materia alimentaria contenta ſunt in N. *Cranz* Materiæ medic. T. I. Viennæ. 762. 8. in W. *Cullen* Mater. med. 781. 8. in R. *Spielman* Inſtit. mater. med. Argentorat. 774. 8. J. *Spielman* diſſert. præſid. patris Olerum argentoratenſium, faiſcicul 2. Argentorati. 769. 4.

Præcipuas Speciales Formulas de *præparatione* tam *alimentorum*, quam *potulentorum* in culinis ordinariis, cujusvis familiæ, non ſanis tantum, ſed inprimis ægris convenientes, & per quam neceſſarias, medico vero ſcitu inprimis neceſſarias, in tam variis & ſingularibus hominum affectibus præternaturalibus, communicavit quoque in egregio & utiliſſimo compendio diætetico, ad diæteticam, præſervatoriam & curatoriam, reſpiciente.

*) cel. F. *Zükert*, cujus titulus eſt mediciniſches Tiſchbuch oder Cur, u. Præſervation d. Krankheiten durch diætetiſche Mittel. Berlin 770. 771. & 775. 8. C. J. *Mellin*

lin Abhandl. v. d. Vorbauungs-Mitteln nach Tiſſotiſchen Grundſäzen. Langenſalz. 769. 8.

Exſtant varia præſcripta præparationis ciborum, ægrotantium ſtatui convenientium, quorum mentio præcipue fit in libris variis notatu dignis artem coquinariam reſpicientibus.

§. 108.

Tam diverſæ conditionis objecta diætetica penſitavimus adhuc, reſtant nunc penitiori noſtræ diſquiſitioni *finis, utilitas* & *neceſſitas* doctrinæ de ſanitate humana, ſ. *diætetices*, & inprimis reſpectu ad *medicum*.

Inter mortales is, qui functionum vitalium naturalium & animalium, integritate & vigore gaudet, phyſice ſanus jure appellatur. Hæ vero functiones iſtius ſunt indolis, ut nec diu ſalvæ & incolumes permanere poſſint, ſine continua novæ materiei reparatione, ab appoſitione ſ. affluxu ſuccorum benigna temperie gaudentium, & noxiæ materiei eliminatione, ſ. excretione intemperatorum & inutilium. Hanc ſanitatis & vitæ œconomiam ſartam tectamque conſervantes *res*, ſunt inprimis, uti ſupra audivimus, *externæ*, vocabulo in ſcholis medicis recepto, *non naturales* vocatæ, quæ ita ſunt comparatæ, ut iſtis actibus, in perpetuo nimirum humorum laudabilium affluxu, & inutilium effluxu, commodiſſime queant inſervire, quibus functionum integritas conſervatur.

Uti ad ſanitatem vitamque conſervandam ſumma & inevitabilis omnium hoc loco recenſitarum rerum eſt neceſſitas, ita magna quoque pollent virtute functiones, illarum integritati ac durationi inſervientes, lædendi, præſentiſſimamque eis inferendi perniciem.

Sic

Sic *aëris* nocendi vis eſt varia ac vehemens; *cibi* & *potus* diverſimode functionibus ſanitati & vitæ neceſſariis læſionem valent inferre, parique modo animi pathemata afferunt inſignes læſiones, eoque pejora ſunt eorum damna, ſi duorum vel plurium ſimul perverſus concurrit uſus.

Morborum ab illegitimo rerum non naturalium uſu provenientium ea eſt indoles, isque effectus, ut niſi eorum cauſa rite tollatur, quem ſemel turbarunt ac mutarunt, motuum ſanitatem conſtituentium, ordo & integritas, quæcunque demum cauſa, vel ægre, vel, ſi altiores jam radices egerunt, prorſus non poſſit reſtitui, ſed univerſi corporis deſtructio neceſſario acceleretur. Præcipuum ac certiſſimum illibatæ functionum corporis integritatis, longiorisque, inde pendentis, vitæ durationis fundamentum in eo inprimis conſtat, ut omnia, quantum fieri poteſt, removeantur, irregulares vitalis œconomiæ motus inducentia; recte ea adhibeantur, nec perverſe, quæ ad naturalis vitæ œconomiam ſartam tectamque conſervandam hominibus benigniſſimus creator conceſſit.

Ad *rectum* & adæquatum harum *rerum* non *naturalium uſum*, nec empirica tantum ſufficit notitia, ex obſervatione eorum, quæ corpori humano aut proſint aut noceant, ſed quam maxime rationali, principiis ac fundamentis diætetices fundata.

Scientia Diætetices hinc *Medico* præcipue eſt *neceſſaria*. Is enim, qui non præſentes tantum morbos arte feliciter profligare ſcit, ſed ea quoque ſcientia pollet, qua morbi præcaventur, *diætetica* nimirum, is veri & ſolidi Medici titulum rite explet, & officio ſuo plenarie poteſt ſatisfacere: nec eſt a ſanis fugiendus, & ab ægrotantibus tantum hominibus

 nibus

nibus magni æſtimandus. A variis medicis diætetices ſtudium non tanti & tam neceſſarie æſtimatur; id tantum ſui officii, & partium eſſe credunt, ut occupati tantum ſint circa curandos morbos: qui majores iis reditus forte conciliant. Iſti vero conſiderent, multo facilius morbum poſſe averti, in initio, antequam plenarie ingruit, quam ſi plenarie jam adeſt, in morborum diverſorum principio, homines pro ſanis adhuc habendi, ergo & in iſtis affectibus medicus varia poteſt efficere diætetices principiis; uti deinde alia iis momenta diætetica, in morbi cujusvis curſu accurate obſervanda ſunt, & commendanda. Hæc vero conſilia diætetica Medicus componere nequit, niſi homines ipſos, quibus vitæ regimen præſcribendum eſt, & ipſos quoque, quos homines vel qua ſani, vel qua ægri inſcii committunt, in diæta errores cognitos ſatis atque perſpectos habeat; de quibus *diætetices ſtudium* optimam communicat inſtructionem; ex hac quoque parte perquam *neceſſarium* & *utile*.

Qua *præcipua pars medicinæ practicæ*, *diætetica* conſideranda eſt, & eo magis attendi meretur, quo arctior eam inter & præcipua pathologiæ & therapiæ capita obſervatur nexus: neglectus enim regularum diætæ cauſas morborum introducit, ad avertendos ſimiliter & percurandos morbos. E diætetica deſumuntur conſilia, tam tuendæ, quam præſervandæ & reſtituendæ ſanitatis, omnibus gratiſſima & utiliſſima.

Doctrina de vitæ genere, ſeu *Diætetica Medicum inſtruit*, de rerum externarum impreſſionibus & effectibus in machinam humanam, quæ eam circumdant, & diverſum habent uſum in eam, & de regulis, quarum obſervatione omnes effectus noxii poſſunt evitari.

Hoc

Hoc modo diſpoſita naturæ conditio neceſſario requirit res ſic dictas non naturales; quarum regularis alternatio in ſtatu hominis ſano lenem diſpergit ſenſationem functionum vitalium. Hominem in iſtum diſponit ſtatum, quo officia viri honeſti atque boni civis animi quadam æquitate colere, & in animi ſerenitate ſociali vitam agere poſſit.

Omnium horum corporum, nutritioni, & vitæ ſuſtentationi inſervientium, conditiones, qualitates atque effectus, medicus, cui civium ſuorum ſanitas curæ cordique eſt, accurate ſibi notas reddere debet, & proximum ſuum in obſervanda rationali diæta, contra horrendos caſus munire, qui ex eorum neglectu poſſunt oriri.

Quamdiu vero variæ extra nos poſitæ res, machinæ noſtræ interitum minantur, eumque promovere poſſunt, quamdiu homines, variis ducti affectibus, vel animi levitate, vel audacia, vel opinionibus præjudicatis abrepti; vel inani imitandi cupiditate moti rapi poſſunt & diſponi ad rerum, ad vitam neceſſariarum, naturalem uſum, in præternaturalem commutandum; tamdiu ex ſapienti naturæ conſtitutione, ſemper pœnæ delicta ſubſequuntur, nec exiguus erit numerus morborum, ex hoc diætæ neglectu oriundorum.

Morbi inſignes haud pauci, ad *Celſi* effatum, quiete & jejunio curantur. Sed credendum potius eſt, omnes fere morbos originem ſuam debere abuſui rerum ad corporis conſervationem deſtinatarum, in majori minorive gradu. Si in exercenda ſua arte medicus omnibus inſtructus eſt regulis rationalis diætæ; effectus & ſequelas earum ſi uno obtutu perſpicit, quam facili demum modo vitia poterit evitare, & æquilibrium corpori humano reſtituere. Quam felici modo veſtigiis

celeberrimorum & præclariſſimorum virorum poterit inſiſtere medicus, regulari ac accurata bonæ diætæ obſervantia graviſſimos poterit tollere morbos, in quibus ſæpius inſignis remediorum copia medicum plane deſerit. Hanc artem proavi noſtri probe calluerunt; hoc inſigni arcano, terribiliſſima corporis humani mala ſuſtulerunt, ſine ullo incongruo remediorum uſu. Quantopere ſe itaque commendat medico diætetices ſtudium!

Quam præclaros & pulcherrimos proſpectus aperit nobis diæta. Inde ab antiquis temporibus exculta fuit, & ad eam addiſcendam præcipuam locarunt operam proavi noſtri, quum iis quoque nil magis curæ cordique ſemper fuit, quam ſanitas, utpote objectum, omni ſemper attentione dignum: facultatem ea nobis ſemper communicans, voluptatem percipiendi; ſine qua ſumma bona amittunt, præcipuam ſuam magnificentiam, ſuavitatem, & pretium.

Inſtruit ea nos de alimentis, ut ea plane alieno modo conſideremus, eorum qualitates & effectus melius expendamus, adhibeamus vel averſemur, quam bruta; inſtruit ea nos de regulis, ſanitatis noſtræ durationem reſpicientibus. Multo jucundiori modo ſe ea quoque nobis repræſentat, ſi addamus, quod motus animi rationi ſubjiciat, qui, exceſſu ſuo, tantas perturbationes in nobis excitare valent. Inter felices & fortunatos refertur mortales iſte, qui paſſiones ſuas poteſt moderari, qui vera animi quiete & æquitate fruitur. Quanti æſtimandi hinc eſt ea doctrina, & quam jucunda, quæ tam ſalubres nobis communicat leges. Commendat ea nobis voluptatem, & delectamentum omne, quod homini ſemper eſt licitum, qua optimum ciborum noſtrorum condimentum, quin

quin immo conciliat ea nobis iſtud, ſi præſcripta ejus & doctrinas accurate obſervamus, quam ſuave & omni laude majus ſtudium eſt iſtud diætetices, de cujus inſigni præſtantia, emolumento & neceſſitate, quam omnibus conciliat hominibus non tantum, ſed medicinæ quoque, & eam exercentibus, plura dicere eſſet ſuperfluum.

J. *Fromann* diſſ. præſ. Fried. *Hoffmann*, de neceſſario ſanis medico. Halæ 733. 4.

CAP. XIII. PATHOLOGIA.

§. 109.

Conſideratis nunc e *diſciplinis medicis principalibus theoreticis* atque ex his quidem iis, in quibus corpus penſitatur humanum, quoad ejus *ſtatum ſanum;* in ordine noſtro præſixo ſyſtematico pergendum nobis nunc eſt, ad eas diſciplinas theoreticas medicas, in quibus corpus humanum pro *ſtatu* ejus tam *diverſo ægroto*, penitiori ſubjicitur disquiſitioni. Continent eæ, uti jam ſupra audivimus, *Pathologiam* tam *generalem* quam *ſpecialem;* atque *Therapiam generalem.*

Phyſiologia ſicuti veras vitæ & ſanitatis cauſas tradit, ac motuum corpus conſervantium humanum, indolem atque uſum explicat; *Hygiene* vero præcepta circa rerum non naturalium uſum, quibus motus vitales in vigore ſervantur, exhibet; ita *Pathologia* genuinas mortis & morborum cauſas, ac effectus ex ordine illorum motuum perverſo exponit. Verſatur ea enim circa res præternaturales, circa læſiones actionum tam corporis quam animi, ab impedito, inæquali, vel immoderato ſolidorum vel fluidorum motu provenientes; ſcientiam enim eorum comprehendit, quæ in homine

ægroto eveniunt, ideoque de differentia, cauſis, ſymptomatibus & ſignis agit morborum; ſeu illorum ſtatuum, ſanitati oppoſitorum, illorum inprimis ſerierum mutationum, quæ, læſa corporis machina, accidunt. Quam ob cauſam Arabes jam medici *Pathologiam*, hancce Medicinæ theoreticæ partem, in qua res contra naturam, conſiderantur, *morbus* nempe ſ. ille corporis ſtatus, qui primo & per ſe lædit functiones, *cauſæ* morbum producentes, & *ſymptomata* eum ſubſequentia; & ex his *Avicenna*, Arabum Medicorum princeps, Medicinam in quatuor diſtinxit partes, quas verſibus ita expreſſit Martianus Rhoda.

Prima refert hominis, quæ ſint primordia ſani.
Morbos, & cauſas & ſigna ſecunda recenſet.
Præſervat, ſervatque ſimul poſt tertia ſanos.
Ægros quarta parat vitæ revocare priori.

Therapia vero docet, quibus auxiliis inordinati motus a corporis œconomia averti tollique debeant. Apparet itaque, quam arcto inter ſe cohæreant nexu medicinæ partes, ut una ſine altera plene exacteque intelligi nequeat. Corpora tam multiplicia quæ effectum habent quendam in hominem; tam varius incongruus ſitus, in quem ſæpe abuſus libertatis eum deponit, producunt ſæpius mutationes in eo, quæ minime pertinent ad propriam ejus deſtinationem, ſed quæ ei potius ſunt noxiæ: ex quo dein iſta oriuntur phænomena in corpore humano, quæ a naturalibus deflectunt, & præcipuum efficiunt objectum iſtius ſcientiæ, quæ *Pathologia* alias vocatur. Si corpora iſta agunt in hominem, in ejus naturam, ut eſſentialis ſtructura & mixtio retineatur, ejus effectus tum ſunt convenientes deſtinationi, atque plane naturales, corpus vero ta-

tale ſanum habendum eſt. Si vero eſſentialis corporum modificatio tollitur, producit tum mutationem proportionatam eſſectuum & motuum, qui præternaturales vocantur, etſi ſemper proprium habent naturale fundamentum. Quatenus vero deſtinationi corporis, in quo deprehenduntur, effectus corporum non ſunt proportionati, appellantur præternaturales morbi, & corpus iſtud ægrum eſt.

Pathologia hinc comprehendit accuratam omnium circumſtantiarum cognitionem, quæ morbum poſſunt producere, atque ea omnia, quæ de natura, de differentiis, de cauſis, effectibusque morborum ſcire expedit.

Pathologia vera comprehendit eam doctrinam, quæ ex integris morborum hiſtoriis eorum origines, generationem, progreſſum, peculiarem genium; neque minus, quam accuratiſſime, ſymptomatum atque eventuum rationes, ex motuum natura & legibus, in œconomia corporis noſtri obſervatis, convenienti nexu & ordine tradit, explicat, & ad ſummos in praxi medica uſus accommodat.

Hæc pathologia vera ex plenis & accurate conſcriptis obſervationibus ac principiis anatomicis, & e motuum doctrina perſpicuis, ſuas deductiones & concluſiones in praxi utiliſſimas format; quo a ſuperficiaria inprimis differt, quæ ſingularibus tantum experimentis, minus plenis obſervationibus, & dubiis opinionibus ac hypotheſibus nititur, ex qua nil ſolidum vel vera laude dignum in uſum ſcientiæ medicæ redundat.

Accuratiores morborum hiſtoriæ & obſervationes primarium & præcipuum pathologiæ & thera-

rapiæ conſtituunt fundamentum. Ex obſervationibus enim pluribus accuratioribus, plenis ac integris, nullisque circumſtantiis alicujus momenti deſtitutis, quæ morbi genus, ejus genium, origines, progreſſum, & varias ad eorum generationem concurrentes cauſas accurate deſcribunt, vera enaſcitur experientia, medicinæ anima quaſi præcipua, quæ ornat & perficit Medicum: ea enim pathologia atque therapia ſemper eſt manca & trunca, ex obſervationum fide non deducta, plura enim circa corporis humani naturam quotidie fiunt, quorum vera ratio & adæquata cauſa difficilis & abſtruſæ cognitionis manet.

Ad *completam* cujusque *morbi hiſtoriam* adornandam, adeoque ad pathologiam non parum confert univerſa corporis humani ſcientia anatomica, accurata cadaverum morbis defunctorum ſectio, exceptis tam variis momentis notatu dignis & neceſſariis e Phyſica, Phyſiologia, Chemia, Hiſtoria naturali deſumendis.

Pathologia hæc *medica* reſpicit generatim reſtitutionem corporis læſi, conſiderat corpus humanum tanquam vivum, cujus partes organicæ cum conſilio, & eum in finem ſunt conſtructæ, ut ad certos uſus, motibus exſequendos adplicentur, ad integritatis nempe conſervationem, reſtaurationem læſionis & *principalis finis*, cujus cauſa omnia ſunt ſalutare complementum. Obſervat ea quoque cauſam horum motuum efficientem, eorum gradus, proportiones, & directiones, num finali nimirum intentioni congrue reſpondeant, vel e contraria parte averruncandæ noxæ minus quadrent; e quibus omnibus momentis probe ponderatis, conſilium tandem therapevticum erui poteſt, ad materiam lædentem

tem debite corrigendam & expellendam, quam motus ad finis adoptati conſecutionem dirigendos.

Morbis quanquam ſubjectum ſit corpus quodvis animatum, non hominum ſolum, ſed brutorum quoque; In *hac* tamen *medica pathologia anthropologica*, de corpore humano ægroto inprimis ſermo eſt; de reliquorum vero animalium ſtatu morboſo in *arte veterinaria*, uti in *botanica practica* de vegetabilium morbis; præcipue fit mentio.

Pathologia ſeu doctrina de morbis, alteram medicinæ theoreticæ partem conſtituens, morborum ſigna, ſymptomata, cauſas, effectus, nexum, ſedem, indolem, atque decurſum explicans, commode dividi poteſt, in *generalem* & *ſpecialem*.

Pathologia Generalis conſiderat generatim omnia tantum momenta, quæ modo ſunt recenſita & adhuc indicanda; phænomena univerſalia omnia, quæ morbos gignunt: Inſtruit medicum de principiis generalibus, quibus theoria ſtatus hominis ægroti fundata eſt.

Pathologia Specialis morbos ſigillatim pertractat; ac quævis phænomena tam generalia quam ſpecialia circa illos obvia, accurate & ſpeciatim perpendit; verſatur ea hinc circa morbos & ſimplices & compoſitos, regulares & irregulares: & circa omnia principia, de quibus generaliter erat ſermo in pathologia generali, in hac tantum ſpecialiter applicata.

Medico quum duplex maxime incumbit officium, alterum ſervandæ vitæ, & ſanitatis, alterum morborum curandorum; vel circa hominis ægri ſanationem, ſive mutationem morbi, quo tenetur, in ſanitatem. *Pathologia* igitur, quæ hominis ægri cognitionem eo fine exponit, ut viam ſternat ad medendi methodum, docet, ægrum inter & ſanum quid in-

terſit, quo morbus differat a ſanitate, & morbus a morbo, quando ab una ſanitate in medio poſita deflexiones multivariæ poſſint adeſſe.

Ut recte cognoſcantur morbi, requiritur notitia cauſarum morbificarum, loci affecti, ſymptomatum, criſeos, diagnoſeos, & prognoſeos: hinc pathologia omnia, quæ ducunt ad plenam morborum cognitionem, comprehendens, in has diverſas diſtribuitur partes. Hinc liquet, agendum in pathologia eſſe de morbi natura, differentiis, ſignis, cauſis, effectibus, ſymptomatibus &c. tam generatim quam ſpeciatim, ſemperque comparatim ad conditiones ſanitatis.

Pathologia medica anthropologica itaque comprehendit cognitionem plenariam de morborum *cauſis*, *ſymptomatibus*, *ſede*, *criſi*, *diagnoſi* & *prognoſi*.

Proavi noſtri practici referebant jam in quovis morbo *tres cauſas*, *remotas* nempe, *prædiſponentes* & *proximas*.

Ad cauſas *remotas* externas, (procatarcticas ſ. præincipientes alias appellatas;) quæ corpori humano antea diſpoſito applicatæ morbos excitant, referebant 1) varia animi pathemata vehementia, vitæ genus nimis laborioſum, curis plenum; venena extus in corpus humanum efficientia, varias infectiones & morbos producentia, ſ. uſus nimis fortis vehementiorum & nimis efficientium remediorum; defectus ſ. ſuppreſſio naturalium evacuationum; vitia diætæ, reſpectu copiæ ſ. conſtitutionis alimentorum, exceptis variis mechanicis læſionibus.

Ad *prædiſponentes cauſas* (ſ. antecedentes vel proegumenas;) quæ ita corpus diſponunt, ut aptum morboſis motibus concipiendis, ſi applicentur cauſæ remotæ, evadat, referebant, debilitates cujus-

vis

vis generis, conformationem morboſam, & præternaturalem corporis humani figuram, vel auctam vel imminutam elaſticitatem, & irritabilitatem partium ſimplicium ſolidarum; conditionem ſanguinis aliorumque humorum in humano corpore contentorum; hæreditariam diſpoſitionem corporis noſtri, de qua varii pendent morbi in variis periodis incrementi corporis humani; ac conditionem morborum quoque prægreſſorum, ſexumque ægrorum.

In numerum *cauſarum proximarum* (ſ. continentium ſ. formalium ſ. abditarum internarum dictarum.) quæ ſunt illæ corporis læſiones immediate ſymptomata morboſa excitantia, & ab iis cauſis præcedentibus orta, ſemel producta, ſuis viribus permanentia, reponebant ſtatum proprium præſentem cujusvis ægri, innoteſcentem diſquiſitione propria naturæ, & qualitatum remotarum cauſarum, accurata obſervatione ad ſymptomata, ad eorum ſequelas in morbis, disquiſitione effectuum de remediis adhibitis & ſectionibus ægrorum mortuorum.

Exceptis hiſce momentis varia quoque occurrunt phænomena præternaturalia, durante morbo obvia, *ſymptomata* jam a proavis noſtris dicta; quibus æger affectus eſt, & quæ medico apparent vivente adhuc ægro, vel jam mortuo: indicantia inprimis ſtatum ægrotum cujusvis functionis, reſpicientis vel ſpiritus vitales, vel humores, vel vires animæ, quæ in accurata diſquiſitione ſe manifeſtant, certum, in quo apparent, ordinem, ac conditiones, quæ influxum habent haud exiguum in animali œconomia, exceptis variis phænomenis tam varie ſe mutantibus, ac irregularitatem producentibus, quum ſymptomata iſta, vel qua effectus cauſæ proximæ appareant, & qua ea expli-

plicanda ſint, vel qua effectus contrarius vis vitalis in œconomia animali, quæ ex hoc reſpectu excitantur, ad omnia, corpori noxia, expellenda & evertenda.

Ad *Diagnoſin* quoque jam tum referebant pathologiæ partem tam præcipuam, in qua ſymptomata inter ſe æqualia vel inæqualia inveſtigantur, unum morbum ab altero eo acccuratius diſtinguentia, cognitionem vero accuratiſſimam ſymptomatum præcipuorum & characterum omnium morborum plenarie ſupponentium: excepta cognitione ſignorum, eventum morbi prædicantium, haud exiguam ſupponente experientiam, medicum inprimis ornantem, prognoſi iſta non meris tantum conſtante conjecturis, accuratis obſervationibus, & experientia ſufficienti in caſibus ſimilibus fundata.

1) Ea *pars Pathologiæ*, in qua terminologia pathologica, denominatio & diſtinctio morborum accurata occurrit; in qua *hiſtoriæ* & *circumſtantiæ morborum* exponuntur, ac morbus hoc modo determinatur, peculiarique inſignitur nomine vel generico vel ſpecifico, & diſtinctione adornata ad ſyſtema quoddam ſolidum pathologicum, peculiari inſignitur nomine *Noſologia*.

2) Quæ circa notas & morborum *ſigna* agit, tam *diagnoſtica*, differentiam & comparationem morborum comprehendentia; quam *prognoſtica*, exitum & periculum morborum determinantia, quæ ea ſigna morborum continet, e quibus cognoſci poteſt, quid in morbis per ſe obſcurum eſt, præſens, præteritum aut futurum ſimul detegitur; ea *ſemiotica pathologica* denominatur.

3) Quæ vero circa *effectus* morborum, vel bonos vel malos, circa eorum definitionem, diviſionem,

natu-

naturam, verſatur, *Symptomatologia pathologica* appellatur.

4) In qua vero *cauſæ morborum* demonſtrantur, ex iisque morbi poſſibilitas determinatur, dicitur *Aetiologia pathologica.*

In utraque ſpecie *pathologiæ* tam *generalis* quam *ſpecialis noſologia*, *ſemiologia*, *ſymptomatologia*, *ætiologia pathologiæ* pertractatur. Minime enim eſt credendum, vanas eſſe ſpeculationes, & ad praxin minus adplicabiles, quæ in pathologia generali de ſimplicibus ſolidorum & fluidorum vitiis occurrunt. Mutatio talis ſimplex quamvis non in quovis morbo ſemper obſervetur, negari tamen nequit, medicum in ſua praxi & remediorum determinatione haud adeo felicem eſſe, ſine hac cognitione; rationalis enim Medicus ad ſimpliciſſimas corporis humani mutationes ſemper debet reſpicere, ſi morborum acquirere velit cognitionem plenarie philoſophicam, quum compoſitæ mutationes omnes e ſimplicibus oriantur, quas adeo ignorare nefas eſt.

In *generali Pathologia* recte *Noſologia* & *Aetiologia* occurrit; in ea enim inde univerſales ideæ tam de morbis ipſis, quam de eorundem cauſis rectius ordinantur, & memoriæ hoc modo ſuccurritur. In ſpeciali enim morborum tractatione minime ſeparantur, ſed morbi phænomenis expoſitis, cauſæ morbificæ ſtatim ſunt addendæ; ne particularis nimirum morbi tractatio, una ſerie tradenda, disjungatur.

Aetiologiæ & *Semiologiæ* accurata & plenaria cognitio diſtinguit Medicum ab empyrico, qui notionem & phænomena cognoſcere poteſt morbi multiplici edoctus experientia, cauſas vero veras ignorat.

Quam

Quam *neceſſaria* ſit hæc *cauſarum* in curandis morbis *cognitio*, patet quoque ex eo, ſi quis tantum conſiderat, morbi curationem conſiſtere potius in remotione cauſarum: hinc his non cognitis, vel plane non eſt obtinenda talis curatio, vel caſu tantum accidit; in iſtis quoque, morbis chronicis, quorum plenaria curatio non poteſt expectari, poſt varia tentata remedia fruſtranea, nonnunquam caſu in illud incidunt ſæpius medici, quod cauſam poteſt removere.

§. 110.

In *Pathologiæ generalis* parte *Noſologica*, quæ generalem morborum ſiſtit ideam & conſiderationem, pertractantur generatim morbi natura, definitio, diviſio, diſtinctio in claſſes, ordines, genera & ſpecies; differentiæ eſſentiales, accidentales, ab origine, ſede, curſu, gradu, indole, eventu: variæ quoque differentiæ morborum ratione quantitatis, qualitatis; motuum differentiæ morborum ſingularium animi.

Differentiæ tam eſſentiales, (conſiſtentes vel in fluidis vel ſolidis l. mollibus, l. duris partibus corporis humani;) quam accidentales, reſpicientes, vel ſubjectum ſ. hominem ægrum, ex quo dein morbus denominatur a loco affecto, numero, ætate, temperamento, ſexu, origine, vitæ genere, adſuetudine, tempore invaſionis, ordine, indole, frequentia; vel cauſas, unde morbus varie denominatur a magnitudine, qualitate, motu, tempore, duratione, regione, eventu.

Ea corporis humani conditio & mutatio, quæ præternaturalem diſpoſitionem, actiones lædentes immediate inducunt, cauſam efficiunt plerumque proximam, vel eæ cauſæ morboſæ, quæ ſucceſſive

labem inducunt corpori, per plurimas remotiores ita auctæ, ut tandem effectus, ſenſibus cognoſcendos, producant, tantum efficiunt, ut actiones, in corpore ſano hactenus obſervatæ, non eo ſuccedant modo, ſi vel debilitatæ, l. auctæ, l. alio modo mutatæ, abſolvuntur: hinc tales corporis morboſi conſideratio effectus cauſarum morboſarum, i. e. ſymptomata ſiſtit, per quæ effectus iſti cauſarum morboſarum eo luculentius apparent, actiones nempe læſæ, l. abolitæ, l. imminutæ, l. depravatæ; excreta & retenta; ac qualitates externæ ſenſibiles, varie læſæ, vitia corporis humani in ſenſus incurrentia externos indicantes, qua viſibiles, audibiles, olfactiles, guſtatiles, tactiles; de quibus ſpeciatim agitur.

In *Symptomatologica* parte *Pathologiæ*, effectus morborum fuſius proponente, ſymptomata tam eſſentialia quam accidentalia morborum quoque generaliter penſitantur; & quidem

1) in morbis *ſimpliciſſimis* a) affectis partibus *ſolidis* continentibus vel inſtrumentariis nimis auctis ſ. contractis, vel imminutis ſ. debilitatis ſ. ratione particularum ſolida & fluida componentium;

b) in partibus *fluidis*, peccantibus, quantitate nimis aucta & nimis imminuta, circulo hinc inde læſo, l. qualitate læſa, a nimia ſpiſſitudine, fluiditate, diverſa cohærentia, cruditate, acrimonia, ſeceſſione particularum l. alterato motu & ſenſatione nimis aucta & imminuta, vel fluidis humoribus locis aberrantibus.

2) In morbis *ſimplicibus* organa adficientibus conſideratur vaſorum cavitas, tam eorum imminutio, vel obſtructio vel compreſſio, quam auctio, ſecretio læſa & nutritio; ſenſuum vitia externorum

&

& internorum, & ſomni, morboſæque organorum generationis, varii ſtatus morboſi fluidi nervei & nervorum; vitia digeſtionis, chylificationis, reſpirationis, tranſpirationis, urinæ, excretionis variæ læſæ.

3) In *morbis* vero *compoſitis* penſitantur adfectus partium ſolidarum, vaſculoſarum, muſculoſarum, tam nimis conſtrictarum, quam debilitatarum & univerſaliter & particulariter: fluidarum vero magis affectarum quoad quantitatem, qualitatem vitiatam ac partium compoſitarum viſcera & organa conſtituentium.

Effectus, qui oriuntur præternaturales exiſtente & adhuc durante morbo, *ſymptomata* vocantur, quæ concatenata ſimul morbum conſtituunt, nec differunt a morbo aliter, quam pars a toto, quæ vel ſenſatione ægrorum percipiuntur, vel adſtantium ſenſibus pateſcunt, vel cadaverum inſpectione deteguntur; hinc cauſæ non cum ſymptomatibus ſunt confundendæ. Symptoma quodvis quum conſiſtat in læſione alicujus actionis vel vitalis, vel naturalis, vel animalis, hinc hæc ſymptomata accurate, plene, ſine ulla ratiocinatione & eodem ordine, quo ſæpiſſime extiterunt, ſunt deſcribenda: Omnia enim ſymptomata non ſemper, nec in unoquoque, nec in eodem ordine exiſtunt, ob varias corporum naturas; a diverſa enim methodo medendi, in uno eodemque morbo valde diverſa oriuntur ſæpius ſymptomata, accurate hinc diſtinguenda, & ſecernenda ſunt adventitia hæc phænomena, ſymptomatibus morbo peculiaribus & perpetuis, judicium alias evenit incertum circa morbos, niſi hoc fit.

Valde itaque utilis & neceſſaria eſt hæc pars *Pathologiæ ſymptomatica*, quæ circa omnia hæc recenſita verſatur momenta; nec ſolum circa nudam

&

& fidelem ſymptomatum deſcriptionem, ſed circa eorum originem quoque & rationem, cujus cognitio medico pereximie confert & ad prognoſin formandam certam & ad mitigandam vel tollendam ſymptomatum vim. Corpus humanum, machina tam artificioſe & mirifice ſtructa, virium ei inſitarum ope, ſentit omne noxium & expellere nititur; omnia ideo deducenda ſunt ſymptomata a cauſæ proximæ actione, & reactione partium affectarum ad hancce cauſam eliminandam. Neceſſario ideo quoque requiritur, ad ſymptomata hæc explicanda, notitia plenaria cauſarum proxime mechanicarum, vel chymicarum, & naturalium actionum corporis humani. Non hypotheſibus igitur vagis vera & tam neceſſaria exſtructa eſt *ſymptomatologia*, quæ præcipua eſt pars pathologiæ medicæ anthropologicæ.

Originem morborum & ſymptomatum eos concomitantium ſi perſcrutamur paulo penitius, eo luculentius quoque apparent tam variæ morborum & ſymptomatum ſpecies. Integritas enim & facilitas actionum corporis humani ſanitatem ejus conſtituit. Læſa una alterave, ſeu pluribus, oritur *morbus*. Medicorum hinc eſt, morbum, fieri ſi poteſt, expellere, ſaltem furorem ejus demulcere; quod diverſarum formarum, ſub quibus hominem aggreditur, cognitionem ſupponit.

Morbi ratio ſufficiens hæret in corpore, & cauſſa ea, qua poſita ponitur morbus, *proxima* vocatur: generatur a cauſſa *remota*, quæ ſi corpus veluti præparat ad morbum, *prædiſponens*, ſin præparatum jam corpus vere ægrum reddit, *occaſionalis* audit. Mutationes corporis ægri & ſenſibus obſervabiles & præternaturales, medicis ſunt *ſymptomata*.

Machina noſtra ex principiis phyſiologicis ſolidis & fluidis componitur. Utraque vel ſola, vel ſimul lædi poſſunt. Omnes hinc morbi in triplicem abeunt claſſem: in morbos nempe *ſolidorum*, in morbos *fluidorum*, & in morbos *ſolidorum & fluidorum ſimul læſorum*.

Solida machinæ noſtræ ſunt: tunicæ, vaſa, muſculi, nervi, oſſa, cartilagines &c. Quælibet fibris ſimpliciſſimis, tum ſimplicibus, demum compoſitis conflantur. Fibra autem ſimplex, quæ duobus elementis unitis, terreo & glutinoſo, conſtat, utiliter jam conſideratur. Si enim neceſſitatis ratione minus ejus particulæ cohæreant, *laxitate*, ſin magis illæ fortiusque, quam uſus poſtulat, ſibi junctæ ſint, *rigiditate* laborare dicitur. Quodſi vero iſtæ fibræ partes omnino, idque contra naturam, a ſe invicem receſſerint: *continui ſolutio* hic morbus nominatur.

Organa, quæ ex illis formantur, peccare poſſunt

1) iiſdem vitiis:

2) numero fibrarum ſimplicium vel aucto vel imminuto;

3) imminuta elaſticitate, vel a laxitate, vel a rigiditate, quibus præcipue vaſorum canales vel nimis dilatari, vel nimis coarctari ſolent.

4) Imminuta vel aucta ſenſibilitate & irritabilitate. Quæ utraque pendent ab influxu liquidi nervoſi & arterioſi vel in univerſo corpore, vel in parte ſive congeſto, ſive non rite ſuccedente. Sunt tamen vitioſæ quoad cohæſionem ſuam in hac re partes. Naſcuntur vero inde præcipue *ſpasmi*, *paralyſes*.

Fluida oleoſis, ſalinis, terreis & aquoſis principiis conſtant; &peccant vel *qualitate*, vel *quantita-*

te vel *motu*. *Qualitas* ponit mixtionem juſtam partium conſtituentium. Nam harum prædominante una alterave, morbus ſe exſerit. Si partes aquoſæ non ingeruntur, vel fluidis corporis propriis non admiſcentur, vel calore ſudoreque expelluntur, vel craſſiores partes nimis, quocunque demum modo, abundant, nectitur magis terra cum oleo, & generatur triſtis notæ ſanguinis *ſpiſſitudo*. Sin autem ſanguis magis ſolutus & aquoſus eſt, nimia adeſt *fluiditas*, de qua exemplum præbent morbi putredinoſæ indolis, & hominis ſtatus, qui ademto, vulnere vel venam ſecando, ſanguine copioſo, aqua repletur.

Tum vel motu & coctione, vel inductis extraneis, ea ratione alterari poſſunt ſanguinis principia, ut nocivam acrimoniam, ſalis oleive effectum, contrahant. Atque ſic naſcuntur variæ acrimoniarum ſpecies, uti ſunt *alcaleſcens*, *acida*, *muriatica*, *ammonicalis*, *putrida*, *rancida*, ſuis ſingulæ effectibus multum claræ.

Læſa fluidorum *quantitas* non niſi ex ratione capacitatis vaſorum in ſtatu naturali, ad robur eorum, & corporis habitum determinari poteſt. Quodſi tanta in vaſis volvitur copia ſanguinis, ut vix ac ne vix quidem capi poſſit ſine metu rupturæ, vel functionum lædendarum, adeſt *plethora*. Sin contra minor pro vaſorum diametro permeat copia, tunc ſanguinis *raritas* obtinet. Quo in caſu tunicæ antea expanſæ collabuntur, orificia vaſorum arctantur, actiones naturales interrumpuntur, oritur ſtagnatio, obſtructio, tumor, pluraque alia.

Ad motus vitia, in liquidis conſpicua, ſpectat inprimis *febris*, qua ſpaſmus vaſorum ſanguiferorum cum motu humorum accelerato. Cui ſi tumor, rubor, ingrata ſenſatio accedat, *inflammatio*

præſto eſt. *Tumores* varii, *macies*, *phthiſis* in univerſum, vitioſæ circulationis frequentes ſunt effectus.

Indicati jam morbi multis inter ſe modis junguntur. Morbi vero, ſive ſimplices fuerint, ſive compoſiti, diverſa ſymptomata producunt, quæ *vel* in turbis functionum *vel* in vitiis eorum, quæ excernuntur, *vel* in qualitatibus ſenſibilibus ſic dictis alienatis conſiſtunt.

Omnes corporum mutationes uti a cauſis ſuis definiuntur, ita quoque morbi ſuæ præſentiæ rationem e cauſis repetunt quibusdam, e quibus variæ agere incipiunt, antequam morbi ipſi in ſenſus cadunt; una enim ex hiſce cauſis raro ſola percipitur, concurſus vero eorum & varia applicatio morbum demum præſentem faciunt. In *Ætiologia* cauſæ morborum ordinantur, quarum applicatione corpus ſanum ita mutatur, ut actionum ſemper fiat læſio. Omnes diætæ errores aliquam labem corpori inducentes, in iis itaque cauſæ morborum quærendæ ſunt occaſionales. Levior corporis humani mutatio, hiſce & aliis ſimul accedentibus cauſis per vires vitæ non corrigitur, ſed labes potius permanens corpus ad morbos diſponit, oriuntur hinc cauſæ prædiſponentes, permanentes, non tranſitoriæ. Quæ remotæ ideo conſiderantur cauſæ prædiſponentes & occaſionales, quæ conjunctæ & auctæ cauſam proximam ſ. rationem principem actionum læſarum, vel ſymptomatum nunc ingruentium exhibent. *Cauſæ* morborum, de quibus eſt ſermo in *Ætiologia*, aliæ ſunt propinquæ vel remotæ. Propinquæ, quæ ſubtilius adhuc in proximam nempe & antecedentem rurſus dividuntur, & fundatæ ſunt, vel in humoribus, qui peccare poſſunt, quantitate excedente & deficiente, quali-

tate, motu, loco: vel in partibus ſolidis diverſimode iterum peccantibus; vel in excrementis vitioſis quibusvis utilibus & inutilibus, quibus preferuntur res aliæ incongruæ deglutitæ.

Remotis, procatarcticis ſ. occaſionalibus referuntur res conſuetæ variæ non naturales; præternaturales morbi nempe & ſymptomata receptis aliis malis, morbos quoque producentibus ac ſupra naturales.

In *Pathologiæ* itaque *generalis* parte *ætiologica* cauſas vel ſeminia morborum explicante, generaliter inquiritur, cauſarum definitio, differentia, origo, ſedes, valde diverſa quoad naturales & præternaturales cauſſas, quoad diſpoſitionem materialem, ætatem, temperamentum; & diviſio quoque diverſimoda in proximam materialem & formalem remotam, & occaſionalem externam internamque, in ſeminia morborum naturalia, communia, propria, & quæ præter naturam ſunt.

In cauſis *proximis materialibu* ſpeciatim inveſtigatur eorum natura, materia, ſedes, varia, in ſero, ſanguine rubro, lympha hærens, modus agendi ac effectus, & quidem ſi cauſa eſt materia quædam ſubtilis acris, ſ. miaſma, l. craſſa quædam acrimonia magis viſcida materia involuta, l. acrimonia craſſior, externe corpori admota, l. ingreſſus ſeri in tunicam celluloſam, l. diſruptio aut vaſorum dilatatio.

Eodem modo penſitantur *cauſæ* morborum *antecedentes* & quidem acrimoniæ, ſtagnationis & ſtaſeos: uti & cauſæ *prædiſponentes* vel in fluidis corporis animalis quantitas & qualitas læſa l. in ſolidis major debilitas ſeu ſenſibilitas, l. in utrisque ſimul obviis ratione prædiſpoſitionis diverſorum tempera-

ramentorum; exceptis in corpore occurrentibus variis concrementis, variis peregrinis in corpore excluſis; quæ omnia hic accurate quoque diſquiruntur.

In *hac* quoque *pathologiæ parte* conſiderantur definitio, differentia, ſigna, ſubjecta, cauſa, effectus plethoræ, nimiæ humorum ſpiſſitudinis, fluiditatis, mixtionis, cruditatis, acrimoniæ.

In partibus *ſolidis prædiſpoſitio* ad morbos, & quidem cauſa effectus debilitatis & relaxationis, ſenſibilitatis nimiæ l. temperamenti varii, concrementorum in ſolidis & fluidis partibus; externorum vario modo lædentium, & corporum ad varios morbos prædiſponentium, malæ conformationis peregrinorum variorum corporum.

Cauſæ occaſionales remotæ heic quoque determinantur prædiſpoſito nocentes corpori; dependentes a) vel ab anima & ejus immodicis exercitationibus, ac affectibus, uti ira, terrore, triſtitia, a motuum vitalium defectu, noxa iſtorum animi perturbationum; b) vel a corpore, excedentibus & deficientibus motu, quiete muſculorum voluntario, ſomno & vigiliis; & damna quoque ſpecialia e poſituris & motibus ſingularibus, horum exceſſus, excretis nimiis, ſanguine, tranſpiratione, urina, muco, ſaliva, ſemine, inordinate retentis alias excernendis; ſ. vitiis primarum viarum, calculi origine & noxa; c) vel extra nos poſita & in nos tamen agentia, uti qualitates & effectus aëris, ingeſtorum tam potulentorum quam eſculentorum, quantitas, qualitas remediorum ordinariorum, conſuetorum, evacuantium; uſus cæterum remediorum intempeſtivus; d) differens cauſarum morbificarum conſtitutio, vires naturæ medicatrices.

Utilitas ætiologiæ itaque per ſe patet: nulla enim motus mutatio fit ſine cauſa; morbus cauſas mor-

morbificas neceſſario præſupponit, quarum cognitio Medico ſumme eſt utilis. Ita enim curaturus fine ſuo non fruſtrabitur.

§. III.

Tam cauſæ quam ſymptomata ita ſe invicem in morbis excipiunt, ut rationem actionum læſarum, I. ſymptomatum in ſe contineant, & plures cauſæ remotæ, ratione effectuum, tandem in cauſa proxima & in ipſo morbo concurrant, in quo læſio primario in plures alias, in corpore ſemper obvias dividitur quaſi & ita multiplicatur. Mutatio talis ſucceſſiva cauſarum & effectuum morbos in integro ſuo ambitu ſiſtit. Læſionis prægreſſæ, præſentis, & futuræ *ſigna* exhibent vero ea ſymptomata, quæ in morbis eveniunt.

De quibus ſignis præcipua fit mentio in *Pathologiæ generalis* parte *ſemiologica*, quæ ſingula in ægro obſervata ita continet, ordinat & explicat, ut anamneſtica in ſcrutinio cauſſarum occurrant, diagnoſtica ex læſis potiſſimum actionibus, vel ſigillatim vel conjunctim conſideratis, appareant, & ex his, bene inter ſe comparatis, ad futuras ægri mutationes in prognoſticis concludatur. Quum in acutis ſemper morbis, in chronicis vero ſæpius, elaborationes humorum eadem ratione, uti in ſtatu ſano, dijudicari & cum eodem comparari debeant, doctrina de cruditate, coctione & criſi humorum ex veterum obſervationibus hinc etiam heic in *Semiotica pathologica* repetitur: quæ verſatur inprimis

1) *Generatim* a) circa ſignorum vel ſymptomatum differentiam variam pro diverſo reſpectu; circa fontes & generales & ſpeciales; media diverſimoda, effectus, hiſtoriam, uſum & influxum ſemiotices in ægrotos;

 ar-

artem medicam & medicum: circa modum obſervandi ſigna morborum, eorum mutationes, exitus in toto ambitu corporis & animæ:

II) *Speciatim* circa actionum vitalium deſcriptionem, differentiam, in genera, ſpecies, mutationes, exitum ac prognoſin generalem & ſpecialem in ſingulis morbis obviam; a) motus cordis pulſus nimirum, ut ſignum; b) reſpirationis, circa actionum animalium læſiones; c) motus naturales vitales ſolidarum partium, vel excedentis, irritabilitatis nempe rigiditatis, horroris, rigoris, ſternutamenti, riſus, tuſſis, ſingultus, pavoris, tendinum ſaltus, ſpaſmi, convulſionum; vel deficientis, debilitatis, laxitatis, laſſitudinis ſcilicet, oſcitationis, torporis, tremoris, aphoniæ, animi deliquii, vel mixti motus tonici, tremoris, palpitationis, paralyſeos; d) alterationum in motibus voluntariis & ſenſibus quinque externis interniſque, ſomni, vigiliarum, inſomnii, mentis conſtantiæ, delirii, fatuitatis, oblivionis, doloris, ſtuporis, vertiginis, anxietatis; e) verſatur ea quoque circa actiones naturales primarum viarum; ſitis, ut ſignum manducationis, deglutitionis, appetitus, fames; ardoris ventriculi, ructus, flatus, nauſeæ & vomitus, digeſtionis; dejectionum alvinarum, vermium; f) circa actiones ſecundarum viarum, ſ. ſecretiones & excretiones, ut ſigna fluoris nempe ſalivalis ac ſputi, tranſpirationis & ſudoris; urinæ: circa ſigna unitatis ſolutæ; ſpiſſitudinis, tenuitatis humorum; acrimoniarum variarum; g) circa actiones quoque ſexus, potioris ac ſequioris læſas; h) circa judicationem morborum, ut ſigno reſpectu criſium & dierum decretoriorum, deſcriptionem, differentiam, eorum accidentalem vel ab origine, ſede, curſu, gradu, indole, eventu; ſigna generalia, ſpecialia, ſubjecta, tempus, cauſas, prognoſin, varietatem ac di-

dignitatem eorum, cruditatis, coctionis, veræque indicationis morbi per gangrænam, abſceſſum, ſuppurationem & eruptionem cutis variam, per expulſionem humidorum, profluvii nempe ſanguinis varii, ſudoris, ſalivæ fluxus & ſputi, urinæ, ac dejectionem variam per vomitum & alvum, conjunctionem plurium egeſtionum; i) Morbi recidivi ut ſigna heic quoque disquiruntur, uti & k) ſigna malignitatis; l) ſanguis reliquique humores; m) habitus corporis, bene valentis ſimilis & diſſimilis; nimium heic quoque atque ſubitum ſtaturæ incrementum; nimia macies vel tumor; calor & frigus corporis, mador & cutis ſiccitas; color corporis univerſi, vel partium vitiatus, pruritus cutisque ulcuſcula longa; faciei, abdominis ac extremitatum conditio; n) ægri cubitus ut ſignum o) mores; p) mortis ſigna. Exceptis hiſce *media* heic quoque conſiderantur, quibus ſigna explorantur & percipiuntur, ſenſus nempe noſtri externi & interni; liquor ratione quantitatis, craſſitiei, coloris, odoris; contenta univerſalia, particularia e. g. in ſanguine, urina.

Et ſic quoque redundat *Uſus Semiologiæ* ſ. doctrinæ de ſignis morborum in corpore humano obviorum non ſolum 1) in *ægrotos* & ratione diagnoſeos, (morbi enim indole probe cognita, conveniens quoque adhiberi poteſt medela, alias omnia ambigua;) & ratione prognoſeos, in morbis inprimis, per criſin ad ſubitaneam properantibus mutationem, ſed in artis quoque medicæ therapiam & medicum ipſum, ſignorum nempe ope diagnoſticorum & prognoſticorum convenientiſſimæ inveniri poſſunt indicationes. Diagnoſis nempe per ſigna inſeparabilia morbum evolvens, præpoſteras & contrarias prohibet medicationes; & prognoſis ſæpius valet Ariadnæi inſtar fili; ſigna enim, quæ

 mor-

morbi decurſum impeditiorem præſagiunt, tam Medicum quam ægrum de conſtantia, de patientia & circumſpectione admonent; Medicus enim mala prævifa commodius antevertere ac infringere poteſt. Signa ſi quædam in morbo mortem prænunciant, ſemper tum artifex ſibi præcavebit a vanis pollicitationibus, a fruſtranea remediorum, inprimis pretioſorum adplicatione, quomodo famam prudentis, experti & fidelis medici nomen tuebitur.

Quæ vero ſigna eventum ſpondent bonum, clandeſtini quaſi oraculi vices ſuſtinent, ſuadendo, ne pejora quæque improvide ominentur, ne de varianda methodo aut mutandis formulis cogitetur: ſub qua methodo æger tantum proficit, ut ſigna ſalutis aperta jam adſint, ſub eadem quoque ad finem usque optatum decurrere morbus poterit. *Uſum Medico* præſtat *Semiologia*, ubi ſola ſigna, per relationem manifeſtata, debent ſufficere ad ſuppeditanda conſilia, cum ſubjectum ægrotans cominus intueri non liceat.

Ad ægri denique fiduciam erga Medicum conciliandam, quam plurimum quoque adfert, ſi hic illi prædixerit, tum præterita tum futura, imo ſi ea quoque ſuppleat, quæ æger enarrando non tetigit, ſymptomata, tum obſervante Hippocrate ægrotantes ſcientiæ ſuæ bene gnaro eo confidentius ſe dare ſolent &c.

Medicus non ſemper cenſendus eſt qua miniſter, ſed qua interpres naturæ. Hisce muneribus competunt ei officia, quæ amplam requirunt cognitionem: e quibus præcipue ea quoque eſt, accurate diſtinguendi, quantum vires naturæ oppoſitæ, & artis ſeſe extendant: Unicum tantum medicum ſuppeditat præcipuum, hancce acquirendi cognitionem.

nem. Ad obſervationes enim naturalium apparitionum, quæ morbum comitantur, accurate omnis opera adhibenda eſt.

Obſervatio enim eſt, uti cel. *Clerk* ſe exprimit, & primum initium ad experientiam, quæ eſt fundamentum certæ cognitionis, & fulcrum quaſi cujusvis amplificationis in ſcientia medica. Hancce ob cauſam antiquioris jam ævi Medici obſervabant omnia ea, quæ durante morbo occurrebant: Omnem adhibebant operam, decurſum eorum inquirendi & remedia ſibi nota reddendi, quibus vel ad reſtitutionem ſanitatis vel ad mortem ſeſe diſponebat, ad mediorum effectum ſalutarium promovendum vel noxiorum præcavendum: quo e. g. modo celebres viri Hippocrates, Sydenham, tam varias utiles præſcriptiones de *prognoſi* reliquerunt nobis poſteris; qua via ſcientia medica ſemper ad majus evecta eſt faſtigium ad noſtra usque tempora, & inprimis in hac parte pathologiæ, quæ ſemioticam tam diagnoſticam, quam prognoſticam comprehendit.

Diagnoſi enim occupata eſt *Pathologiæ pars ſemiologica*, qua peculiari ſcientia, in qua tractantur ſpecifica morborum conſimilium natura & differentia, ſine qua nulla ſtabilis ſuſcipi poteſt prognoſis vel therapia, & ſine qua adſtantibus ſæpius ludibrio fit Medicus. Omnium inprimis ſymptomatum notitia, ſemper morbum concomitantia, characteriſtica vel pathognomonica dicta, in diagnoſi ſemper enumeranda exſtruitur diagnoſis; & pari modo circa *prognoſin* verſatur ſ. eam ſignorum ſcientiam, quibus ea, quæ ægro eventura ſint, præcognoſcuntur, quæ nil magis confert ad morborum vel ſymptomatum tam medelam, quam eorum præviſionem; uti & ad Medici famam, futurarum enim prædictio circumſtantiarum quam plurimum prodeſt, &

& id merito; maximam enim in morbo experientiam, rationemque demonſtrat ſanam.

Semiotica ſtatum hominis tam ſanum quam ægrotum accuratius determinans, omni jure meretur, quod ea ſit *Medico principem tenens locum.* Tot enim mutationes, quotidie in machina obviæ humana, neceſſario producere quoque debent certos effectus, qui per certa ſigna eo accuratius poſſunt determinari, & quum ea certitudinem jam quandam acquiſiverint, qua fundata obſervationibus multorum ſeculorum; *Medici* hinc præcipuum eſſe debet *officium*, hæc colligendi ſigna, & ex eorum comparatione tam in ſtatu ſano quam ægroto ad certitudinem perveniendi convincentem.

Uti enim hominem ſanitas tam varia eſt, & pro mutatione temperamenti, ætatis, ſexus, exceptis quoque vulgaribus, varia alia quoque communicat, quæ Medico ſunt ſcitu neceſſaria, niſi in judiciis ſuis de regimine & conſtitutione totius diætæ errare vult: pari modo ſe res habet ſemiotica pathologica anthropologica.

Omnes morbi, cujuscunque ſint naturæ, præſentiam ſuam manifeſtant per ſymptomata certa, quæ Medicus aſſumit, qua ſigna cauſarum certarum determinatarum, & quum, principiis philoſophicis, nullus effectus eſſe poſſit ſine ulla cauſa præſente, revertitur, quam ſolers & accuratus naturæ ſcrutator, in priſtinam ægrorum ſuorum vitam, comparat præteritum ſtatum cum præſente, & concluſionem format, non ſemper quidem mathematicam, principiis tamen ſolidis probabilem de mali exitu. Hisce principiis & apparitionibus ſemiotices, ordinat remedia quam convenientiſſima, malum vel plane tollentia, vel tantum lenientia; naturæ

turæ effectus perſpicit acuto valde obtutu, quo ſalutares promovet tam heroice, uti noxios omni opera removere ſtudet.

Pone, non omnia plenarie & ſolide ſemper poſſe perſpici, quæ in machina occurrunt humana; pone, non de omnibus morbis adeſſe in ſemiotica, tam ſecura & propria ſigna, quæ in omnibus caſibus ſine exceptione teſtantur de probabilitate quadam; remanet tamen in inveſtigatione & curatione omnium morborum tam acutorum quam chronicorum ſemiotica medico unica quaſi ſtella polaris, quæ eum quaſi adjuvat periculoſiſſimos clypeos & brevia periculum ei ſummum minantia quam ſecuriſſime prætervehi. Sic pulſus nunquam medicum decipit, ſi ei omnes ejus qualitates ſufficienter ſunt notæ; ſic in reſpiratione perpetuo leges obſervantur certæ, quæ medico poſſunt exemplo. Omnes in corpore obviæ mutationes, tradunt certa ſigna ad convenientem eorum tractationem, & medicus, cui ea plenarie ſunt nota, qua verus vitæ ac necis judex, eo facilius poteſt determinare exitum pro variis ſimilibus caſibus.

Genuinæ & veræ obſervationes nunquam deſerunt medicum in ſemiotica, & confirmant certitudinem ejus prædictionum. Quantum nonne lucratur honos medici tam felici obſervatione ſignorum, tam de ſano quam ægroto ſtatu corporis humani quantam tranquillitatem ei affert ſtatus formidoſus ægri neceſſarius, ſi ſigna tamen omnia tam fortunatæ ſunt conditionis, & quam ſecure communicare poterit cognatis exoptatam ſpem & gaudium de reſtitutione ægri, de ejus vita: uti ex altera parte æque certo prognoſin ſiſtere poteſt de ſtatu ægri periculoſo, & in iſto quidem tempore, in quo pauca hæc momenta adhuc æger adplicare poteſt, ad ſolidam

lidam revelationem & conſiderationem de ſtatu ejus futuro, æterno, poſt hancce vitam terreſtrem. Perquam *inſignis* itaque *eſt finis*, *uſus*, & *neceſſitas ſemiologiæ* medicæ pathologicæ.

§. 112.

Quemadmodum *Pathologia generalis* morbos, cauſas ſigna & ſymptomata conſiderat in *genere*; ita *Pathologia ſpecialis* de iisdem agit in *ſpecie*.

Pathologiæ ſpecialis antropologicæ *objectum* ſunt ſinguli morbi, tam internis quam externis mediis curandi, ad Methodum quandam noſologicam ordinati, tam quoad congruas claſſes, ordines, genera, ſpecies, varietates, quibus corpus humanum poteſt affici, & non ſolum quoad *Noſologiam*, ſed quoad ſinguli quoque morbi differentiam, *Semiologiam*, *Symptomatologiam*, *Aetiologiam*, pro ſinguli morbi varia conditione in determinandis accurate morborum generibus & ſpeciebus. Methodus noſologica, non frivola, nec curioſitatis affectatæ plena, omnibus aliis ſemper eſt præferenda, iis inprimis, in quarum diſpoſitione tota ſyſtematica, præcipua opera poſita eſt, in diſtinctionibus multiplicandis, in novis nominibus effingendis potius, quam in characteribus cujusque ſingularis morbi ſtabiliendis, dummodo ab ineptiis vacua, diſpoſitio totius ſyſtematica haud quaquam negligatur, in ea enim, ſi ad characteres ſingularium morborum melius determinandos ſemper reſpicitur, nulla hinc oritur quæſtio de diſpoſitione ſyſtematica, quæ non alicujus in pathologia ſit momenti. Aliter quidem ſe hic res habet ac in pictura vel poeſi, ubi recte ponere totum maxima eſt laus, quum in accurata methodo noſologica, ſi in generibus & ſpeciebus definiendis & a proximis quibusque diſtinguendis,

ſatis

ſatis accurate tantum obſervatur. Claſſes & ordines minus ad amuſſim conſtitui, qualis prudens noſologiæ methodicæ cultus multum ſemper commodi non ſtudioſis juvenibus tantum, ſed quibuscunque practicis affert.

In Generibus morborum duntaxat diſtinguendis non tantum immorandum eſt, ſed ad ſpecies & varietates cognoſcendas quoque progrediendum eſt, in tali methodo ſyſtematica noſologica. Quam bene de republica medica in hac parte pathologiæ meriti jam ſint varii viri ſummi, quam multa, quæ ad generum & ſpecierum cognitionem plenariam quomodocunque facere poſſunt, undique colligendo & congerendo contulerunt, haud obſcurum eſſe poteſt, ſi nomina tantum virorum iſtorum celeberrimorum heic indigito, cel. nimirum *Sauvages*, *Linne*, *Vogel*, *Sagar*, & præ omnibus aliis & in Anglia, & extra eam jam dudum fama illuſtris *Cullen*, cel. Philoſophi & Medici, venerandi iſtius ſenis, qui in praxi ſua tam fortunata & tam proſpera, ultra triginta annos jam durante, excepto tam inſigni, & tam multis, varii generis, ægrotis impleto noſocomio Edinburgenſi, exoptatiſſimam habuit occaſionem, ad accuratiſſimas & ſolidiſſimas obſervationes pathologico-practicas inſtituendas.

Operis noſtri ordo id quoque requirit, omnibus, quæ pertinent ad univerſa morborum genera, abſolutis, ut nunc quoque in diſtinctas & ſeparatas claſſes, ordines, & genera tantum, (omnes enim ſpecies, varietates, anomalias morborum heic indicandi nec finis nec ſpatium permittit;) ad ſyſtema noſologicum accuratum & ſolidum, ordinati præcipui morbi & qua præcipua objecta *Pathologiæ ſpecialis*, ſpeciatim indicentur, & accuratius determinentur,

in

in qua non morbi cujusvis tantum noſologia, ſed differentia ab alio morbo, diſtinctio, ſigna & ſymptomata cuivis morbo convenientia & characteriſtica, diſtinctiva in certa, perpetua & accidentalia, uti ſigna tam varia diagnoſtica & prognoſtica, accurate & præciſe indicantur, determinantur, ſed cujusvis quoque morbi tam variæ cauſæ præcedentes quam præſentes, &c.

§. 113.

SERIES MORBORVM QVOAD CLASSES, ORDINES ET GENERA.

CLASSIS I. PYREXIÆ. Horum Characteres ſunt: poſt horrorem pulſus frequens, calor major, plures functiones læſæ, viribus præſertim artuum imminutis.

ORDO I. FEBRES, in quibus adeſt prægreſſis languore, laſſitudine, & aliis debilitatis ſignis, pyrexia ſine morbo locali primario.

Sect. 1. Intermittentes febres, miasmate paludum ortæ, paroxysmis pluribus, apyrexia, ſaltem remiſſione evidente interpoſita, cum exacerbatione notabili, & plerumque cum horrore redeuntibus, conſtantes: Paroxysmo quovis die unico tantum.

Genus 1. Tertiana: Paroxismi ſimiles intervallo quadraginta octo circiter horarum acceſſionibus meridianis.

Genus 2. Quartana. Paroxysmi ſimiles intervallo ſeptuaginta duarum circiter horarum: Acceſſionibus pomeridianis. *Erraticæ* ad tertianam vel quartanam vergentes.

G. 3.

G. 3. *Quotidiana.* Paroxyſmi ſimiles intervallo viginti quatuor circiter horarum, paroxyſmis matutinis.

Sect. 2. *Continuæ.* Febres ſine intermiſſione, nec miasmate paludum ortæ, ſed cum remiſſionibus & exacerbationibus, parum licet notabilibus, perſtantes: Paroxyſmis quovis die binis.

G. 4. *Synocha.* Calor plurimum auctus; pulſus frequens, validus & durus; urina rubra; ſenſorii functiones parum turbatæ.

G. 5. *Typhus.* Morbus contagioſus; calor parum auctus; pulſus parvus, debilis, plerumque frequens; urina parum mutata; ſenſorii functiones plurimum turbatæ; vires multum imminutæ.

G. 6. *Synochus.* Morbus contagioſus. Febris ex ſynocha & typho compoſita, initio ſynocha, progreſſu & verſus finem typhus;

Hectica. Febris quotidie revertens; acceſſionibus meridianis & veſpertinis; remiſſione, rarius apyrexia, matutina; plerumque ſudoribus nocturnis, & urina ſedimentum furfuraceo-lateritium deponente.

O. II. PHLEGMASIÆ. Febris ſynocha; phlogoſis; vel dolor topicus, ſimul læſa partis internæ functione; ſanguis miſſus, & jam concretus, ſuperficiem coriaceam albam oſtendens.

G. 7. *Phlogoſis.* Pyrexia, partis externæ rubor, calor, & tenſio dolens.

Species ſunt,

I. Phlogoſis, (*Phlegmone*) rubore vivido; tumore circumſcripto, in faſtigium plerumque elevato, ſæpe in apoſtema abeunte; dolore ſæpe pulſatili.

II. Phlogoſis (*Erythema*) colore rubicundo, preſſione evaneſcente; ambitu inæquali, ſerpente; tumore vix evidente, in cuticulæ ſquamulas, in phlyctænas vel veſiculas abeunte; dolore urente.

Phlogoſis ſequelæ ſunt:

Apoſtema. Poſt phlogoſin remittentibus dolore & pulſatione, tumor albeſcens, mollis, fluctuans, pruriens.

Gangræna. Poſt phlogoſin, pars livens, mollis, parum ſenſibilis, ſæpe cum veſiculis ichoroſis.

Sphacelus. Poſt gangrænam pars nigricans, flaccida, facile lacerabilis, ſine ſenſu vel colore, & cum fœtore carnis putridæ; vitio celeriter ſerpente.

G. 8. *Ophthalmia.* Rubor & dolor oculi; lucis intolerantia; plerumque cum lachrymatione.

G. 9. *Phrenitis.* Pyrexia vehemens; dolor capitis; rubor faciei & oculorum; lucis & ſoni intolerantia; pervigilium; delirium ferox vel typhomania.

G. 10. *Cynanche.* Pyrexia aliquando typhodes; rubor & dolor faucium; deglutitio & ſpiratio difficilis, cum auguſtiæ in faucibus ſenſu.

G. 11. *Pneumonia.* Pyrexia; dolor in quadam thoracis parte; reſpiratio difficilis; tuſſis.

Species ſunt:

I. Pneumonia (*peripneumonia*) pulſu non ſemper duro, aliquando molli, dolore thoracis obtuſo; reſpiratione perpetuo difficili, ſæpe nonniſi trunco corporis erecto exercenda; faciei tumidæ colore purpureo; tuſſi plerumque humida, ſæpe cruenta.

II. Pneumonia (*pleuritis*) pulſu duro; dolore, plerumque lateris, pungente, ſub inſpiratione præſertim aucto; decubitu in latus moleſto; tuſſi dolen-

lentiſſima, initio ſicca, poſtea humida, ſæpe cruenta.

Pneumoniæ ſequelæ ſunt:

Vomica. Poſt pneumoniam, reſolutione quadam non terminatam, dyſpnoea & tuſſis perſtantes, cum decubitu in latus ſanum difficili, & febre hectica.

Empyema. Poſt pneumoniam ſuppuratione terminatam, ſæpe poſt vomicam, remiſſio doloris, dum perſtant dyſpnoea, tuſſis, decubitus difficilis, & febris hectica, ſæpe cum ſenſu liquoris in pectore fluctuantis, & ſignis hydrothoracis.

G. 12. *Carditis.* Pyrexia; dolor in regione cordis; anxietas; ſpiritus difficilis; tuſſis; pulſus inæqualis; palpitatio; ſyncope.

G. 13. *Peritonitis.* Pyrexia; dolor abdominis, corpore erecto auctus; absque propriis aliarum phlegmaſiarum abdominalium ſignis.

G. 14. *Gaſtritis.* Pyrexia typhodes; anxietas; in epigaſtrio ardor & dolor, ingeſtis quibuslibet auctus; vomendi cupiditas, & ingeſta protinus rejecta; ſingultus.

G. 15. *Enteritis.* Pyrexia typhodes; dolor abdominis pungens, tendens, circa umbilicum torquens; vomitus; alvus pertinaciter adſtricta.

G. 16 *Hepatitis.* Pyrexia; hypochondrii dextri tenſio & dolor, ſæpe pungens pleuritici inſtar, ſæpius obtuſus; dolor ad claviculam & ſummum humeri dextri; decubitus in ſiniſtrum latus difficilis; diſpnoea: tuſſis ſicca; vomitus; ſingultus.

G. 17. *Splenitis.* Pyrexia; hypochondrii ſiniſtri tenſio, calor, tumor, & dolor preſſu auctus; absque ſignis nephritidis.

G. 18. *Nephritis*. Pyrexia; dolor in regione renis; ſæpe ureteris iter ſequens; mictio frequens urinæ, vel tenuis decoloris, vel ruberrimæ; vomitus; cruris ſtupor; teſticuli ejusdem lateris retractio aut dolor.

G. 19. *Cyſtitis*. Pyrexia; hypogaſtrii tumor & dolor; mictio frequens dolorifica, vel iſchuria; teneſmus.

G. 20. *Hyſteritis*. Pyrexia; hypogaſtrii calor, tenſio, tumor, & dolor; os uteri tactu dolens: vomitus.

G. 21. *Rheumatismus*. Morbus ab externa, & plerumque evidente cauſa; pyrexia; dolor circa articulos; muſculorum tractum ſequens, genua & reliquos majores, potius quam pedum vel manuum articulos, infeſtans, colore externo auctus.

Rheumatiſmi ſequela eſt:

Arthrodyna. Poſt Rheumatiſmum, niſum violentum, vel ſubluxationem, dolores artuum vel muſculorum, ſub motu præſertim, aucti, plus minusve fugaces, colore lecti vel alio externo levati; artus debiles, rigidi, facile, & ſæpe ſponte frigeſcentes; pyrexia nulla; tumor plerumque nullus.

Lumbago & *Iſchias* aliquando morbi acuti, ſed ſæpius chronici ſint, plerumque ad hunc locum pertinent.

G. 22. *Odontalgia*. Rheumatismus vel arthrodynia maxillarum, a carie dentium.

G. 23. *Podagra*, Morbus hæreditarius, oriens ſine cauſa externa evidente, ſed præeunte plerumque ventriculi affectione inſolita; pyrexia; dolor ad articulum, & plerumque pedis pollici, certe pedum & manuum juncturis, potiſſimum infeſtus; per inter-

intervalla revertens, & ſæpe cum ventriculi, vel aliarum internarum partium, affectionibus alternans.

G. 24. *Arthropuoſis.* Dolores artuum vel partium muſculoſarum, ſæpe poſt contuſionem, profundi, obtuſi, diuturni; tumor vel nullus, vel modicus, & diffuſus; phlogoſis nulla; pyrexia primum lenis, tandem hectica; & tandem partis apoſtema.

Ordo III. Exanthemata. Morbi contagioſi, ſemel tantum in decurſu vitæ aliquem afficientes; cum febre incipientes; definito tempore apparent phlogoſes, ſæpe plures, exiguæ per cutem ſparſæ.

G. 25. *Eryſipelas.* Synocha duorum vel trium dierum, plerumque cum ſomnolentia, ſæpe cum delirio.

G. 26. *Peſtis.* Typhus maxime contagioſa, cum ſumma debilitate. Incerto morbi die, eruptio bubonum, vel anthracum.

G. 27. *Variola.* Synocha contagioſa cum vomitu, &, ex epigaſtrio preſſo, dolore.

Tertio die incipit, & quinto finitur eruptio papularum phlegmonodearum, quæ, ſpatio octo dierum, in ſuppurationem & in cruſtas demum abeunt, ſæpe cicatrices depreſſas, ſive foveolas in cute relinquentes.

G. 28. *Varicella.* Synocha. Papulæ poſt brevem febriculam erumpentes, in puſtulas variolæ ſimiles, ſed vix in ſuppurationem euntes; poſt paucos dies in ſquamulas, nulla cicatrice relicta, deſinentes.

G. 29. *Rubeola.* Synocha contagioſa cum ſternutatione; epiphora, & tuſſi ſicca, rauca.

Quarto die, vel paulo ſerius, erumpunt papulæ exiguæ, confertæ vix eminentes, & poſt tres dies in ſquamulas furfuraceas minimas abeuntes.

G. 30. *Miliaria.* Synochus cum anxietate, frequenti ſuſpirio, ſudore olido, & punctionibus cutis. Incerto morbi die erumpunt papulæ rubræ, exiguæ, diſcretæ, per totam cutem, præter faciem, crebræ, quarum apices, poſt unum vel alterum diem, puſtulas minimas, albas, brevi manentes, oſtendunt.

G. 31. *Scarlatina.* Synocha contagioſa. Quarto morbi die facies aliquantum tumens; ſimul in cute paſſim rubor floridus, maculis amplis, tandem coaleſcentibus, poſt tres dies in ſquamulas ſurfuraceas abiens; ſuperveniente dein ſæpe anaſarca.

G. 32. *Urticaria.* Febris amphemerina. Die ſecundo rubores maculoſi, urticarum puncturas, referentes, interdiu fere evaneſcentes, veſpere cum febre redeuntes, & poſt paucos dies in ſquamulas minutiſſimas penitus abeuntes.

G. 34. *Pemphigus.* Typhus contagioſa. Primo, ſecundo aut tertio morbi die, in variis partibus veſiculæ, avellanæ magnitudine, per plures dies manentes, tandem ichorem tenuem effundentes.

G. 34. *Aphtha.* Synochus. Lingua tumidiuſcula; linguæ & faucium color purpuraſcens; eſcharæ in faucibus & ad linguæ margines primum comparentes, os internum totum demum occupantes, albidæ, aliquando diſcretæ, ſæpe coaleſcentes, abraſæ cito renaſcentes, & incerto tempore manentes.

ORDO IV. HÆMORRHAGIÆ. Pyrexia cum profuſione ſanguinis absque vi externa; ſanguis miſſus ut in phlegmaſiis apparet.

G. 35. *Epiſtaxis.* Capitis dolor vel gravitas; faciei rubor; profuſio ſanguinis e naribus.

G. 36. *Hæmoptiſis.* Genarum rubor; moleſtiæ aut doloris, & aliquando caloris, in pectore ſenſus; dyſ-

dyſpnoea; titillatio faucium; tuſſis aut tuſſicula ſanguinem floridum, ſæpe ſpumoſum rejiciens.

Hæmoptyſeos ſequela eſt:

Phthiſis. Corporis emaciatio & debilitas, cum tuſſi, febre hectica, & plerumque expectoratione purulenta.

G. 37. *Hæmorrhois.* Capitis gravitas vel dolor; vertigo; lumborum dolor; dolor ani; circa anum tubercula livida dolentia, e quibus plerumque profluit ſanguis, qui aliquando etiam, nullo tumore apparente, ex ano ſtillat.

G. 38. *Menorrhagia.* Dorſi, lumborum, ventris, parturientium inſtar, dolores; menſtruorum copioſior, vel ſanguinis e vagina præter ordinem fluxus.

Hæmorrhagiæ ſequentes plerumque, ſi non ſemper, ſymptomaticæ ſunt. *Stomacace*, vel ſcorbuti, vel vitii oris, vel injuriæ externæ ſymptoma eſt:

Hæmatemeſis. Plerumque hæmorrhagiæ ſolitæ vicaria eſt, vel vitii ventriculi localis, vel morbi nigri, vel denique vis externæ ſymptoma eſt.

Hæmaturia. Plerumque calculi renalis, aliquando febrium putridarum ſymptoma eſt.

Cyſtirrhagia. Plerumque calculi veſicalis, rarius alius morbi veſicæ, ſymptoma.

O. V. Profluvia. Pyrexia cum excretione aucta, naturaliter non ſanguinea.

G. 39. *Catarrhus.* Pyrexia ſæpe contagioſa; muci, ex glandulis membranæ narium, faucium, vel bronchiorum, excretio aucta; ſaltem hujus excretionis molimina.

Genera ſequentia ad hunc titulum referenda, plerumque ſymptomatica ſunt: *Anacatharſis*, *Raucedo*, *Gravedo*.

G. 40. *Dyſenteria*. Pyrexia contagioſa; dejectiones frequentes, mucoſæ, vel ſanguinolentæ, retentis plerumque fœcibus alvinis; tormina; teneſmus.

CL. II. NEUROSES. Senſus & motus læſi, ſine pyrexia idiopathica, & ſine morbo locali.

O. I. Comata. Motus voluntarii imminuti cum ſopore, ſive ſenſuum feriatione.

G. 41. *Apoplexia*. Motus voluntarii fere omnes imminuti, cum ſopore, plus minus profundo, ſuperſtite motu cordis & arteriarum.

G. 42. *Paralyſis*; Motus voluntarii nonnulli, tantum imminuti, ſæpe cum ſopore.

Tremor, Artus alterna per itus & reditus frequentes motitatio: qua ſemper vel Aſtheniæ vel Paralyſeos, vel Convulſionis ſymptoma eſſe videtur.

O. II. Adynamiæ. Motus involuntarii, ſive vitales ſive naturales, imminuti.

G. 43. *Syncope*. Motus cordis imminutus, vel aliquandiu quieſcens.

G. 44. *Dyſpepſia*. Anorexia, nauſea, vomitus, inflatio, ructus, ruminatio, cardialgia, gaſtrodynia, pauciora ſaltem vel plura horum ſimul concurrentia, plerumque cum alvo adſtricta, & ſine alio vel ventriculi ipſius, vel aliarum partium morbo.

G. 45. *Hypochondriaſis*. Dyſpepſia cum languore, moeſtitia & metu, ex cauſis non æquis, in temperamento melancholico.

G. 46. *Chloroſis*. Dyſpepſia vel rei non eſculentæ deſiderium; cutis pallor vel decoloratio; ve

n-æ

næ minus plenæ, corporis tumor mollis: aſthenia; palpitatio; menſtruorum retentio.

O. III. Spasmi. Muſculorum vel fibrarum muſcularium motus abnormes.

Sect. 1. In functionibus animalibus.

G. 47. *Tetanus.* Totius fere corporis rigiditas ſpaſtica.

G. 48. *Trismus.* Maxillæ inferioris rigiditas ſpaſtica.

G. 49. *Convulſio.* Muſculorum contractio clonica, abnormis, citra ſoporem.

G. 50 *Chorea.* Impuberes utriusque ſexus, ut plurimum intra decimum & decimum quartum ætatis annum adorientes, motus convulſivi ex parte voluntarii, plerumque alterius lateris, in brachiorum & manuum motu, hiſtrionum geſticulationes referentes; in greſſu, pedem alterum ſæpius trahentes quam attollentes.

G. 51. *Raphania.* Articulorum contractio ſpaſtica, cum agitatione convulſiva, dolore violentiſſimo, periodico.

G. 52. *Epilepſia.* Muſculorum convulſio cum ſopore.

Sect. 2. In functionibus vitalibus: In actione cordis.

G. 53. *Palpitatio.* Motus cordis vehemens, abnormis.

G. 54. *Aſthma.* Spirandi difficultas per intervalla ſubiens; cum anguſtiæ in pectore ſenſu, & reſpiratione cum ſibilo ſtrepente; tuſſis ſub initio paroxyſmi difficilis, vel nulla, verſus finem libera, cum ſputo muci ſæpe copioſo.

G. 55. *Dyſpnoea.* Spirandi difficultas perpetua, ſine anguſtiæ, & potius cum repletionis & in-

farctus in pectore, ſenſu. Tuſſis per totum morbi decurſum frequens.

G. 56. *Pertuſſis*. Morbus contagioſus; tuſſis convulſiva; ſtrangulans cum inſpiratione ſonora; iterata; ſæpe vomitus.

III. In functionibus naturalibus.

G. 57. *Pyroſis*. Epigaſtrii dolor urens, cum copia humoris aquei, plerumque inſipidi, aliquando acris, eructata.

G. 58. *Colica*. Dolor abdominis, præcipue circa umbilicum torquens; vomitus; alvus adſtricta.

G. 59. *Cholera*. Humoris bilioſi vomitus, ejusdem ſimul dejectio frequens; anxietas; tormina; ſurarum ſpasmata.

G. 60. *Diarrhoea*. Dejectio frequens; morbus non contagioſus; pyrexia nulla primaria.

G. 61. *Diabetes*. Urinæ plerumque præternaturalis, copia immodica, profuſio chronica.

G. 62. *Hyſteria*. Ventris murmura; ſenſus globi in abdomine ſe volventis, ad ventriculum & fauces aſcendentis, ibique ſtrangulantis; ſopor; convulſiones; urinæ limpidæ copia profuſa; animus, nec ſponte, varius & mutabilis.

G. 63. *Hydrophobia*. Potionis cujuslibet, utpote convulſionem pharyngis dolentem cientis, faſtidium & horror; plerumque e morſu animalis rabidi.

O. IV. Vesaniæ. Mentis judicantis functiones læſæ ſine pyrexia vel comate.

G. 64. *Amentia*, Mentis judicantis imbecillitas, qua homines rerum relationes vel non percipiunt, vel non reminiſcuntur.

G. 65. *Melancholia*. Inſania partialis ſine dyſpepſia.

G. 66.

G. 66. *Mania.* Inſania univerſalis.

G. 67. *Oneirodynia.* In ſomno imaginatio vehementior vel moleſta.

CL. III. CACHEXIÆ. Totius vel magnæ partis corporis habitus depravatus; ſine pyrexia primaria vel neuroſi.

O. I. Marcores. Corporis totius macies.

G. 68. *Tabes.* Marcor; aſthenia; pyrexia hectica; tuſſi.

G. 69. *Athrophia.* Marcor & aſthenia, ſine pyrexia hectica.

O. II. Intumescentiæ. Totum vel magna corporis pars extrorſum tumens.

Sect. 1. *Adipoſæ.*

G. 70. *Polyſarcia.* Corporis pinguedinoſa intumeſcentia moleſta.

Sect. 2. *Flatuoſæ.*

G. 71. *Pneumatoſis.* Corporis intumeſcentia tenſa, elaſtica, ſub manu crepitans.

G. 72. *Tympanites.* Abdominis intumeſcentia tenſa, elaſtica, ſonora; alvus adſtricta; cæterarum partium macies.

G. 73. *Phyſometra.* Tumor levis, elaſticus, in hypogaſtrio figuram & ſedem uteri referens.

Sect. 3. *Aquoſæ* ſive *Hydropes.*

G. 74. *Anaſarca.* Corporis totius, vel partis ejus intumeſcentia mollis, inelaſtica.

G. 75. *Hydrocephalus.* Capitis intumeſcentia mollis, inelaſtica, hiantibus cranii ſuturis.

G. 76. *Hydrorachitis.* Tumor ſupra vertebras lumborum, mollis, exiguus, hiantibus vertebris.

G. 77.

G. 77. *Hydrothorax.* Dyſpnoea; faciei pallor; pedum œdemata; urina parca; decubitus difficilis; ſubita & ſpontanea ex ſomno cum palpitatione excitatio; aqua in pectore fluctuans.

G. 78. *Aſcites.* Abdominis intumeſcentia tenſa, vix elaſtica, ſed fluctuoſa.

G. 79. *Hydrometra.* Hypogaſtrii in mulieribus paulatim creſcens tumor, uteri figuram referens, preſſui cedens fluctuansve; citra iſchuriam & graviditatem.

G. 80. *Hydrocele.* Tumor ſcroti non dolens, paulatim creſcens, mollis, fluctuans pellucidus.

Sect. 4. *Solidæ.*

G. 81. *Phyſconia.* Tumor quandam abdominis partem potiſſimum occupans, paulatim creſcens, nec ſonora nec fluctuans.

G. 82. *Rachitis.* Caput magnum anterius maxime tumens; genicula tumida; coſtæ depreſſæ; abdomen tumidum, cætera marceſcentia.

O. III. Impetigines. Cachexiæ, cutem & externum corpus præcipue deformantes.

G. 83. *Scrophula* Glandularum conglobatarum, præſertim in collo, tumores; labium ſuperius & columna naſi tumida; facies florida, cutis levis, tumidum abdomen.

G. 84. *Syphilis.* Morbus contagioſus, poſt concubitum impurum & genitalium morbum, ulcera tonſillarum; cutis, præſertim ad marginem capillitii, papulæ corymboſæ, in cruſtas & in ulcera cruſtoſa abeuntes, dolores oſtocopi; exoſtoſes.

G. 85. *Scorbutus.* In regione frigida poſt victum putreſcentem, ſalitum, ex animalibus confectum, deficiente ſimul materia vegetabili recente; aſthenia; ſtomacace; in cute maculæ diverſicolores, ple-

plerumque liveſcentes, præſertim ad pilorum radices.

G. 86. *Elephantiaſis.* Morbus contagioſus; cutis craſſa, rugoſa, aſpera, unctuoſa, pilis deſtituta; in extremis artubus anæſtheſia; facies tuberibus deformis; vox rauca & naſalis.

G. 87. *Lepra.* Cutis eſcharis albis, furfuraceis; rimoſis, aſpera, aliquando ſubtus humida, pruriginoſa.

G. 88. *Framboeſia.* Fungi, mori, vel rubi idæi fructus referentes, in variis cutis partibus enati.

G. 89. *Trichoma.* Morbus contagioſus, capilli ſolito craſſiores, in cirrhos & funiculos inextricabiles implicati.

G. 90. *Icterus.* Flavedo cutis & oculorum; fæces albidæ; urina obſcure rubra; immiſſa colore luteo tingens.

CL. IV. LOCALES. Partis, non totius corporis affectio.

O. I. DYSÆSTHESIÆ. Senſus depravati aut deleti, ex organorum externorum vitio.

G. 91. *Caligo.* Viſus imminutus vel prorſus abolitus ob repagulum opacum, inter objecta & retinam, oculo ipſo vel palpebris inhærens.

G. 92. *Amauroſis.* Viſus imminutus vel prorſus abolitus, ſine vitio oculi evidente; plerumque cum pupilla dilatata & immobili.

G. 93. *Dyſopia.* Viſus depravatus, ita ut non niſi certa luce, vel ad certam diſtantiam, vel in certa poſitura, objecta clare videantur.

G. 94. *Pſeudoblepſis.* Viſus depravatus, ita ut, quæ non exiſtant homo ſe videre imaginatur, vel quæ exiſtunt aliter videt ac revera ſe habeant.

G. 95.

G. 95. *Dyſecoea.* Auditus imminutus vel abolitus.

G. 96. *Paracuſis.* Auditus depravatus.

G. 97. *Anosmia.* Olfactus imminutus vel abolitus.

G. 98. *Ageuſtia.* Guſtus imminutus vel abolitus.

G. 99. *Anæſtheſia.* Tactus imminutus vel abolitus.

O. II. Dysorexiæ. Appetitus erroneus vel deficiens.

Sect. 1. *Appetitus Erronei.*

G. 100. *Bulimia.* Appetitus eſculentorum majori copia, quam quæ digeri poſſit.

G. 101. *Polydipſia.* Appetitus majoris ſolita copiæ potulentorum.

G. 102. *Pica.* Deſiderium non eſculenti ingerendi.

G. 103. *Satyriaſis.* In maribus effrænis veneris cupiditas.

G. 104. *Nymphomania.* In fœminis effrænæ veneris deſiderium.

G. 105. *Noſtalgia.* In abſentibus a patria vehemens eandem reviſendi deſiderium.

Sect. 2. *Appetitus deficientes.*

G. 106, *Anorexia.* Appetitus eſculentorum deficiens.

G. 107. *Adipſia.* Appetitus potulentorum ſuppreſſio, ſive ſitis feriatio.

G. 108. *Anaphrodiſia.* Libidinis defectus vel veneris impotentia.

O. III. Discinesiæ. Motus impediti l. depravati ex organorum vitio.

G. 109. *Aphonia.* Vocis plena ſuppreſſio, citra coma aut ſyncopen.

G. 110.

G. 110. *Mutitas*. Verba articulandi impotentia.

G. 111. *Paraphonia*. Vocis ſonus depravatus.

G. 112. *Pſelliſmus*. Verba articulandi vitium.

G. 113. *Strabiſmus*. Oculorum axes optici non convergentes.

G. 114. *Contractura*. Artus unius vel plurium contractio diuturna, rigida.

O. IV. Apocenoses. Fluxus ſive ſanguis, aut humores alii, ſolito uberius profluens, ſine pyrexia impetuve fluidorum aucto.

G. 115. *Profuſio*. Fluxus ſanguinis.

G. 116. *Ephidroſis*. Sudoris præter naturam evacuatio.

G. 117. *Epiphora*. Fluxus humoris lachrymalis.

G. 118. *Ptyalismus*. Fluxus ſalivæ.

G. 119. *Enureſis*. Urinæ e veſica fluxus involuntarius non dolens.

G. 120. *Gonarrhoea*. Humoris ex urethra, in maribus, cum vel absque libidine, præter naturam fluxus.

O. V. Episheses. Excernendorum ſuppreſſiones.

G. 121. *Obſtipatio*. Dejectio fæcum nulla vel ſolito rarior.

G. 122. *Iſchuria*. Urinæ ſuppreſſio abſoluta.

G. 123. *Dyſuria*. Dolorifica & quodammodo impedita urinæ emiſſio.

G. 124. *Dyſpermatismus*. Seminis in actu venereo tarda, impedita, & ad generationem inſufficiens emiſſio.

G. 125.

G. 25. *Amenorrhoea.* Menſes tempore, quo fluere ſolent, vel ſolito parciores, vel non omnino fluentes, citra graviditatem.

O. VI. TUMORES. Partis magnitudo aucta ſine phlogoſi.

G. 126. *Aneuriſma.* Tumor mollis, pulſans, ſupra arteriam.

G. 127. *Varix.* Tumor mollis, non pulſans, ſupra venam.

G. 128. *Ecchymoma.* Tumor diffuſus, parum eminens, liveſcens.

G. 129. *Scirrhus.* Partis, plerumque glandulæ, tumor durus, non dolens, ægre ſuppurans.

G. 130. *Cancer.* Tumor ſchirrodeus dolens, in ulcus mali moris abiens.

G. 131. *Bubo.* Glandulæ conglobatæ tumor ſuppurans.

G. 132. *Sarcoma.* Extuberatio mollis, non dolens.

G. 133. *Verruca.* Extuberatio durior, ſcabra.

G. 134. *Clavus.* Cuticulæ craſſities dura, lamellata.

G. 135. *Lupia.* Extuberatio ſubter cutem mobilis, mollis, non dolens.

G. 136. *Ganglion.* Extuberatio durior, mobilis, tendini inſidens.

G. 137. *Hydatis.* Veſicula cuticularis humore aqueo plena.

G. 138. *Hydarthrus.* Articulorum, genu potiſſimum, tumor, parum primo eminens, cuti concolor, dolentiſſimus, & mobilitatem imminuens.

G. 139. *Exoſtoſis.* Tumor durus oſſi inſidens.

O. VII. ECTOPIÆ. Pars ex ſua ſede dimota tumorem faciens.

G. 140.

G. 140. *Hernia*. Partis mollis ectopia, cute & aliis integumentis adhuc tecta.

G. 141. *Prolapſus*. Partis mollis ectopia nulla.

G. 142. *Luxatio*. Os e ſua in juncturis ſede dimotum.

O. VIII. Dialyses. Solutio continui viſu tactuve manifeſta.

G. 143. *Vulnus*. Soluta unio recens, cruenta, partis mollis, a corpore duro moto.

G. 144. *Ulcus*. Partis mollis ſolutio purulenta vel ichoroſa.

G. 145. *Herpes*. Phlyctænæ vel ulcuſcula plurima, gregalia, ſerpentia, dyſepuleta.

G. 146. *Tinea*. In cute capillata ad radices capillorum, ulcuſcula humorem, in cruſtam albam friabilem abeuntem, fundentia.

G. 147. *Pſora*. Puſtulæ & ulcuſcula pruriginoſa, contagioſa, manus male habentia.

G. 148. *Fractura*. Oſſis partes a cohæſione in magna fragmenta vi ſolutæ.

G. 149. *Caries*. Oſſis exulceratio.

Morborum hactenus quoad *Genera* determinatorum, *Series Claſſium* & *Ordinum*, in brevi Conſpectu ita apparet.

Claſſis I. *Pyrexiæ*. Ordo 1) Febres. 2) Phlegmaſiæ. 3) Exanthemata. 4) Hæmorrhagiæ. 5) Profluvia.

Claſſ. II. *Nevroſes*. Ord. 1) Comata. 2) Adynamiæ. 3) Spaſmi. 4) Veſaniæ.

Claſſ. III. *Cachexiæ*. Ord. 1) Marcores. 2) Intumeſcentiæ. 3) Impetigines.

Claſſ. IV. *Locales*. Ord. 1) Dyſæſtheſiæ. 2) Dyſcineſiæ. 3) Apocenoſes. 4) Epiſcheſes. 5) Tumores. 6) Ectopiæ. 7) Dialyſes.

I) **Autores præcipui**, qui *Pathologiam* & *Generalem* & *Specialem*, quoad omnes ejus Species pertractarunt.

J. *Junker* Conſpectus Pathologiæ. Halæ. 736. 4. H. *Boerhav* Inſtitut. medicinæ. Wien. 775. 8. *) F. *Hoſman* fundamenta Pathologiæ general. & ſpecial. Halæ. 729. 746. Tom. IIdo. Medicinæ ejus rationalis ſyſtematicæ in 4. inſerta.

*) C. G. *Ludwig* Inſtitutiones Pathologiæ. Lipſ. 754. 767. 8. & germanic. a *L. Hedwig*. Erlang 777. 8. *) Ad. *Nietzky* Element Pathologiæ univerſæ. Ebrod. 766 8. S. *Glaſs* Elem. patholog. Lauſann. 755. 8. *) J. F. *Cartheuſer* fundamenta patholog. & therapiæ. Frf. ad Viadr. 758. II. 8. C. A. *Nicolai* Pathologie. Halæ 769. III. 8.

*) J. P. *Eberhard* Conſpectus medicinæ theoreticæ, pathologiam general. & ſpecial. continens Halæ 761. 8. *Loeſekens* Pathologie u. Semiotic. Dresden. 762. 768. 776. 8. S. *Scharſchmidt* Unterr. v. d. Krankheiten d. menſchl. Körpers. Berlin. 760. 775. 8. A. *Senft* phiſiologiæ pathologicæ Libr. II. Wirceb. 778. 4. M. A. *Caldani* Inſtitut. pathologicæ. Paduæ. 778. 8.

*) H. D. *Gaubii* Inſtitut. Pathologiæ medicinal. Lipſ. 759. 770. 8. Lugd. Batav. 763. Viennæ. 782. 8. & german. a *Diebold*. Zürch. 781. 8. a Caldano Patav. 772. 8.

Aſtruc tractatus pathologicus. Paris 767. 12. S. *Gönners* Einleit. in d. Pathologie. Berlin. 778. 8. A. M. *Dierick* Verſuch e. kurzen ſpeciellen Pathologie. Wien. 783. I. 8. S. *Baier* Grundr. d. allgemeinen Pathologie. Wien. 763. 8.

*) Dav. *Macbride* Introductio methodica in Theoriam & Praxin medicinæ, quam ex anglica lingua in latinam convertit J. E. *Cloſſius* Traject. ad Rhen. 774. 8. cujus pars prima *Pathologiam* comprehendit *Generalem*, morborum analyſin, genera, ſymptomata, ſigna, uti M. *Herz* in ſ. Grundriſs aller mediciniſchen Wiſſenſchaften. Berlin. 782. 8. Speciatim *pathologiam generalem*, aliquid latius pertractavit, & H. *Boerhav*. in Inſtitut. ejus medicis. Norimb. 756. 8.

II) *Autores Pathologiae* **generalis**, quasdam tantum partes pertractantes.

a) C. *Linnaei* genera morborum, qua diſſertat. inſerta Amœnitat. ejus academ. Vol. VI. & Upſaliæ. 763. & cum teutonicis nominibus opera J. C. *Kerſtens*. Hamb. 769. 8. R. A. *Vogel* diſſertat. Definitiones Generum morborum continens. Götting. 764. 4. A. de *Haen* divi-

vi-

viſiones febrium. Vindobon. 759. 760. 8. J. B. *Sagar* ſyſtema morborum ſymptomaticum ad Claſſes, Ordines, Genera, Species. Viennæ. 768. 771. 8.
*) Fr. Boiſſier de *Sauvages* Pathologia methodica, ſ. de cognoſcendis morbis, pathologiam tam generalem quam ſpecialem, & noſologiam continens. Lugd. Batav. 759. 8. *) & ejus Noſologia methodica, ſiſtens morborum Claſſes, Genera, Species, juxta *Sydenhami* mentem & Botanicorum ordinem, partem therapevticam ſimul comprehendens. Amſtelod. 763. III. 8. & 768. II. 4. Venet. 773. II. 4. & a Paris. 771. III. 8. a Lyon. 772. X. 12. gallice.
*) Apparatus ad *Noſologiam* methodicam ſ. ſynopſis noſologiæ methodicæ auct. G. *Cullen*, continens genera morborum definita, virorum ſummorum *Sauvages*, *Linnee*, *Vogel*, *Cullen*, *Sagar*. Amſtelod. 775. 4. *) Editio aucta edita a *Cullen*. Edinburg 780. II. 8.
Sagar, *Cullen*, *Macbride*, Syſtema morborum ſyſtematicum. Viennæ. 775. 771. 783. 8. *) C. F. *Daniel* Syſtema ægritudinum, conditum per noſologiam, pathologiam tam generalem quam ſpecialem, & ſymptomatologiam, ætiologiæ ſuperſtructam. Lipſ. 781. II. 8. Halæ. 762. 8. *) *Selle* rudimenta pyrethologiæ methodicæ. Berol. 773. 776. 8.
b) J. *Junker* conſpectus *Pathologiae* & *Semiologiae*. Halæ. 736. 4. S. *Scharſchmidt* Semiotic, mit A. *Nicolai* Zuſäzen. Berlin. 756. 8. *) C. G *Gruner Semiotice*, phyſiologiam & pathologiam general. complect Halæ. 775. 8. F. *Agner* Diſſertat. præſid C. *Krauſe*, *Semiotices* medicæ generalia commentata. Lipſ. 780. 4. H. F. *Delii* primæ lineæ ſemiologiæ pathologicæ. H. *Boerhav*. Inſtit. ſemioticæ auctæ. Erlang. 776. 8. Fr. *Hofman* Semiologia general. & ſpecial. Halæ. 749. 8. in ejus Medicina rational. ſyſtematica contenta.
c) *) S. S. *Zimmermann* von d. Erfahrung in d Arzneykunſt. Zürch. 763. 777. II. 8. *) F. *Thiery* Erfahrungen in der Arzneywiſſenſch. e gallic. Lpz. 778. 8.
d) J. V. *Zeviani* neuentdekte Quellen v. d. *Prognoſtiken* oder Vorherſagung d. Erfolgs in d. Krankheiten. Lpz. 760. 8. *) J. N. *Pezold* de prognoſi in febribus acutis. Lipſ. 778. 8. *) H. *Cope* Demonſtratio medicopractica prognoſticorum Hippocratis, denuo edita a C. G. *Baldinger*. Jen. 772. 8. *) Prognoſtiſches Handbuch oder Erklärung d. Zeichen, welche einen guten oder ſchlimmen Ausgang d. Krankheit vorherſagen,

aus d. Franzöſiſchen, edit. a. *Tiſſot*. Bresl. 771. 8. A. le *Roy* du *Prognoſtic* dans les maladies aigues, — Paris. 778. 8. J. *Lommii* obſervation & medicinal. Libr. III. Jen. 739. & G. E. *Hambergers* ſemiotiſche Vorleſ. über *Lommens* mediciniſche Warnemungen, von J. *Grau*. Lemgo. 767-70. IV. 8. J. *Nihell* obſervat. circa criſium prædictionem ex pulſu. Traj. ad Rhen. 753 8.

e) *) J. B. *Morgagni* de ſedibus & *cauſis* morborum per anatomen indagatis. Libr. V. Venet. 762. fol. Patav. 765. II. fol. & Lugd. Batav. 767 III. 4. Ebrodun in Helvetia. 779. III. 4. german. Altenb. 774 & 776. v. *Herman*. III. 8. *) J. *Lieutaud* Hiſtoria anatomico-medica, ſyſtens numeroſiſſima Cadaverum humanorum extiſpicia cum obſervat. *Portal*. Paris. 767 II. 4. J. *Baader* obſervat. medic. inciſionibus cadaverum anatom. illuſtrat. Lipſ. 762. 8. G. *Bütners* anatomiſche pathologiſche Warnehmung. Königsb. 769. 8.

J. P. *Wueſter* de methodo *explorandi* morborum latentes *cauſas* per vitalium animalium & naturalium functionum examen. Duisb. 769. 8. Eliæ *Camerarii* Diſſert. IX. de Machinæ humanæ vitiis eorumque cauſis dignoſcendis & emendandis. Tubing. 725-746 4. Frid. *Hofman* diſſert. de morborum cauſis recte cognoſcendis. Halæ. 717. 4. F. *Michels* diſſert de indagandæ hiſtoriæ morbi utilitate. Argentorati. 766. 4.

*) J. A. *Unzer* Einleit. z. allgem. Pathologie d. anſtekend. Krankheiten. Lpz. 762 782. 8. de la *Riviere* wolgegründ. Urinſpiegel v. *Eſſich*. german. Augſp. 777. 8. *) J. A. *Weber* de ſignis ex ſputo. Ulmæ. 778. 8. P. *Alpinus* de præſagienda vita & morte ægrotantium. Libri 7. c. præfat. H. *Boerhave* ac cura. H. Gaubius. Lipſ. 754. 8. T de *Bordeu* & *Fouquet* Recherches ſur le pouls par rapport aux criſes. Paris 768. II. 12. J G. *Weſch* Medicina e Pulſu, ſ. ſyſtema doctrinæ ſphygmicæ. Vindobon. 776. 8.

Plures autores ex antiquiori ævo recenſet Murray in Enumerat. libror. rarior. jam cit. & Bœrhav. in Method. ſtud. medici. j. cit. p. 773.

§. 114.

Medici boni & periti officium in eo præcipue conſtare, ut morborum, quos curandos ſuſcipit, origines & cauſas proximas, & quomodo ab iis principes

cipes corporis partium functiones lædantur, plenius atque exactius intelligat, atque ad eas amoliendas auxiliorum ac medendi rationes dirigat: nemo quisquam in dubium revocabit. Morbum enim ſanare vix aliud eſt, quam ejus cauſam tollere ac removere.

Vulgaris quidem ac pervagatus, valdeque nocens error ſemper fuit in praxi medica, ſymptomata, quæ functionum ſunt læſiones, cum ipſo morbo & cauſis morbificis ac lædentibus confundere, hincque in curandi methodo plus ad ſymptomatum quam cauſarum morbi expugnationem reſpicere, quod ſæpius haud ſine inſigni ægrotantium damno, & non raro diſcrimine evenit. Opera hinc omnis danda erit medico, ſin aliter in ſcientiæ ſuæ tam ſalutaris exercitio cum certitudine velit verſari, ut ſymptomata a cauſis morborum veris, quarum ſoboles ſunt, probe diſcernat: & hinc facile perſpiciat, levia ſæpe eſſe morborum initia, paucos & ſimplices cauſas & iſtius quidem generis paucis quoque & ſimpliciſſimis oppugnandas remediis, quæ univerſam, ſubinde & ſucceſſive, corporis functionum œconomiam pervertere, ac gravia, in omnibus fere partibus, ſymptomata provocare valent.

In veras morborum cauſas & ſymptomatum ab iis factam progreſſionem ac generationem penetrandi, eorumque cognitionem deſcendendi, nulla fere facilior & rectior datur via, ac ſi corporis humani ſummo artificio & ineffabili ſapientia efformatam ſtructuram exquiſitiori & planiori notitia perſpectam plene perfecteque habet Medicus. Hac acquiſita notitia intellectu eſt facile, omnes machinæ noſtræ partes a ſapientiſſimo creatore, qua præcipuum machinarum requiſitum, mutuo unionis nexu ita inter ſe eſſe connexas, ut inter eas, reſpectu uſus, exquiſitiſſima animadvertatur harmonia, & ita quidem,

 dem,

dem, ut una parte graviter læſa, ex unionis neceſſitate, reliquæ quoque, quantumvis diſſitæ, inde adficiantur, atque haud exiguum capiant detrimentum. Hancce itaque ob cauſam fit, ut levis tantummodo apparens partis læſio variis atque gravibus ſymptomatibus, quæ medicum ſubito in admirationem rapiant, producendis apta ſit. Quamplurimum itaque refert, quin imo quam maxime expedit medico, tam admirabilem conſenſum partium, quæ in naturæ functionibus obeundis invicem communicant, omni cura & ſolertia indagare, ſine cujus intelligentia plenaria, omnis profecto *pathologia*, ſ. rationalis circa morbos doctrina, & methodus medendi cæca, & manca ſemper erit.

Vera itaque *pathologia nititur fundamentis* & *finibus* hiſce præcipuis, hiſtoria nempe plenaria & accurata omnium ac ſingulorum morborum, e compluribus genuinis obſervationibus ac annotatis circumſtantiis enata; uti & ſcientia exquiſitiore ſtructuræ corporis noſtri, motuum, atque omnium earum rerum, quæ ſtatum illius naturalem in præternaturalem tam mirifice poſſunt mutare.

E pluribus atque accuratioribus obſervationibus vera demum oritur experientia, medicinæ quaſi anima, medicum tam egregie ornans ac perficiens, ſine qua omnis pathologia & therapia ſemper eſt imperfecta. Ex obſervationibus vero iſtis, ſi utilitatem quandam exoptatam percipere velit Medicus, ſemper debent eſſe plenæ ac integræ nullisque circumſtantiis alicujus momenti deſtitutæ; una enim ſæpius eſt momentoſiſſima & iſtius quoque generis, ut exquiſitam individui cum illo morbo conflictati notitiam, Medico ſuppeditent. Exacta enim notitia omnium eorum, quæ in homine ægrotante peculiaria deprehenduntur, medico, qui corporis

iſtius ſanandi curam ſuſcepit, ſumme eſt neceſſaria, inprimis quum morbus idem, atque eadem cauſa ipſum efficiens, pro varia corporum conditione, quam maxime diverſa producant ſymptomata atque effectus.

Tales morborum obſervationes præcipuum poſſunt afferre commodum & fructum medicum, ſi morbi genus, genius, origines, progreſſus, variæ ad eorum generationem concurrentes cauſæ accurate in iis deſcribuntur. Perſpecta enim ægrotantis corporis natura, curæ cordique inprimis medico eſſe debet, ut morbi genus, genium & cauſas perſcrutetur. Indolem enim peculiarem & quaſi propriam habet quivis morbus, qua invadit hominem, progreditur, & ceſſat, non certos tantum typos, tempora, periodos ac ordines in acceſſione & incremento ſervat, certis quoque modis, & per certas vias ac excretiones ſolvitur, ſed in turbandis & pervertendis motibus ac actionibus ſecundum naturam, ſ. efficiendis ſymptomatibus, peculiari plane modo ſinguli quidam morbi procedunt, e quibus omnibus probe collatis, morbus denique recte innoteſcit, & ab aliis quoque accurate poteſt diſtingui. Exceptis hiſce morborum cauſæ proximæ probe indagandæ ſunt, quibus inventis curationem inventam eſſe, contendunt quamplurimi & philoſophi & medici. Effato enim ad noſtra usque tempora celebris Hippocratis conſtat, cauſas ſi quis corporis affecti probe cognoverit, is quoque potens eſt ea adferre, quæ corpori commodent, contraria nimirum.

Cadaverum morbis defunctorum diſſectio accurata non parum confert ad completam cujusvis morbi hiſtoriam rite & plenarie adornandam; ad morborum & mortis cauſas eo certius detegendas.

Etſi non omnium in diſſectis obſervantur cadaveribus phænomenorum cauſæ, primæ & proximæ ſemper tamen morborum cauſæ ea habendæ ſunt, & qua effectus cauſarum atque ipſius mortis, & ſæpius qua genuinæ inſolitorum ſubinde morborum atque ſymptomatum cauſæ manifeſtæ. Innumeræ morborum cauſæ quorundam perſonarum poſt obitum demum ſe manifeſtant, & omnes iſtæ obſervationes ac hiſtoriæ morborum, quas e. g. viri celebres Bonnetus, Lanciſius, Morgagni &c. ſcriptis ſuis præclaris medicis reliquerunt & inſerviunt Pathologo, ad ſecuriſſimam quaſi ſtellam polarem, ſi ſcientiam ſuam exercet medicam in lecto ægrotantis.

Compluríma eaque quam maxime utilia in certitudinem & perfectionem ſcientiæ medicæ redundant e plenioribus medicorum iſtis obſervationibus, pathologicis, quibus morbi a ſe invicem non tantum probe diſtingui, eorumque cauſæ, valde quoque diſſidentes poſſunt cognoſci: ſed ad prudentem quoque *prognoſin*, ſ. ad judicium de morborum eventu formandum, ad medicum eximie & mirifice ornandum & perficiendum, ejusque exiſtimationem augendam, quum ex iis tam utilia corollaria non ratione tantum genuinæ cognitionis morborum, ſed in uſum futurum, ratione quoque methodi medendi, ratione adplicationis remediorum, & in cognoſcendo, quænam ex horum genere noceant vel proſint, hauriri queant.

Specialis Pathologiæ magnum affulget lumen, eo facilius & diſtinctius ea quoque intelligitur, ſi morborum antea natura & differentiæ generales e principiis phyſicis ita declarantur, ut ad fabricam partium corporis humani ſpecialiſſimam non reſpiciatur, ſed ad mutationes quoque corporis animalis morboſas,

ſas, quatenus fieri poſſunt, quæ in noſologia generatim explicantur, & eodem modo ad cauſas, quibus illæ inducuntur, earumque effectus diſquiruntur. Licet vero hoc modo in doctrina de cauſis & effectibus morborum ipſa quoque ſigna exhibeantur, *ſemiotica* ideo morborum peculiarem efficit *partem neceſſariam & valde utilem pathologiæ*, quo ea ſigna, quæ e generali idea morbi e cauſarum indole, & tandem ex actione, varietate deducuntur, ordine ſuo congruo in pathologia ſpeciali proponuntur, qua medici judicium de morbo præſenti & futuro ejus eventu eo accuratius poteſt determinari.

Ad diverſas medicorum hypotheſes, opiniones, ac controverſias in praxi medica decidendas, quam maxime conferunt & ſunt aptiſſimæ obſervationes medicæ pathologicæ, quæ genuinum ac immutabilem naturæ ordinem & proceſſum in vitæ, ſanitatis, ac morborum negotio complectuntur.

Ad tam varias iſtiusmodi obſervationes medicas pothologicas, rite & plenarie perſpiciendas, ad multas difficiles, & alias abſtruſas res, quæ in hominibus vel ſanis vel ægris fiunt ac contingunt, plenarie & ſolide explicandas, is utique erit aptiſſimus, qui anatomes peritus eſt & mechanicam ac phyſicam corporis humani bene callet ſtructuram, qui principia quoque probe tenet phyſiologica de functionibus & actionibus partium corporis humani, in ſtatu ejus ſano obviis.

Quam *neceſſaria & utilis* ſit *Medico*, ſolide praxin ſuam exercenti, accurata & plenaria *morbi cognitio*, determinatio, diſtinctio ab aliis, cognitio plenaria de cauſis, ſignis, ſymptomatibus, eorum effectibus ac eventibus, omnes cæterum obſervationes & hiſtoriæ morborum plenariæ & genuinæ, cum congruis mox recenſitis eorum requiſitis, e ha-

ctenus jam indicatis momentis ac rationibus ſufficienter pateſcet, æque *utilis* itaque & *æque neceſſaria eſſe* debet Medico, & theoretico & practico, univerſa iſta pars præcipua ſcientiæ medicæ, quæ tam luculenter, tam ample ac ſolide hæc requiſita neceſſaria demonſtrat & declarat, & cujus præcipua objecta hæc omnia momenta ſunt; *Pathologiam* puto, tam *generalem* quam *ſpecialem*, cum omnibus ejus partibus, Noſologia nempe, Semiologia, Ætiologia, Symptomatologia.

Univerſa doctrina de ægroto hominis ſtatu, *Pathologia* nempe & *generalis* & *ſpecialis*, verſatur, uti hactenus jam luculenter audivimus, circa explicationem omnium iſtius generis deviationum, quæ in machina occurrere poſſunt humana. Tam fluidæ quam ſolidæ corporis partes diverſis ſemper ſubjectæ ſunt mutationibus. Humores adeſſe poſſunt vel in nimia vel in exigua copia; vel qua nimis ſpiſſi, vel qua nimis tenues; qua impuri vel qua puri; & partes ſolidæ vel qua nimis laxæ, vel rigidæ, vel in ſitu, figura, numero, variisque aliis modis a ſtatu naturali aberrantes. Quam inſignis occurrit hic numerus cauſarum, quæ a vero & ſolido Medico accurate ſunt inveſtigandæ, & auferendæ! Quot caſus terribiles, quot ſtatus morbifici nonne requirunt auxilium ſcientiæ medicæ, niſi æger in periculum vitæ debet incidere! Quantum judicium heic requiritur practicum, ex exiguis quibusdam ſignis cauſas omnium horum caſuum rite & plenarie inveſtigandi & eruendi. Uti jam ſupra audivimus, heic iterum affirmare poſſumus cum majori certitudine, & confidentia, artem hanc valde gravem, morbos quoad primam eorum originem rite & congrue inveſtigandi, ſemper ſupponere inſignem *anatomiæ* & *phyſiologiæ* cognitionem, ſine quibus ſcientiis præparantibus nec quisquam fie-

fieri poteſt verus & ſolidus practicus. Varia morborum genera, cognitu & diſtinctu valde difficilia, apparent ſæpius ſub varia forma, variisque ſymptomatibus. Cognita ſi tum non ſunt, nec plane familiaria ſibi reddidit Medicus, praxin exercens medicam, principia tam *generalis* quam *ſpecialis Pathologiæ* veræ, ut ea rationibus ſufficientibus in ſingulis perſonis, ſingulis circumſtantiis, & conditionibus transformare poſſit; in haud exiguo, erroris periculo medicus iſte practicus verſabitur; & æger iſte in tam infelici ſtatu, ut erroris hujus denique iſte evadat victima. Hiſce rationibus, & conditionibus, ſemper gravibus, *Pathologiæ* tam *generalis*, quam *ſpecialis*, *objecta*, *finis* & ſcopus magni ſunt momenti, ac univerſa ſcientia Pathologica Medico practico valde *utilis* & ſemper *neceſſaria*, hincque nunquam ab eo negligenda eſt.

CAPVT XIV.

MATERIA MEDICA ET THERAPIA GENERALIS.

§. 115.

E diſciplinis medicis theoreticis, corpus humanum ægrotum conſiderantibus, reſtat adhuc *Therapia generalis*, *Materiam medicam tam internam quam externam*, *& Therapiam generalem ſtrictius dictam comprehendens*, quæ nunc in ordine noſtro præfixo ſyſtematico, penitiori ſubjungenda eſt diſquiſitioni & perſcrutationi.

In *Pathologia*, uti luculenter ſatis e capite antecedente, quivis perſpiciet, traditur cognitio ipſorum morborum plenaria. *Therapia* vero, uti in ſequenti capite id magis apparebit, tradit methodum, mor-

morbis per ſua media medendi, in qua ſane, neque ſine ſolida *Pathologia*, neque ſine cultiore *Materia medica*, illa ſalutariter adhibenda media, rite intelligi & doceri poſſunt. *Therapia* idcirco omnino ſupponit utriusque medicinæ, (internæ nempe, æque ac externæ ſeu chirurgicæ,) pathologiam, æque ac materiam medicam, remedia tam interna quam externa deſcribentem.

Tam varie corporis humani mutatum ſtatum ſanum, alias morbum dictum, pathologus explicat, & in eruendis mutationibus iſtius generis ſtatus præternaturalis ſollicite verſatur, anatomicis prius & phyſiologicis rite inſtructus principiis. Probe vero & congrue perſpecta hac mutatione, ejusque cauſis ſufficienter detectis, omnibus talibus requiſitis egregie edoctus, de removendis iſtis cauſis & de reſtituendo iſto corporis humani tam egregio ſtatu ſano meditatur therapeuta, omnemque operam dat, quali convenienti modo mutatio iſta, nova mutatione inducta, omni ſalutari effectu tolli & inverti poſſit. Mutationes iſtæ in ſano obortæ corpore ſæpius ab ipſo corpore humano ſuperantur, & naturæ ope humanæ ad interitum diſponuntur; ſæpius vero ea plane fit impos, ac variis opus habet adjumentis, quibus mutationes novæ prioribus contrariæ inducuntur, hocque modo, ut morboſis iſtis, multum ob accedentes novas labeſactatis vires naturæ colligantur, & ſtatus ille præternaturalis ſ. morboſus iis ipſis plane ſuperetur.

Mutationes præternaturales in corpore humano ejusque functionibus contingentes ordinariis, absque conſuetis cauſis tam internis quam externis ortum ſuum trahentes, quum iſtæ non omnes nec omni tempore ſpontanea corporis activitate, motuumque ab ejus diſpoſitione mechanica dependentium

tium vigore removeri ac plane tolli queant, quorundam ideo adminiculorum ope neceſſario ſunt emendandæ, ſi ſanitas amiſſa reſtitui, & id, quantum medica ars valet, a lethifera præſervari debet deſtructione.

Inſtrumenta ad debitum effectum producendum in omnibus artibus requiruntur. Adjumenta, quibus mutationes iſtæ ſalutares in corpore morboſe mutato excitantur & producuntur, inſtrumentorum ope medicorum applicantur, inſtrumenta ſcientiæ medicæ, alias auxilia ſ. remedia appellantur, quibus debito modo adhibitis vita, ſanitas vel conſervatur, vel morbis labefactata refocillatur atque reſtauratur, vel morbi arcentur vel debilitantur. Iſtorum remediorum, qua crudorum, ſimplicium, merum remediorum, quoad ſtatum eorum naturalem, nec chemia nec pharmacia mutatorum, conditiones, vires & ſtructuram, in *Materia medica* recenſentur, demonſtrantur, rite ordinantur, uſus eorumque effectus plenarie indicantur.

Hæc *Therapiæ generalis* pars ſcientifica, ea nobis cognita reddit corpora naturalia, quæ, viribus ſalutaribus inſtructa, cauſas morborum deſtruunt, materias morbificas vel mutatas vel non mutatas expellunt, nullas lædunt functiones, ſed læſas vel reſtituunt vel ad reſtitutionem aptas reddunt, quæ a *venenis* differunt, corpus humanum ſuperantibus nec conſuetas corporis humani vias ſine functionum læſione exeuntibus, quæ naturalem ſolidarum ac fluidarum partium conſtitutionem lædendo, & gravius turbando ſanitatem, ac ipſam plerumque deſtruunt vitam. Verſatur ea quoque circa *alimenta*, quæ a corpore ſuperantur humano, quæ cum partibus ejus fluidis ac ſolidis mixtionem ſubeunt intimam, & in corpore apponuntur humano; quibus

cor-

corporis incrementum, aut debita ſaltem nutritio procuratur, quibus tam fluidæ quam ſolidæ partes in ſtatu ſuo naturali conſervantur: quorum præcipue fit mentio in *materia alimentaria diætetica*. Proprietatibus mixtis inſtructa dantur quoque alia corpora, & ita quidem, ut particulæ quædam ſint vere medicamentoſæ, vel cum alimentoſis vel cum venenatis remixtæ: denominantur hinc quædam ex iis, *remedia alimentoſa* ſ. prouti una alterave pars magis minusve eminet, *alimenta medicamentoſa*; alia vero *medicamenta venenata*, vel venena medicamentoſa, hinc de *toxicologia* eſt quoque ſermo in materiis medicis ſ. de doctrina de venenis.

Iſta vero adminicula, *medicamentorum* titulo inſigniuntur communiter, iisque omnia illa denotantur, quæ depravatam & plane perditam ſolidarum ac fluidarum corporis noſtri partium conditionem corrigunt, emendant, varioque modo inſerviunt iſtis turbatis functionibus, in naturalem redigendis ordinem. Quodvis hinc corpus naturale, non ex minerali tantum regno deſumtum, ſed ex animali & vegetabili quoque, omnes haſce modo recenſitas qualitates poſſidens medicamenti nomine rite poteſt inſigniri, & quidem ſimplicis, quod ſine notabili præparatione, & per ſe corpori vivo applicatur, cujus generis remedia præcipua ſunt objectum *Materiæ medicæ*, quorum circa compoſita & præparanda & componenda verſatur *pharmacia*.

E tribus naturæ regnis deſumuntur hæc corpora naturalia, quibus jure poteſt imponi nomen remedii; requirunt hinc corpora ſimplicia hancce ob cauſam in *Materia medica* ſingulares conſiderationes, & diſquiſitiones, pro cujusvis genere, conditione, ſtructura, partibus conſtituentibus, habitu, bonitate, uſu & modo adhibendi, uti in naturali ſtatu in pharmacopæam recipiuntur.

In-

Inſtrumenta vero hæc medica ſunt externa mechanice vel phyſice agentia, ſeu interna, phyſicam tantum exercentia actionem vel in ſtatu ægroto.

Dividitur hinc hominis vel brutorum Materia medica I. in *Anthropologicam* & II. in *Veterinariam*, de qua inprimis ſermo erit in capite de arte veterinaria. Utraque ſpecies dividitur in *internam* & *externam*. In materia medica anthropologica *interna* rite recenſentur, ad cel. *Spielmannum*, ea corpora, quæ deglutienda ægris offeruntur, quæ agunt evidenter in fauces, & œſophagum, non raro in ipſam tracheam, nec non in ventriculum & canalem inteſtinalem; iſta, quæ ſub hoc itinere a vaſis reſorbentibus hauriri poſſunt, cum ſanguine commiſcentur, & inde ad omnes corporis receſſus perveniunt; & ea quoque, quæ in primis ſubſiſtunt viis, ob conſenſum, qui inter has & reliquum corpus intercedit, in remotas a canali alimentari partes operari quoque poſſunt; ea, quæ ſanguinem ſubierunt, magna humorum quantitate in vaſis majoribus immerſa, in minimis demum, per quæ globuli ſolitarii & cum difficultate tranſeunt, ſuas vires videntur exſerere; ea præterea, quæ Phyſiologi circa ſingula viſcera, per ſuam fabricam, certas moleculas præ aliis admittentia, demonſtrant, illuſtrant, quomodo dentur medicamenta in propria viſcera evidentius efficacia.

In *externa Materia* medica *anthropologica* ſ. *chirurgica* media occurrunt externe applicata, vel phyſice vel mechanice tantum, vel ſimul efficientia, & quæ in inſtrumentali alias dicta Materia medica occurrunt, ac disquiruntur. Ea nempe media, *materiæ medicæ externæ*, proprium ſunt objectum, quæ alio quovis modo, quam per deglutitionem

nem corpori applicantur; nec horum quoque effectus ſubſiſtunt modo in parte, cui admoventur, ipſa enim circulatio & quicquid inde pendet, pro vario corporis externi habitu varie ſe habet, & omnis corporis ſuperficies innumeris gaudet vaſis reſorbentibus, quæ ea, quæ receperunt ſanguini, cordi & omni corpori tradunt; hinc medicamenta externa, partibus ſubtilioribus aut talibus inſtructa, quæ ab humoribus ſolvi poſſunt, eosdem effectus, ac ſi intus fuiſſent recepta, producere ſolent, hac ſola differentia, quod mitius operentur quam interna, quæ integra ſua mole in ſenſilem multum & irritabilem canalem alimentarium agunt.

In *Materia inſtrumentali* ſermo proprie eſt de inſtrumentis, mechanicis mediis, quæ in operationibus potius chirurgicis adhibentur.

Exceptis hiſce diſtinctionibus generalibus varie iterum dividuntur & diſtinguuntur remedia, pro diverſo reſpectu, pro variis viribus & qualitatibus, inſtrumenta hæc ſalutarem, in corpore morboſe mutato, mutationem excitantia, mutationis morboſæ infirmantia cauſas, a corpore ipſo humano aliquantum debilitata, per vias vero naturales ex eo vel expulſa vel ſponte egreſſa.

Dividuntur ea quoque remedia in *ſimplicia* & *compoſita.* Si naturalia corpora viribus integris, prout natura ea ditavit, inſtructa, in corpore humano vim edunt ſuam, *ſimplicia* tum vocantur *remedia*; ſi parum vel leviter tantum mutantur, *galenica* tum audiunt, ſin vero qua corpora naturalia, artis ope, operoſe mutata ſunt, & ſi vires ſalutares a priſtinis plus minusve diverſas acquirunt, *chemica* tunc appellantur remedia, de quibus peculiaris eſt ſermo in *pharmacia*, quæ cuncta ea exponit, ſub qua non chemiæ ſolum quædam pars, ſed ea quo-

quoque doctrina proprie eſt intelligenda, quæ naturam & indolem remediorum, tum arte productorum, tum eorum quoque, quæ natura largitur, explicat ac docet, quomodo eorum ope mutationes tam ſalutares excitari, & ita morboſæ tolli poſſint.

Finis Medici eſt plerumque duplex; quamplurimi enim morbi ſunt compoſiti, raro ſimplices, & id quidem non per longum tempus; eo ſaltem tempore non amplius, ſi objectum ſunt medici practici, alia enim mala ſeſe concomitantur, uti obſtructiones, ſtagnationes, tenacitates humorum, ad quæ medicus probe quoque debet attendere, humores corrigendi perditos, educendi, craſſos diluendi, hanc ob cauſam ei non ſufficiunt remedia vere ſimplicia, ſed in morbis quoque compoſitis plerumque compoſita. Compoſita vero conſtant e ſimplicibus, quæ iterum ſpeciales varias poſſident qualitates, & pro cujusvis morbi indole congrue applicata, eximium edunt effectum.

Tria naturæ ſic dicta regna, minerale, vegetabile, animale, continent & exhibent, exceptis variis utenſilibus, ea quoque omnia corpora, quæ in manibus medicorum remedia appellantur, nec excluſis e mineralium claſſe tam variis ſpeciebus aquarum, aëris, ignis. Ex hiſce fontibus acquirit medicina omnia ea remedia ſimplicia, quæ adhibentur a medico, vel in naturali eorum forma, vel quæ per varios labores chemicos & pharmaceuticos ita præparantur, ut in caſu neceſſitatis & indigentiæ eorum ſtatim ſint in promptu.

Effectus, quos remedia producunt medica in corpore humano, in eorum ſtructura & mixtione, potius ſunt fundati, hiſtoria naturali & chemia, corporum naturalium characteres & ſtructuram docentibus. Ad eo majorem materiæ medicæ certitu-

dinem eæ non parum conferunt, ſed neceſſario potius requiruntur, uti *phyſiologia*, quæ manifeſtat; qua ratione effectus in corpus humanum poſſint edere iſta remedia jam cognita; uti *pathologia*, ſtatus illos morboſos plenarie illuſtans, in quibus effectus virium ſe manifeſtare poſſunt in iſtiusmodi medicamentis, quorum mentio ſit præcipua in *Materia medica* tam *interna*, quam *externa*.

Medicamenta qua plane peculiaria Materiæ medicæ objecta, pro diverſis eorum reſpectibus, uti jam audivimus, valde differunt. Ab ipſa eorum nativa conſtitutione deſumta, deſcriptio quam maxime hiſtoriæ cujusvis corporis medicati adæquata & naturalis eſſe videtur, dum alia nimirum intra terram prius ſunt condita, ibi generantur, ex imis ejus viſceribus prodeunt vel eruuntur; alia extra terram occurrunt; ex ipſa terra creſcunt, & progerminant; alia denique ab animalibus deſumuntur, quæ globum inhabitant terraqueum, vel in ejus atmotſphæra degunt; & hinc, juxta tria naturæ regna, in tres potiſſimum claſſes, mineralia nempe, vegetabilia, & animalia diſpeſcuntur, & quodvis remedium ad ſyſtematis naturæ tam naturalis quam artificialis, quam maxime adæquati; claſſis, ordinis, generis, ſpeciei, denominationem, deſcriptionem ordinantur, qua multo planiorem & ſimpliciorem methodum maxime tamen ordinatam, reſpectu aliorum nimis ſcrupuloſorum & artificialium: hancce itaque viam ingreſſi ſunt varii viri eruditi & clariſſimi ſcriptores Materiæ medicæ.

In *Speciali* remediorum *deſcriptione* Auctores varii, qui Materiam medicam pertractarunt, diverſum ſemper ſecuti ſunt ordinem, ob ingentem eorum numerum, e tribus hiſce naturæ regnis deſumtum: alii enim ordinem ſyſtematicum alphabeticum obſer-

ſervarunt; alii ſecundum qualitates generales, odorem inprimis, ſaporem & texturam variantem, & ſubjuncta partitione ſecundum virtutes inter ſe communes; alii ſecundum partium conſtitutivarum differentiam ab omnibus remediis non ſatis adhuc cognitis; alii ſecundum virtutes & actiones principaliores, quas in corpore humano ordinarie exſerunt; alii ad indicationes, in therapia generali alias obſervatas; alii ad qualitates partibus remediorum inſitas, uti ſenſibus noſtris phyſices & chemiæ ope ſe manifeſtant.

Materia medica, quæ circa corporum medicatorum naturalium deſcriptionem inprimis ita verſatur, ut ea determinet, qualem actionem quodvis edat tale corpus naturale, viribus impletum medicatis; in quibus morbis proſit; per quasnam vires, & quanam ratione operetur; in quali copia ſit adhibendum, & ſub qua forma; exceptis notis characteriſticis, quibus genuina a ſpuriis & adulteratis diſtinguuntur; ac ſingulorum bonitas cognoſcitur. Objecta hinc Materiæ medicæ anthropologicæ tam internæ quam externæ ſunt valde diverſa; quædam ex iis occurrunt in parte ejus *generali*, quædam in *ſpeciali*.

§. 116.

In *Generali* parte *materiæ medicæ* idea clara exhibetur de medicamenti *denominatione*, varia *diviſione*; modo *agendi*; pro diverſa eorum indole tam generali, quam ſpeciali; attractione, cohærentia, revulſione, figura, pondere, gravitate ſpecifica, ſubtilitate, viſcoſitate, duritie; pro *partibus conſtituentibus* primariis & ſecundariis diverſis ſalinis, ſulphureis, reſinoſis, oleoſis, terreſtribus, ſenſuum ope ſe plerumque manifeſtantibus; pro *qualitatibus* ac *viribus* inſitis tam variis in uno remedio, & mitio-

tioribus, & efficacioribus, valde tamen differentibus ratione quantitatis prædominantis, vel qualitatis ejus activioris.

Verſatur quoque hæc pars materiæ medicæ circa *modum*, & *media* congruo modo *inveſtigandi*, *indagandi* & perſcrutandi *vires*, & *qualitates* omnium corporum iſtorum, qui in praxi medica eximium jam exhibuerunt uſum.

In hac *generali* materiæ medicæ *parte* conſideratio quoque obvenit generalis de *viribus medicamentorum*, eorum *diverſa ordinatione*, *diviſione* ſyſtematica; reſpectu actionis eorum generalis, promotionis evacuationum diverſarum; correctionis modi ad fluidas corporis noſtri partes, earum qualitates & mixtiones depravatas emendandi; reſpectu actionis eorum correctoriæ, & alterantis, ad ſolidas corporis humani partes; reſpectu actionum remediorum ſpecialium; reſpectu eorum, quibus externo uſu, in ſolidas æque ac fluidas agunt partes; exceptis variis aliis differentiis & denominationibus, a variis morbis, viſceribus, peculiaribus partibus, deſumtis; vel modo ex unica materia, vel e pluribus ſimul conſtantia, & reſpectu loci natalis.

Actio enim omnis medicamentorum fit vel in fluidas vel in ſolidas corporis humani partes. Mutatio hinc, quam in fluidis exſerit partibus, conſtat vel in evacuatione & remotione abundantium, aut noxiorum; vel in emendatione, & correctione depravatorum humorum: patet exinde, quod reſpectu actionis ſuæ generalis, omnia remedia ſint, vel evacuantia vel alterantia. Corpus enim peccat vel ob quantitatem deficientem aut excedentem, vel ob qualitatem vitioſam fluidarum aut ſolidarum partium, vel ob corpora extranea irritantia, ita omne auxilium aut adjicit, aut demit, aut permutat aliquam

quam materiam, aut denique expellit vel deſtruit corpora mechanice agentia. Quædam hinc remedia non uno modo tantum, ſed duobus quoque, inter ſe non contrariis, adjuvant. Ultra quos limites progredi non videntur vires remediorum medicorum, cui ſententiæ aſſentit quoque cel. *Home.* Sic Materia optime adjicitur alimentis, cibo nempe & potu, quæ ſunt aut valentis & firmæ, aut medicæ aut imbecillæ vel infirmioris naturæ, quæ ſunt, e quibus nonnulla ad certa fluida proprie tendunt; atque ideo hæmatopea, vel galactopea, l. ſpermatopea appellantur.

Materia corporis humani ſuperflua aufertur abſtinentia; exercitiis; frictione; ſanguinis detractione per venas, vel per cucurbitulas, vel hirudines; fonticulis; epiſpaſticis; vomitu; laxantibus, vel purgantibus; alvi ductione; lotionibus; diaphoreticis; diureticis; emmenagogis; expectorantibus; ſalivantibus; errhinis, & apophlegmatiſantibus.

Materiam permutant: 1) Medicamenta alterantia, qualia ſunt abſorbentia, diluentia, temperantia, attenuantia vel incidentia, antiſeptica, & demulcentia vel emollientia; 2) Roborantia, uti ſunt analeptica vel cordialia, balſamica, ſtomachica, viſceralia, adſtringentia, vulneraria; 3) Sedantia, uti anodyna, antiſpasmodica, antepileptica, hypnotica & narcotica; 4) Specifica.

Expellunt vel deſtruunt corpora vero externa, mechanice agentia, uti carminativa, alexipharmaca, anthelminthica, lithontriptica.

Hæc alimenta & medicamenta non ſuis & propriis qualitatibus morbos adoriuntur, ſed viribus compoſitis ex motibus naturalibus & artificialibus; quorum effectus obſervatione & experientia deteguntur.

Remedia A) *interna* aſſumenda, & quidem diverſitates ſpecialium qualitatum & virium, quæ in remediis occurrunt medicis, optime claſſificantur, in materiis medicis, in

1) efficientia in primas vias; qua digeſtiva, evacuantia & per vomitum, vomitoria hinc dicta; & per alvum, qua laxantia, purgantia, qua anthelmintica; carminativa; ſtomachica;

2) efficientia in ſecundas vias, qua ſudorifera, ſ. diaphoretica; diuretica, & lithontriptica; ſialagoga, ſ. ſalivantia, apophlegmatiſantia; expectorantia ſ. bechica, anticatharrhalia; emmenagoga; hæmagoga, ſanguinem educentia, ſiſtentia;

3) alterantia, & efficientia quidem

a) in partes ſolidas, qua nutrientia, (ſ. roborantia, tonica, muſcularia, adſtringentia;) emollientia, ſ. relaxantia:

b) efficientia in partes fluidas, in humores, qua incraſſantia ſ. inſpiſſantia, coagulantia, exſiccantia; abſorbentia, ſ. digeſtiva, reſolventia, repellentia, diſcutientia; humoribus tenuitatem quæ majorem afferunt, qua diluentia; reſolventia; & hæc qua refrigerantia, qua calida; humores immutantia qua involventia, corrigentia, antacida, abſorbentia, antialcalia, antiputrida, antibilioſa, antiſeptica, antiſcorbutica, antidota; ſalſam acrimoniam corrigentia;

4) nervina, excitantia, (ſ. irritantia, ſternutantia, ſtimulantia,) analeptica, (ſ. reficientia, cardiaca, cordialia;) antiſpasmodica; ſedantia, ſ. anodyna; narcotica, (ſ. ſopientia, ſedativa, opiata.)

B) Remedia *externe* applicanda, ſunt vel

I) Eva-

I) evacuantia, & derivantia ſanguinem, l. alias materias; per rubefacientia; per ulcera artificialia; per media, in cavitatibus corporis præternaturaliter effuſos, humores educentia; per errhina, ſ. ptarmica; ſialagoga ſ. maſticatoria; inteſtina purificantia, per purgantia, anthelmintica, clyſmata emollientia, irritantia: vel

II) ſunt externa quoque remedia,

1) alterantia, repercutientia, vel temperantia, vel adſtringentia;

2) relaxantia, repercutientia l. humectantia, l. emollientia;

3) reſolventia, per media inflammationes & ulcera calida diſcutientia, (ſ. antiphlogiſtica, antambuſta;)

4) ſuppurantia, l. maturantia, relaxantia, ſtimulantia, digeſtiva; in ulceribus apertis;

5) mundificantia, ſ. vulneraria; digeſtiva, (ſ. digerentia, detergentia, irritantia;) antiſeptica; antiputredinoſa;

6) exſiccantia;

7) cauſtica, (ſ. ſeptica, anticauſtica, antambuſta, eſcharotica, rubefacientia;) ſpecifica, in certis morbis, & in ſingulis partibus corporis humani affectis proficua; e. g. antifebrilia; cicatrizantia, glutinantia, conſolidantia; ſarcotica; coſmetica; odontica, ophthalmica, otica, phteiroctora, parotica, ſ. tylotica, philotra. Specifica cephalica, faciei, naſi, oris, nuchæ, collo, abdomini, genitalibus, mammæ, pectori, ano, extremitatibus, cuti, proficua;

8) deplentia chirurgica per hirudines, fonticulos, ſe-

ſetacea, veſicatoria, ſcarificationes, paracenteſes;

9) externa topica.

Pharmacopæorum verba uſitata, & introducta, de remediis medicis accurate heic indicantur & deſcribuntur, in generali materiæ medicæ parte, ut & ſigna tam chemica quam pharmacopæorum conſueta; diviſio quoque tam varia ſyſtematica virium in remediis obviarum, characteres, & cujusvis vis accurata deſcriptio, denominatio; cautelæ & regulæ in characteribus genuinis inveſtigandis, & determinandis probe obſervandæ, ad ſyſtema quoddam naturæ; modus varius colligendi, acquirendi, conſervandi remedia medica tam in officina mercatorum, materialiſtarum, quam pharmacopæorum; quales partes ex iis ſunt vel uſitatæ vel obſoletæ: in *vegetabilibus*, nempe radices, herbæ, folia, flores, ſemina, fructus, cortices, ligna; excreſcentiæ, fungi, lignorum concrementa; gummata, reſinæ, balſama, ſucci concreti, & liquidi fruticum & plantarum ſponte e plantis exſudantium; reſinæ liquidæ, ſolidæ; gummi reſinæ, ſucci gummoſi; ſucci arte quadam e plantis extracti; expreſſi, & inſpiſſati. In *animalibus* medicamentoſis an animalia integra l uſitata, l. infrequentia, l. exſoleta ſint, vel partes animalium medicamentoſæ, vel producta ex iis deſumta. In *mineralibus* vero, vel partes aquoſæ tam ſimplices & marinæ, quam minerales medicatæ, vel ſalinæ, inflammabiles, bituminoſæ, ſulphureæ, terreæ, lapideæ, metallicæ perfectæ vel imperfectæ ſ. ſemimetallicæ.

Conſideratio heic quoque occurrit generalis *partium elementarium*, ſ. conſtituentium, in corpore quovis naturali, qua medicamento generatim conſiderato, quomodo eæ determinandæ ſunt vel meris

ris ſenſibus, vel chemiæ ope ſe manifeſtantibus, ad quæ inprimis referuntur in *plantis* ſuccus earum expreſſus, pars ſpirituoſa, inflammabilis, oleoſa, vel ætherea vel unguinoſa; cereacea; mellea; ſacharina; ſalina eſſentialis acida l. alcalina volatilis; ſalina adventitia, nitroſa vel alcalina; gummoſa; gummoſo-reſinoſa; reſinoſa; farinacea, farinoſa; terrea, aquoſa, phlogiſtica; in *animalibus* vero ſubſtantiis pars aquoſa, ſeroſa pars craſſamentum conſtituens, oleoſa, gelatinoſa, ſalina vel acida, l. alcalina, l. medii ſalis: in *mineralibus* vero congeries partium elementarium, unum corpus alteri hiſce inſerviens, ad partem quandam conſtitutivam, a quibus partibus elementaribus actio ſæpe pendet remediorum tam diverſa & multiplex, & quibus omnis medicamentorum virtus, ac remediorum miſcela innititur, & dependentes quoque rationes, explicatio qualitatum quoque variarum inefficacium dijudicatio ab efficacibus. Exceptis hiſce aliæ quoque *qualitates* occurrunt heic & deſcribuntur, qua generales partes conſtituentes, *ſaporis* ope ſe manifeſtantes, amaræ nempe, dulces, acidæ, alcalinæ, acres, auſteræ, falſæ, viſcoſæ, pingues, ſiccæ. aquoſæ; *odoris* ope aromaticæ, fragrantes, alliaceæ, hircinæ, nauſeoſæ, tetræ &c. exceptis humidis, ſiccis, calidis, frigidis vulgaribus corporum qualitatibus, ſpecificis peculiaribus, quæ in quibusvis remediis obviis ſpeciatim indicantur.

Varietates ponderum, doſium, menſurarum generatim heic quoque deſcribuntur, ut & modus ac forma adhibendi remedium, vel qua ſimplex vel qua præparatum antea a pharmacopæo.

Diverſitatis præparatorum iſtorum medicorum pharmaceuticorum, heic quoque fit mentio, quorum conſiſtentia vel eſt liquida vel ſolida, vel media: utraque vel interna vel externa.

Ad *interna* liquida referuntur, infuſa aquoſa, vel vinoſa, decocta, aquæ deſtillatæ, julepi, emulſiones, potiunculæ, ſpiritus, tincturæ, eſſentiæ, elixiria, liquores, olea, mixturæ; quæ ultimæ rurſus ſunt vel diffuſæ, cochleatim ſumendæ, vel concentratæ valentiores, guttatim adhibendæ.

Ad *externa* cenſentur inprimis clyſteres, epithemata, collyria, balnea, pediluvia, gargariſmata, collutiones oris, injectiones in os, oculos, anum, uterum, ulcera, vulnera, pectus, urethram, veſicam, &c.

In claſſem remediorum ſolidorum, ſive ſiccorum, *internorum* recipiuntur pulveres, ſalia, magiſteria, pilulæ, morſuli, trochiſci, rotulæ;

externorum: ſuppoſitoria, emplaſtra, epithemata ſicca, peſſi &c.

In claſſem remediorum *internorum* ſuſcipiuntur, mediæ conſtitutionis, electuaria, roob, extracta, boli, linctus, conſervæ, condita, ſirupi;

externorum: unguenta, linimenta, cataplaſmata, cerata; balſama.

In cujusvis remedii plenaria deſcriptione indicatur quoque uſus ejus congruus ac rectus, tam quoad *quantitatem* determinatam, quantum de iſto remedio quavis vice ſumendum ſive exhibendum ſit,

quam quoad *qualitatem* concinnam, in debita virtute, conſiſtentia, ſoliditate, fluiditate, craſſitudine, colore &c. conſiſtentem,

ac *modum* convenientem, medicamentum rite adhibendi & externe & interne;

ut & quoad *tempus* opportunum, matutinum, veſpertinum, meridianum, diurnum, nocturnum, &c.

Hiſtoria materiæ medicæ & ſcriptores, qui materiam medicam pertractarunt, & antiquioris & re-

recentioris ævi, in parte quoque generali materiæ medicæ tam internæ, quam xternæ minime quoque omittuntur in plenaria, & ſolide conſcripta materia medica.

§. 117.

In *ſpecialiori* conſideratione & explanatione ſingulorum ſimplicium remediorum, vel ſubjectorum, ad materiam medicam relatorum, quo tanto perfectior eorum commode poſſit ſuppeditari cognitio hiſtorica, & phyſica, verſatur ea itaque circa cujuslibet corporis naturalis, qua remedii jam noti, momenta tam externa, per ſenſus externos ſe manifeſtantia, ſine chemica analyſi; quam circa ejus interna momenta e vero partium conſtituentium conditione chemiæ ope nota, ad plenariam ſyſtematicam hiſtoriam ſemper neceſſaria, quæ vel eſt *generalis*, præliminaris, vel *ſpecialis*.

In *generali* remediorum cognitione, quam materia exhibet medica,

1) Deſcribitur cujuslibet talis remedii accurata *denominatio*, conſueta pharmacevtica & provincialis, in variis linguis introducta, & ſyſtematica, tam genus quam ſpeciem determinans, deſumta a ſyſtemate naturæ, quam maxime iſtiusmodi corporibus congrua; rita iſtius remedii naturalis crudi *ordinatio*, & deſcriptio brevis totius corporis naturalis medicati, ad congruum, optimi ſyſtematis naturæ, ordinem quoad claſſem, genus & ſpeciem, inprimis partis iſtius, quæ adhibetur.

2) Determinatio accurata, quales *partes* ſingulæ ſint *introductæ* in medicina, in pharmacia, an totum iſtud corpus naturale, vel quales partes, & quæ-

quænam ex iis exſtent effigies ac quinam ſcriptores optimi, cujusvis iſtius remedii.

3) *Locus natalis*, patria, tempus & modus *floreſcentiæ* conſervationis & propagationis, auctionis, in terræ gremio adhucdum obſervatus, in plantis inprimis.

4) *Modus conſervationis* tam apud mercatorem materialiſtam, quam apud pharmacopæum, & acquiſitionis, copioſiori & leviori via, collectionis, conſervationis, mutationis & præparationis, prægreſſæ usque dum iſtud corpus vel ad mercatorem vel ad pharmacopæum devenit, & ab iis poteſt aſſumi & recipi, inprimis ſub congrua forma, ſub requiſitis & conditionibus neceſſariis.

5) Conditio *Odoris*, *Saporis*, heic occurri, tex parte notitiam demonſtrans penitiorem partium conſtituentium, in remediis obviarum, & ex hac accuratiorem quoque virium determinationem, exceptis ſignis mangoniſationis, bonitatis, ſimul ex iis deſumendis & integritatis, in exoticis inprimis ſcitu neceſſariis, ubi ſimul quoque ab his dependens determinatur pretium.

6) *Notæ characteriſticæ* indicantur quoque genuinæ, a ſpuriis & adulteratis diſtinguentes; remedia & ad quamnam claſſem, & ordinem, ſyſtematis naturæ, vel Mineralogici, vel Zoologici, vel Botanici, corpus tale naturale medicatum ſit referendum, quoad ejus figuram, formam externam, internam, mutabilem, immutabilem, connexionis & cohæſionis modum, firmitatem & denſitatem, menſuram, magnitudinem, colorem, odorem, ſaporem, calorem, frigus &c.

7) In ſpecialiori accuratiori cognitione remediorum, determinantur quoque in *materia medica ſpeciali*, cu-

cujusvis remedii ſimplicis, partes *conſtituentes elementares*, vel meris ſenſibus externis, vel Chemiæ ope ſe manifeſtantes.

8) Cujusvis remedii a partibus conſtitutivis dependentes *qualitates*, *vires* ac *virtutes*, potentias varias agendi dubias, infidas, cautas, & eximias demonſtrat materia medica tam generalis quam ſpecialis, vel qua recentia e terræ gremio deſumta corpora naturalia, vel qua jam ſicca, vel varie mutata, ſæpius mangoniſata; & ab eorum applicatione in corpus humanum ortas ſequelas & effectus variosque *uſus* & diæteticos & medicos in ſingulis morbis, qui ſpeciatim heic quoque deſignantur, nec omiſſo eo momento, an ſit remedium vel uſitatum, ſ. conſuetum, vel inuſitatum, ſ. obſoletum, & qualis fides ei a practicis imponitur;

9) Cujusvis remedii medici *methodus adhibendi* & *forma* conveniens conſueta, optima, indicatur in qua exoptatum præſtant effectum, quodvis corpus naturale, qua remedium medicum introductum, ſub congruis conditionibus. In quanam menſura, doſi, pondere, vel qua ſimplex, vel qua cum aliis mixtum remediis; vel qua crudum vel qua jam antea præparatum adhibendum ſit.

10) Varia hinc quoque enarrantur *præparata*, tam obſoleta quam uſitata, l. uſitatiora in pharmaciis introducta; ſingulorum conditio, valor, uſus, virtus, vis efficiens, modus efficiendi, adhibendi, doſis, proportio, per experientiam comprobata, quæ de iſto exſtant remedio, vel in pharmacia occurrunt, vel qua recens, vel qua jam ad uſum per quoddam tempus conſervatum, tam qua ſimplex quam cum aliis mixtum, & ad uſum externum & internum; in quamnam compoſitionem

vel

vel qua ſimplicia, vel qua compoſita remedia, in pharmacia introducta, medicamenta iſta ingrediuntur, in quonam congruo tempore ac copia rite præparata, ac conſtructa exſtant.

10) Imagines, qui optimas de ſingulo communicarunt remedio, accurate heic indicantur.

11) Variorum autorum *regulæ generales* & cautelæ, (reſpectu inprimis abuſus, periculi in doſi,) & de ſingulis remediis deſcriptæ, ſpeciatim hic communicantur. Obſervationes quoque autorum, qui remedium quodvis vel animale, vel vegetabile, vel minerale, ad ſyſtema quoddam naturæ deſcripſerunt; æque ac obſervationes practicæ, ac errores ſ. erroneæ ſententiæ autorum; variorumque aliorum ſcriptorum teſtimonia, quæ addiderunt quidam ſcriptores qua optima; pari modo recenſentur iſti autores, inprimis qui nova obſervata de remediis addiderunt, viribus medicis egregiis inſtructis, permultas eximias manifeſtantibus virtutes, ætate noſtra prorſus ignotas, in uſum vero quæ revocari magnopere merentur, exceptis variis aliis pro novis hodie declaratis, olim jam magis medicis, quam hodie celebratiſſimis.

Ordine iſto ſyſtematico conſcripta materia medica, per ſingula naturæ regna, ſemper itaque manifeſtabit, & demonſtrabit ſingulorum corporum medicatorum, tam inſignes & multiplices mutationes, quæ uſum medicamenti ſequuntur in corpore humano, i. e. actiones ejusdem remedii, quæ non ubique eadem, valde tamen differentes occurrunt pro diverſitate ſubjecti, ætatis, temperiei, applicationis, cauſæ morborum in ſimilibus quoque caſibus, ita ut qua egregie efficax vel inefficax, l. plane

ne nullum, l. diverſe contrarium, in alio inſperate efficiens, in aliis in pejus vergens, ſæpe quoque iners, nullas mutationes excitans in eodem ſubjecto. Conſcripta talis materia medica inſignem ſemper præſtabit uſum, ob tam præclarum ejus finem.

Quibusdam materiis medicis ſubjunguntur, hiſtoriæ & recentiores remediorum, tam ſimplicium quam compoſitorum, *præſcriptiones variæ de iſtis remediis practicæ* inprimis, quum res ſit non tam exigui momenti, & quum non tanta facilitate poſſit exerceri a non exercitatis, remedia ſimplicia cum præparationibus officinalibus conjungendi, & in formis variis conſuetis ægrotis ordinandi pro circumſtantiis eorum diverſis in ſtatu quovis morboſo occurrentibus. Selectæ & valde ſimplices ſunt iſtiusmodi inprimis præſcriptiones, quæ extant in appendice quarundam *materiarum medicarum* e ſimplicibus tantum quibusdam, nec e multis compoſitis conſtantes inertibus, ſuperfluis, obſoletis, perperam laudatis, quibus quidam interne, quidam externe applicati corpori humano, in morbis tam internis quam externis poſſunt profligari, exſtant quam plurimum iſtæ, quarum ſummi in arte viri nobis copiam fecerunt, ac longo uſu commendarunt.

Inſerviunt iſtæ non parum artis ſalutaris veteranis, qua ſpecimina ut univerſæ materiei ſupellectilis medicæ accuratiorem, tum ad quosvis morbos, tum ad individuos multos debellandos, ambitum ac uſum rectius perdiſcant: In quæ quum innumeri exſtent & medicorum primi ordinis longe celeberrimorum labores, dicere eſt difficile, quod alteri utilitate ſit potius, præſtantia neceſſitateque excellentius; & ſi quidem talis formularum medicarum præſcriptio, fere tantum in applicatione adæquati morbo remedii, adæquata ſ. recta curandi ratione conſiſtat, &

prius

prius ab hac multum diſtet, cum curandi tamen rationem formularum præſcribendarum concinna ac utilis methodus præcedere debeat, utriusque & utilitatis & præſtantiæ & neceſſitatis momenta fere æquilibrantur.

§. 118.

In inquiſitione & determinatione partium & objectorum tam diverſorum *Therapiæ generalis*, jam deſcriptis & indicatis quibusdam diviſionibus, & objectis Materiæ medicæ, reſtat adhuc *Materiæ chirurgicæ* illa ſpecies, alias *inſtrumentalis* dicta, quæ verſatur circa inſtrumenta chirurgica. Ea enim Therapiæ pars generalis, quæ morbos manuum, faſciarum & inſtrumentorum ope ſanare docet, ſtrictiſſimo ſenſu chirurgia appellatur. Operatio & curatio *manualis* quidem manu peragitur nuda, nec diæta nec medicamentis ſufficientibus; curatio *inſtrumentalis* vero manu inſtrumentis armata ſuſcipitur & perficitur. Adminicula chirurgiæ manualis ſunt non ſolum manus, ſed inſtrumenta ac faſciæ. Verſatur hinc chirurgia inſtrumentalis, manualis circa doctrinam de inſtrumentis & faſciis.

Materiæ chirurgicæ inſtrumentalis ſ. *mechanicæ* hinc præcipua ſunt objecta accurata deſcriptio, notitia quoad figuram, materiem, diviſionem, ſtructuram, applicationem & uſum; accuratior conſignatio, imagines vel naturales vel pictæ, omnium inſtrumentorum vulgarium, quæ Medico ſolido & Chirurgo ſemper plenarie ſcitu ſunt neceſſariæ; omnium inſtrumentorum in quavis operatione ſemper chirurgica obviorum, & quidem ſpeciatim pro variis venæ ſectionum ac arteriotomiarum ſpeciebus, pro abſceſſus apertura, tumoris enucleatione, ſarcomatis exciſione, vulneris dilatatione, ſutura puncti vulneris exploratione, pro eximendo e vulnere globo,

bo, pro arteriarum ligatura, compreſſione, ſcarificatione, ſetaceo, fonticulo, cauteriſatione, enematum applicatione, unguibus extrahendis. Nec omittuntur hic quoque ſpecialiſſima inſtrumenta, ad ſpeciales accommodata affectus corporis humani, externis inſtrumentariis mediis auferendi, ad auricularum puncturam, ad eximenda varia heterogenea e meatu auditorio, ad cariem extirpandam, cranii denudationem, elevationem, trepanationem, narium hæmorrhagias; ad perforationem antri higmoriani, ad frenuli ſublingualis ſectionem, polypi naſalis extirpationem, ad heterogenea eximenda corpora e faucium cavo, ad uvulæ amputationem, ad faucium injectiones, abſceſſus aperturam in faucibus, ad labii leporini operationem, tracheotomiam, œſophagotomiam, mammæ amputationem, lactis e mammis extractionem, ad paracenteſin thoracis, abdominis, enteroraphiam, gaſtroraphiam, herniotomiam, ſectionemcæſaream, ſcroti paracenteſin, ſetaceum, amputationem membri virilis, veſicæ urinariæ catheteriſmum, urinæ incontinentiam, veſicæ urinariæ puncturam, iniectionem, præputii & urethræ dilatationem, lithotomiam muliebrem, ani fiſtulam, anevriſmatum operationes, compreſſiones, amputationes, articuli exciſiones, ad operationes dentium, eorum evulſiones, depurationes, cauteriſationes; ad operationes oculorum, cataractæ extractionem, depreſſionem; fiſtulam lachrymalem, bulbi cancroſi exciſionem, trichiaſin. Quidam ſcriptores heic addunt quoque inſtrumenta chirurgica, in arte obſtetricia introducta & neceſſaria, de quibus in ea peculiaris eſt ſermo; alii varias Machinas chirurgicas, e. g. pro embroche, vapore, ano artificiali, fractura cruris, femoris; artificialia crura, oculos, dentes, manus, ſellas artificiales pro operationibus, ægrotis, reconvaleſcentibus, &c. exceptis inſtrumentis

pro ſectione cadaverum, neceſſariis, exceptis iis, quæ in anatomia requiruntur.

In doctrina de *faſciis*, qua objectum peculiare materiæ chirurgicæ inſtrumentalis, deſcriptio occurrit plenaria de diverſæ ſpeciei faſciis, earum materia, forma, ſtructura, compoſitione, diviſione multiplici, uſu, modo applicationis in deligatione: & ſpeciatim quidem faſciarum ad operationes adaptatas varias chirurgicas in capite, oculo, naſo, labiis oris, maxilla inferiore, pro collo, facie, ſpina dorſi, mammis, lumbis, abdomine, membro virili, ſinu muliebri, perinæo & natibus inguinibus, pro humeri ſummitate, brachio & antibrachio, cubiti articulo, carpo, digitis, femore & crure, genu, pede, digitis pedis, herniis diverſis.

Quam *neceſſaria* & *utilis* ſit tam Medico quam Chirurgo, operationes proprie ſuſcipienti, hæc pars *Materiæ Chirurgicæ*, e jam prolatis luculenter pateſcet, & inferius, occaſione uſus ſpecialis therapiæ generalis adhuc eo luculentius ſe manifeſtabit.

§. 119.

Uti ſuperius jam audivimus in diviſione *therapiæ generalis*, ſpecialem quoque condit partem *therapia generalis ſtrictius dicta*, excepta hactenus jam pertractata, Materia medica tam interna, quam externa, & inſtrumentali.

Morbus, qua mutatio in corpore humano præternaturalis, tolli nequit, niſi nova naturali conſentanea producatur mutatio, ad huncce ſcopum expetendum varia ingeruntur, quæ medicamenta dicuntur. Selectum iſtorum medicamentorum, quoad eorum principia, vires, uſum, modum applicationis docet materia medica. Medicamentorum vero iſtorum, qua corpora naturalia vel artefacta ſimplicia mixta conſiderandorum, actio conſiſtit potius mutationibus diverſimodis, quas proferunt. Quomo-

modo, quibus ſub conditionibus, eæ autem agant, id præcipuum eſt *objectum therapiæ generalis.* Conſideranda ea eſt qua pars medicinæ practicæ, quæ fontes aperit generaliores, tam ad corpus conſervandum ſanum, & læſum reſtituendum, per remedia varia ſelecta atque probata, convenienti ſemper methodo & regimine propinanda.

Medicus, qui morbum in ægrotante homine præſentem cognoſcit, vel in ejus partibus ſolidis, vel in fluidis, vel in utriſque ſimul, aliquid mutatum eſſe perſpicit, remediis applicatis & auxiliis ſuſcipit corrigere, quo homini ſanitas vel perfecta reſtituitur, vel plurimæ ſaltem corporis actiones in ſtatum, ſano ſimillimum, reducuntur.

Ut diſciplinarum medicarum hæc pars practica rite exerceatur, non phyſiologia & pathologia tantum requiritur, ſed ſupponitur cognitio quoque plenaria alimentorum, medicamentorum & remediorum tam internorum quam externorum ſ. chirurgicorum, qua inſtrumenta, quibus mutatio corporis ægroti perficitur. Omnium harum ſpecialium ſcientiarum medicarum, medico tam ſcitu neceſſariarum, cognitionem colligit & ad ultimum ſcientiæ tam ſalutaris *finem* ducit *therapia generalis.* In ea enim inprimis oſtenditur, quo modo per rationem & experientiam in præmiſſis diſciplinis acquiſita cognitio, ordine nunc diſponitur, quo utilia & certa ſubtilius tantum diſputatis & minus certis præferuntur.

Hæc vero principia, (qua therapiæ generalis præcipua pars & objectum primarium,) ex illis hauſta diſciplinis, fundamenta exhibent concluſionis, quæ manifeſtant, quid & quomodo ſtatus præternaturalis ſit mutandus; ex quo dein indicantia, ex ægri deſumta diſpoſitione, indicationis ſunt funda-

mentum, & indicatum, indicantibus contra remotis, porro definiunt: indicans nempe quod comprehendit morbum ejusque cauſam, contra quam agendum eſt a Medico practico; indicatio vero modum & regulas ad auxilium inveniendum iſtud, quo morbus poſſit expugnari; & indicatum ipſum denotat remedium & conſilium, per quod finis ille ſalutaris poteſt obtineri: quæ tria momenta probe ſemper ſunt obſervanda, in therapia ſpeciali, tam conſervationem ſanitatis, quam curationem ipſorum morborum reſpiciente.

Media ſ. inſtrumenta ea vero, quæ corpori applicantur ægrotanti, tam e fonte diætetico quam pharmacevtico & chirurgico deſumta, corpori tantum, viventi applicantur, in quo eo magis efficiunt, quo major eis ineſt vis vitalis, actiones vitales vigorem oſtendentes: verſatur hinc quoque therapia generalis circa indicationem vitalem, ſ. modum, quo operantur corpora nutrientia, vitam conſervantia humanam.

Vel ab externis, corpori applicatis humano, vel interne in eo genitis cauſis morbi plerumque oriuntur, eo pejores & eo magis auctæ, quo diutius durant; haſce removendas medicus omnem adhibere debet attentionem, antequam remedia morbo contraria adhibetur & præſcribit, cauſalem hinc, præſervatoriam ſ. prophylacticam indicationem complectitur æque therapia generalis.

Mutationes iſtæ morboſæ, in ſolidis & fluidis, vel in motu fluidorum per ſolida enatæ, apparent ſubito medico cauſis hiſce remotis, haſce vero, qua cauſas morborum proximas mox corrigere ſtudet, ac indicationem veram therapevticam ſ. curatoriam proſequitur, quæ in therapia quoque generali fuſius exponitur.

Quæ-

Quædam quoque ſymptomata ſ. effectus occurrunt morboſi, a morbo vel morborum cauſis pendentes, in tam vehementi ſæpius gradu durant, & tanto impetu, ut vires vitæ ſæpius frangant, ac permultum curationem morbi ipſam vel impediunt vel retardant, quæ a Medico quoque practico vel ſunt plane auferenda, vel ex parte tantum ſopienda, iſtorum remediorum modus operandi hinc quoque in therapia declaratur generali.

Objecta Therapiæ generalis ſtrictioris tam inſignis ſunt numeri, quam in aliis ſcientiis. Præcipua ex iis ſunt, tam generalia momenta, in formandis indicationibus medicis in genere, ſignorum ope congruorum eruendorum, examinationis ægrorum, quam ſpecialia obſervanda, reſpectu *indicationum vitalium* ſ. *conſervantium* hominum vires & per alimenta nutrientia, roborantia, & vires incitantia per medicamenta ſtimulantia, analeptica: quorum ſingulorum differentia ab eo pendens, multiplex operandi modus, viſcerum actio in diverſis hominibus, effectus, mutatio ſtatus ægri, corrupti, electio optima mediorum iſtorum, cuivis iſtiusmodi indicationi quam maxime conveniens, modus adhibendi l. qua ſimplex, l. qua aliis commixtum, & in congrua forma, copia, doſi, modus avertendi noxiorum corporum effectus, ſimul demonſtratur. Specialia momenta heic occurrunt,

Reſpectu *indicationum cauſalium* prophylacticarum ſ. *præſervantium*, in corrigendis tam variis ægrorum erroribus *diætæ* e. g. ratione aëris, caloris, frigoris, victus, appetentiæ, abſtinentiæ, ad victum; moderaminis animi affectuum; in infringenda *venenorum* efficacia tam varia a multiplici eorum diverſitate, applicatione, hominum conſtitutione multum dependens, quibus correctio venenorum, antidoto-

 rum

rum diverſorum effectus ſimul deſcribuntur; in imminuenda ſanguinis nimia copia, qua multorum morborum cauſa, per varia media, tam interne quam externe adplicanda, quorum varius effectus, modus applicationis, conditio humorum ſpeciatim penſitatur; in corrigenda cacochymia, ſ. depravata humorum mixtione, cum iisdem momentis ſubjunctis.

Indicationes *therapevticæ* ſ. *curatoriæ*, præcipuum quoque ſunt objectum therapiæ generalis, ſtrictiori ſenſu ſumtæ reſpiciunt eæ inprimis modum, partes ſolidas rigidas relaxandi, ſolidas laxas roborandi, ſolutam partium ſolidarum unitatem combinandi, humorum tenuitatem inſpiſſandi, ſpiſſitudinem reſolvendi, partes humorum variorum humani corporis acidos & alcalinos noxios corrigendi, partium ſolidarum & fluidarum motum compeſcendi nimium, imminutum excitandi, vaſa & viſcera obſtructa reſerandi, primas evacuandi vias, per purgantia, vomitoria, ſeroſos vero humores per ſudorifera, diuretica, ſialagoga, ſternutatoria, veſicatoria; ſanguineos vero humores evacuandi per venæ ſectiones, arteriotomiam, ſcarificationes, hirudines, menſes, hæmorhoides &c. Et ſic indicationes ſymptomaticæ ſ. palliativæ, heic quoque occurrunt, qua peculiare objectum therapiæ generalis, quæ agunt de dolore compeſcendo, per congrua media corrigentia, ſopientia, anodina; de excretionibus variis moderandis, per adſtringentia, roborantia, e. g. ſanguinis profluvia.

In ſingulis hisce indicationibus tam variis penſitantur ſpeciatim valde accurate, conſtitutio peculiaris diverſa ægri, ejus partium tam fluidarum, quam ſolidarum læſarum conditio, diſpoſitio, ortus, cauſa, ſigna, ſtatus iſtius præternaturalis, modus congruus, ad indicationem tam generalem quam ſpecialem implendam in ſingulis ægris, pro diverſo eorum ſtatu morboſo, quibus modis & conditionibus præparan-

randi ſunt ægri, eorum ſingulæ partes; quale tempus opportunum, regimen & præparatio ægri in uſu remediorum ſit obſervandum generaliter, qualia media indicationem quam optime impleant, partes læſas corrigant, mutent, eorum deſcriptio, differentia, quomodo operentur, mutent vel partes ſolidas vel fluidas, pro diverſis eorum partibus elementaribus, conſtitutivis principiis, variis ab iis pendentibus viribus, effectibus, mutationibus in corpore humano, vel qua ſimplicia, vel qua compoſita, aut qua cruda, ſ. præparata adhibenda & propinanda ſunt, pro diverſa menſura, doſi, pondere: exceptis diverſimodis cautelis & obſervationibus plerumque additis.

Solidam cujusque morbi curationem intelligere ſi quis cupit, nunquam eo perventurus videtur, niſi antea doctrinam, generales medendi fontes recludentem probe ſibi deguſtandam imbibendamque cogitarit. Doctrina hinc iſta medica, *therapia* nempe *generalis*, medicam exercenti ſcientiam, medico nimirum practico eſt ſumme *neceſſaria* & *utilis*, uti ſequentia luculentius manifeſtabunt momenta.

§. 120.

In curationibus morborum etſi multum ab accuratis obſervationibus & diſquiſitionibus dependet, medicus tamen raro, vel plane non finem ſuum exoptatum poteſt aſſequi, ſanitatem amiſſam reſtituendi, ſine remediis cuivis morbo appropriatis & congruis. Doctrina univerſa remediorum quidem eſt quædam ex ampliſſimis, ſi ingentem eorum conſideramus farraginem remediorum olim introductorum. Noſtris vero temporibus convictum eſt, ad morborum curationes non tantum requiri copiam remediorum, ſed ope paucorum ſimplicium & exquiſitorum omnes fere morbos congrue poſſe tolli

tolli & auferri. Medicus hinc omnem impendere debet operam in inſigni copia, bonum ſibi ſelectum formandi, optimos eligendi, eosque in perpetuum ſuum uſum vertere & deſtinare, & apte cum aliis ſimplicibus quibusdam vel compoſitis congruis combinare; quo ſimplicius enim remedium, eo efficacius eſt iſtud, eo magis de ejus effectu poteſt expectari usque dum ad experientias determinatur congruas, quod in mixtura e copioſo conſtans numero remediorum fieri nequit, excepto eo, quod multum temporis perdatur cum præparatione, & æger ab expenſis nimiis non præſervetur.

Medicus ergo dum exacta rerum omnium, ſanitatem hominis conſervantium, notitia debet eſſe inſtructus, in genere quidem tam alimentorum quam venenorum, vires & effectus probe ut cognoſcat neceſſe eſt; inprimis vero ſpeciatim & principaliter medicamentorum ſimplicium genuinam indolem, phyſicas qualitates ac ſingulares vires, modumque iisdem rite utendi, exacte calleat, quorum omnium ordinatas & diſtinctas enumerationes, deſcriptiones, ad ſingula momenta neceſſaria illa pars medicinæ nobis exhibet & ſiſtit, quæ *Materia* ideo vocatur *medica* tam *interna* quam *externa*, & *Therapia generalis* ſtrictius dicta.

Medicus ergo, in quantum tam a priori, quam a poſteriori hiſtoriæ naturalis, chemiæ, ac pharmaciæ ope vires medicamentorum cupit indagare, ad veras & genuinas eorum conſtitutivas partes, ad qualitates, vires, effectus eorum in applicatione ad corpus humanum, tam generatim quam ſpeciatim quam maxime debet attendere, easque ſibi exactius cognitas reddere; de quibus eum plenarie inſtruit Materia medica, & therapia generalis; alias enim de ipſorum effectibus, tam mediatis quam im-

immediatis vix unquam certum quoddam formare poterit judicium in praxi medica coram lecto ægroti.

Cognitione iſta accurata remediorum, iſtam præcipuam comparare ſibi poteſt facultatem medicus, efficiendi, ut totum finem & ſcopum præcipuum ſcientiæ medicæ efficiat, hominibus nempe ſanitatem læſam, ei non ſatis æſtimandam, reſtituendi & acquirendi: innoteſcit hinc luculenter *neceſſitas & utilitas materiæ medicæ & therapiæ generalis*, in quibus ſcientiæ medicæ partibus gazophylacium quaſi naturæ aperitur, in qua omne utile & ad mortalium ſalutem, a ſummo & benigniſſimo omnium bonorum largitore, rebus naturalibus communicata, & vires eorum cognitæ, diſquiruntur, & communicantur.

Quid enim nobis mortalibus prodeſt, & confert, ſi anatomia tam admirabilem corporis noſtri ſtructuram aperit; ſi hiſtoria hominum, naturalis phyſiologia nempe nos inſtruit, quomodo actiones, conjunctiones partium ope, ſint poſſibiles; ſi doctrina de morbis, pathologia cauſas morborum manifeſtat, quibus naturales functiones poſſunt impediri vel plane tolli; ſi ſemiotica per ſufficientia ſigna, veras cauſas actionum læſarum detegere docet, & ſi ea tradit, quomodo iſtæ, ad ductum therapiæ generalis & ſpecialis tam interne quam externe, in ordines & claſſes congruas redigi poſſint; quid hæ omnes ſcientiæ conferunt Medico? quid confert per indicantia tam bene formata indicatio? niſi in iſtum poſſit tam exoptatum ſitum & conditionem transponi, ut exquiſitum formetur indicatum, quo ſanitas amiſſa in priſtinum ſuum ſtatum tam exoptatum poſſit redigi.

Indicata itaque, quibus medicus facultatem acquirit, cauſas morborum ſolide tollendi, ſunt præcipua e tribus regnis naturæ deſumta remedia, quæ

reſpicienda ſunt, qua inſtrumenta, quibus læſas functiones poteſt reſtituere.

Nonne itaque eſt requiſitum quam maxime neceſſarium, plenam & perfectam ſibi acquirendi cognitionem de hiſce inſtrumentis, a quibus quam maxime præcipua & medici dexteritas & univerſa ejus ſcientia tam magni æſtimanda penitus fere & præcipue dependet.

Quotſi quis pharmaciæ promptuarium oculo tantum fugitivo perluſtratur, inſignis ibi deprehenditur copia horum inſtrumentorum, quorum ope medicus ſanare debet, ſaltim quoad titulum, phtiſin, hydropem, arthritidem &c. tam varia quoque ſpecifica, & pulveres univerſales ac tincturas, quæ ægrotantibus hominibus eorum inventoribus immortalitatem quandam procreare debent, quam ob cauſam iſtiusmodi inſcriptionibus in pyxidibus & vitris pharmacopæorum in gratiam eorum inventorum inſertis, ſæpius noxium effectum edere valentibus, omnis fides eſt habenda, ſed omnis præcipua cura ad id inprimis adhibenda eſt, veras remediorum vires rite intelligendi.

Hiſce rationibus minime quenquam abhorreat a copia iſtorum remediorum, quæ in pharmacopæis ex mera conſuetudine aſſervantur, quia in iſtorum ſuſcepta diſquiſitione tam allaudatæ, ac tam eximie commendatæ vires ſe non manifeſtant: hancce ob cauſam in *Materia* medica bene ordinata & ſyſtematica eorum tantum corporum naturalium, qua remediorum & experientia multiplici probatiſſimorum, præcipua & plenaria fit mentio, & ſolida conſideratione digna iſtud habetur, quod, excepto titulo, veram quoque poſſidet vim efficientem partium earum conſtituentium ope.

A priſcis jam temporibus univerſæ ſcientiæ medicæ, ſummo cum ſtudio ſemper contenderunt proavi noſtri, & id quidem non injuſte, ut medicus inprimis accuratam cognitionem, ſi non de omnibus, de præcipuis tamen uſualibus & utiliſſimis ſibi acquirat remediis; hinc in noſtris temporibus adhuc celebris *Celſus* jam quondam omni jure contendit, morbi non eloquentia, ſed remediis curantur congruis. Cui hypotheſi quoque accedit experientia, quantam medico noxam producat talis corporum iſtorum inſcitia, & ſi pharmacopæus inprimis hoc illudve remedium pro lubitu ei diſpendit, a quo remedio commutato effectus iſte ſalutaris, intentioni medici non plenarie conveniens, minime poteſt expectari.

Quam multis difficultatibus ſæpius eſt ſubjectum earum quoque rerum, quibus quotidie utimur, veram conditionem, valorem & partes conſtituentes plenarie perſpiciendi; de iſtiusmodi difficultatibus ii ſunt convicti, quibus earum cognitio curæ eſt recordique. Alia enim forma in iis adeſt, qua recentia; alia plane qua ſiccata, qua conciſa, contuſa, pulveriſata. Medicus itaque iſte, qui præcipuam & omnem ſuam curam adhibet, ægrum ſuum ſecure & ſubito liberandi a ſtatu ſuo præternaturali, minime in neutram partem proclivis eſſe poteſt, quale corpus naturale pharmacopæus ægroto iſti diſpendit ſub nomine remedii a Medico præſcripti.

Quum tam inſignis ſemper occurrit differentia in remediorum vi efficiente, nonne tum in haud exiguo verſatur periculo medicus, in ejus honoris imminutione, ſi ei non plane ſunt cognita inſtrumenta, quibus ſtatum ægrotum in ſanum iterum reducere cupit, & excitatur ab ægroto. Medicum enim nil debet latere, quod aliquem effectum in ſanitatem

edere certa fide compertum eſt, aut ſaltem dicitur; hinc *medico* ſemper tam neceſſaria & utilis eſt *materia medica*, anthropologica tam *interna* quam *externa* & therapia generalis, tam inſignem medicamentorum numerum recenſens, inprimis ſi *Huxhami* regulam tam eximiam quoque accurate obſervare ſimul cupit: Medicus pauca quædam præſtantiſſimorum & efficaciſſimorum, de quolibet genere remediorum ad ejus uſum ſeligere, illisque inhærere, non vero divagari oportet in immenſam farraginem, cui nonnulli tam avide indulgent.

Qua articulus ſcientiæ medicæ primarius ſemper conſiderari poteſt cognitio remediorum, ex eadem hinc cauſa Medicus probus & religioſus æque minus ea carere nequit, ac ea ipſi prodeſt, ſolideque ſciendi ac perſpiciendi *neceſſaria*.

Uti enim *Anatomia* cum *Phyſiologia* corpus humanum ejus naturalem ſanam & incorruptam conditionem deſcribit, uti *Pathologia* hominis ſtatum morboſum, debilitatum, corruptum demonſtrat, & uti *therapia* vero rationes & media communicat, quibus ſtatus hominis ægrotus mutandus, corrigendus, & in ſanitatem amiſſam reſtituendus eſt, & uti omnes ſcientiæ hujus partes conjunctim ſumtæ ad articulos primarios univerſæ ſcientiæ medicæ referuntur, eodem quoque jure qua ſecundus articulus æque ptæcipuus, univerſi ſyſtematis medico eſt conſiderandus, doctrina univerſa de cognitione remediorum, qui ſanitatem reſtituunt, ſeu materialium & mediorum, qua optima & utiliſſima ſ. qua noxia & inutiliſſima, ex eorum medica applicatione qua jam nota proficua.

Etſi Medicus ſolidus & eruditus corpus humanum tam interne quam externe ſibi bene & plenarie notum reddidit, etſi conditionem, connexionem partium

tium & ſolidarum & fluidarum accurate perſpicit, & decurſum ſanum & ægrum corporis humani plenarie intelligit, ſcientia tum medica univerſa qua plane inefficax ſe ei repræſentat in ſolida revelatione, ejus medicæ & ab ea expectandæ utilitatis, niſi ei quoque plenarie eſſent nota ac cognita ea media, quæ requiruntur ad omnes corporis humani ſtatus noxios avertendos.

Hiſce enim rationibus nemo ibit inficias ambitum tam amplum ſcientiæ hujus medicæ tam momentoſæ, & ejus uſum tam inſignem. Quis enim valet machinam corruptam ordine perturbatam in priſtinum ſtatum ordinatum redigere, ſine inſtrumentis neceſſariis? Vel quis rite iſtiusmodi neceſſariis inſtrumentis uti poteſt, niſi ei iſta plenarie ac accurate ſint cognita, tempore congruo ac loco adplicandi, eaque, ubi in machina inprimis requiruntur humana, ad eorum gravitatem, præſtantiam & uſum, ad eorum rectam menſuram, pondus, conditionem temporis, circumſtantiarum, temperamenti, & partium connexionem adplicandi vel pro earum noxa avertendi ſcit, de qua mere materia medica tam interna quam externa & Therapia generalis Medicum inſtruit tam *theoreticum* quam *practicum*.

Excepto eo, quod cuivis ſolido Medico valde ſit jucundum, plene ſibi notam reddendi hiſtoriam remedii, quam materia ſuppeditat medica, inſervit quoque hæc cognitio medico ad varios alios valde utiles fines aſſequendos. Erudit enim ea quoque quodvis remedium in loco ſuo natali ſubito & accurate invenire, & in recentioribus temporibus inventum remedium, minime in autoribus materiæ medicæ, ex priſcis temporibus inveſtigare. Varia enim remedia a priſcis jam temporibus ad noſtra usque tempora, non exiguum dignitatis ſplendorem obtinuerunt,

runt, quædam vero plane oblivioni relicta ſunt, quædam vero eorum exiſtimationem acceperunt; quivis hinc medicus ſolidus addiſcet quoque illius effati veritatem:

Multa renaſcuntur, quæ jam cecidere cadentque:
Uſurpata modo medicamina ſi valet uſus,
Et ratio, medicis duo præſtantiſſima doctis
Inſtrumenta, quibus quærunt, carpuntque docentque.

Uti Hiſtoria naturalis nova remedia detegit, & in iis varia commoda, ita in materia medica, ſ. in recenſione remediorum hiſtorica, ſemel inventa remedia, perpetuæ oblivioni & commutationi cum aliis eripiuntur, ejus ope corriguntur perpetuo quam plurima gravia vitia, quæ irrepſere uno alterove modo ejusque quam ſecuriſſime fallaciis invaleſcentibus.

Ad *judicium practicum*, in morborum curationi comparandum, non tantum parum confert, ſed pernecеſſarium quoque eſt *Materiæ medicæ* ſtudium: omnia enim ea in ſe continet, quæ fertilis natura e tribus, ſic dictis, naturæ regnis, ex promptuario quaſi porrigit, in quantum illis virtus & uſus poteſt tribui medicinalis, & quantum virtute quadam majore, minorive prædita ſunt, ab omnium rerum ſapientiſſimo ſatore & ſtatore, cuncta hæc, quæ in commodum & uſum mortalium benigna ſubminiſtrat natura.

Medicus naturæ œconomum agere, & domeſticis diſpenſare debet, ac omnibus iis quidem, quæ utilia & neceſſaria ſunt. Nemo id inficias ibit, nec dubitabit, quin plenaria materiæ medicæ notitia medico ſit quam maxime neceſſaria, tam quoad externum illius habitum, quam virtutem internam, & quatenus quodcunque, pro virtute ſua, relationem

nem habeat ſuam ad corporis ſtatum, tam quoad totum, quam quoad illius partes? Medicus enim in hac therapiæ generalis parte non ſatis peritus, centies aget præpoſtere, totiesque edet documentum, ſe judicio Medici practico ægrum tum plane eſſe: Cui quoque ſententiæ aſſentit Liber baro v. *Swieten*, ſi in commentario ejus, in Aphorism. *Bœrhavii.*

Verba iſtius ita ſonant: „ turpe penitus videtur ar-„ tifici, propriæ artis inſtrumenta ignorare, & licet „ medicus optime perſpexerit, quid in corpore mu-„ tandum ſit, ut fiat ſanitas, ſi non noverit illa auxi-„ lia, quibus hæc mutatio debeat perfici, prodeſſe „ non poſſit. „ Et cui eodem modo *Oribaſius* conſentit, ſi contendit, ſimplicium medicamentorum, (& ego addo, tam internorum quam externorum, uti & inſtrumentorum mechanicorum, chirurgicorum,) & facultatum, quæ iis inſunt, cognitio tam neceſſaria eſt, ut ſine ea nemo rite medicari queat, (morbos tam internis quam externis mediis, ſimplicibus l. compoſitis, l. mechanicis, curabiles.

Medicinæ cultoribus & eam exercentibus non parum intereſt, ut ſingula iſta corpora accurate ſibi cognita reddant, quibus medicamentorum nomen, & aliqua vis medica impoſitum eſt, ſive eæ ſint multum, ſive parum efficaces, ſive uſu adhuc jam receptæ, ſive minus, atque id vel ſua ipſorum culpa, vel medentium negligentia, ſi quidem permulta e foro medico hoc magis nomine, quam altero fuerunt præſcripta: ut ea ſibi nota reddant non ſolum, quæ non in obſoletorum numero, & rejectorum hodie ſunt, etſi non pauca ſunt, quæ plus præſtent, in curatione morborum, quam quæ uſitata vocantur, ad genium magis ſeculi introducta, e quibus obſoleta efficacia ſingulari non plane ſunt deſtituta, ſed partim omnino ſuperiora ſæpius uſitatis; ſed quæ

quæ praxi medica & obſervationibus tam variis quæ efficaciſſima hactenus nota ſunt.

Nil quidquam omittendum eſt a Medico, quod medicamentorum titulo eſt ornatum, quod in officinis pharmacevticis ob ſingularem virtutem medicam tam eminet & ſplendeſcit, quæ uſitata ſunt, quæ majorem efficaciam præ inuſitatis & obſoletis poſſident.

Cognitio penitior remediorum, quæ in pharmacopæis aſſervantur, medico non minus eſt ſcitu neceſſaria, quam cognitio corporum ſimplicium, e quibus exſtant quoque jam præparata & compoſita, quibus medici ſibi multum operæ poſſunt ſuperſedere, & quæ ægroto ſemper commode poſſunt ordinari & exhiberi, e quibus varia exſtant, qualitates ſimplicium ex parte ſuperantes.

i) Autores *Materiam medicam* ſpectantes, *Univerſam*;
*) J. F. *Cartheuſer* fundamenta Materiæ medic. gener. &. ſpecial. Frfrt. 741. 749. 750. 767. II. 8. Paris 769. IV. 12.
*) H. *Boerhave* tractat. de virib. medicament. Lugd. Batav. & Jen. 752. 8. german. Wien. 773. 776. 8. gallice. Paris 739. 8.
H. F. *Teichmeyer* Inſtitut. mater. medic. Jen. 737. 4.
J. *Hills* hiſtory of the materia medica. Lond. 751. 4. *de Gorter* Mat. medica Amſtel. 740. 4.
*) R. A. *Vogel* hiſtoria materiæ med. Götting. & Lipſ. 758. Frft. 760. 764. 774. 8.
J. F. *Kübel* mat. medica. Nrbg. 764. 8.
*) J. L. *Læſeke* auserleſ. Arzneymitt. nach ihrem Urſpr. Güte, Beſtandtheilen, Maſſe und Wirkungsart. Berlin 755. 763. 768. 773. & *ejus* Materia medica concentrata v. L. *Rumpelt*. Dresd. 761. 8. A. E. *Büchner* fundamenta mater. medic. ad ſpec. prax. accommod. Halæ 754. 8. cum ejus ſyllabo materiæ medicæ ſelect. Halæ 755. 8.
*) J. G. *Gleditſch* Anleit. z. e. vernunftmäſſ. Erkenntniſs d. rohen Arzneymitt. Berlin 767. 8. & *ejus* alpha-

phabetiſch. Verzeichn. d. gewöhnlichſten Arzneygewächſe, ihrer Theile u. rohen Producte. Berlin 769. 8.

*) C. G. *Pœrner* ſelectus mat. med. Lipſ. 767. 8. *) J. N. *Cranz* Mater. med. & chirurg. ad ſyſt. nat. digeſta. Viennæ 762. 765. 771. 779. III. 8.

W. *Lewis* experimental hiſtory of the materia medica. Lond. 761. lat. 768. 4. germ. Zürch 771. 4. in alphabetico ordine.

*) E. *Nicolai* ſyſtem. mater. med. ad praxin applicatæ. Halæ 757. 4. *) C. a *Linné* Mater. med. per regna tria naturæ edita. Upſal. & Amſtel. 749. 8. Erlang. & Lipſ. 772. aucta a C. D. *Schreber*. Erlang. 782. 8 & *ejus* Mantiſſa editionis quartæ Materiæ medicæ C. a *Linné*. *) C. A. *Gerhards* Mater. med oder Lehre von rohen Arzneymitteln. Berlin 766. 772. 8.

*) J. A. *Murray* apparatus medicaminum. Götting. 776. II. 8 & german. Lipſ. 782. II 8. *) W. *Cullen* Lectures on the materia medica. Lond. 772. 773. 4. & german. ex anglico cum Ebelini notis. Lpz. 780. 781. 8.

*) J. R. *Spielmann* Inſtitut. mater. med. Argentorat. 774. 8. & germ. 776. 8. & *ejus* Syllabus medicament. Argentor. 777. 8. *) *Bergii* Mater. med. regnum vegetab. continens. Holmiæ 778. I. 8.

J. *Lieutaud* Precis de la Matiere medicale. Paris 768. 770. II. 12. & german. Lpz. 779. 8. cujus 2da pars mater. continet medicam. & diætet. cum ſubjunctis formulis practicis. F. *Home* method. mater. med. Edinb. 770. 12. *Sauvages* de medicamentis. Lipſ. 775. 4. S. F. *Geoffroi* Traité de la Matiere medicale. Paris 741. 757. VI. 8. lat. Venet. 760. 4. germ. Lpz. 760. VIII. 8.

C. *Alſton's* Lectures on the materia medica. Lond. 770. II. 4. T. *Weichard* ſyllabus mater. med. ſelectior. Lipſ. 776. 8. *Walbaum* Verzeichniſs e. vollſtändigen Apothek. Lpz. 767. 8. *Herwig* ſelectus medicam. rational. Jen. 771. 8.

b) Autores quidam *Materiae Medicae ſpecialis*.

de *Haen* epiſtola de cicuta. 765. 8. A. *Stœrk* libelli de cicuta. Vindob. 761. 8, *ejus* de Stramonio, Hyoſciamo, Aconito, Vindob. 762. de colchico. Vindob. 763. 8. & 765. 8. de flammula Jovis. Vienn. 769. de uſu pulſatillæ nigricantis. Vindob. 771. 8. J. *Quarin* tentamina de cicuta. Vindob. 761. 8. F. *Leber* v. Schierling. Wien 762. 8. B. L. *Tralles*, virium de *terreis* remediis examen. Lipſ. 740. 4. & *ejus* de uſu

 veſi-

veſicantium in febr. acutis. Uratislav. 776. 8. germ. Breslau 778. & *ejus* tractat. de uſu *opii* ſalubri & noxio in morborum medela. Uratisl. 757—762. IV. 4.

J. S. *Hahn* Unterr. von der Kraft des friſchen Waſſers. Bresl. 748. 8. *Keiſer* Unterr. von der Kraft der Eicheln. Lpz. 775. 8. J. *Marx* v. d. Eicheln. Hannov. 776. & 780. 8. C. W. *Noſe* über die Zuläſſigheit der Ausführungen d. Brechmittel. Augſp. 781. 8.

W. *Neumann* neglectus emeticorum uſus, per obſervata practicorum vindicatus. Pragæ 781. 8. J. H. *Lange* v. Waſſerfenchel. Helmſt. 781. 8. J. F. *Gmelin* allgem. Geſchichte d. Gifte. Lpz. 776. Ima. 8. & *ejus* allgem. Geſchichte d. mineraliſchen Gifte Nrbg 777. IIda. 8. & *ejus* -- d. Pflanzengifte. Nrbg. 777. IIItia. pars 8. J. H. *Hahnii* orat. de uſu venenorum. Lipſ. 775. 8. R. *Mead* mechanica expoſitio venenorum. Lugd. Batav. 737. 8. W. *Hebenſtreit* hiſtoriſche und mediciniſche Anmerk. v. Giften u. Gegengiften. Lpz. 751. 8.

A. *Morteau* Abhandl. von den Bädern, einfach. Waſſern -- e gallico a F. *Held*. Lpz. 778. 8. W. *Falconet* Verſ. über die mineraliſche Waſſer und warme Bäder, ex anglic. v. S. *Hahnemann*. Lpz. 777. 8. P. J. *Ferro* v. Gebrauch der kalten Bäder. Wien 781. 8.

C. J. *Mellin* von den Vorbauungsmitteln. Augſp. 772. 8. *Parenti* de doſibus medicamentorum. Viennæ 761. 8.

2) Autores *Materiam chirurgicam* ſpectantes,

a) *Univerſam*,

*) a) J. J. *Plenck* Materia chirurgica, oder Lehre von der Wirkung der in d. Wundarzney gebräuchlichen Heilmitteln. Wien 771. 777. 780. 8. & *ejus* Selectus mater. chirurgic. cui additur *Eleuchus inſtrumentorum & faſciarum chirurgic.* Wien 771. & 775. 8. & german. 775. & *ejus* Pharmacia chirurgica. Wien 776. & german. a *Phlug*. Coppenhag. 776. 8. & in Compendio Inſtitut. chirurgic. Viennæ 775. exſtat quædam pars materiæ medicæ chirurgicæ. J. G. *Deggelers* Mater. medica externa. Herborn 751. 8.

G. F. *Gutermann* Unterr. v. äuſſerl. od. chirurgiſchen Arzneymitteln. Augſp. 781. 8.

b) *Specialem*,

Henkel Anweiſ. z. verbeſſert. chirurg. Verbande. Berlin. 756. 8. H. *Baß* gründl. Bericht von Bandagen. Lpz. 720. 8. *Garengeot* von chirurg. Inſtrumenten. *Perret* l'art de coutellier. Paris 772. II, fol. c. fig. *Brambilla* In-

Inſtrumentarium chirurg. Wien 764. fol. G. W. *Stein* Beſchreib. und Gebrauch eines neuen Geburtsſtuhles und Bettes. Götting. 772. 4. & *ejus* Beſchreib. einer Bruſt- oder Milchpumpe, ibid. 773. 4. & *ejus* Beſchreibung eines Baromacrometers und Cephalometers & Pelvimeters. ibid. 775. 4.

3) Autores *formularem* Materiam medicam ſpectantes.

J. *Gorter* formulæ medicinales. Amſtelod. 755. & Lipſ. 760. 4. H. *Bœrhav* libell. de Mater. med. & remedior. formulis. Lugd. Bat. 740. 8. *Hauterſierk* formulæ medicamentorum. Lipſ. 763. 8. F. *Hartmann* formulæ medicamentorum Lipſ. 763. 8. F. X. *Hartman* formulæ remedior. in mat. med. & chirurg. C. *Cranz.* Lipſ. 771. 8. *Formules* de Medicamens uſités dans les differens Hoſpitaux de Paris a Paris 780. 8.

*) *Mellins* practiſche Materia medica. Altenb. 771. 778. 8.

*) G. *Bikers* practica materia medica, annexis ſelectioribus quibusdam Medicamentor. connubiis & formulis. Bremen 778. 8. & german. 781. 8. J. *Lieutaud* Inbegriff d. ganz. medicin. Praxis, deſſen 2ter Theil die Lehre von den Arzneymitt. enthält, deme eine mater. pract. formularis beygefügt iſt.

*) L. G. *Klein* Selectus rationalis medicaminum. Frft. 756. 763. 765. 782. III. 8.

*) E. A. *Nicolai* Recepte und Cur-Arten nebſt theoret. pract. Anmerk. Jena 780. 8. H. *Smith* kurzer Inbegriff der heutig. pract. Arzneymitt. ſamt einem Anhang von der Wirkung und dem Gebrauch des Aderlaſſens. ex anglic. v. *Schwediauer*. Wien 776. 8.

4) *Therapiae generalis* Autores.

a) T. *Willis* pharmacevtice rationalis ſ. diatribe de medicamentorum operationibus in humano corpore. Paris. *Taury* traité des Medicaments. Paris 699. II. 8. J. H. *Schulzii* therapia generalis. Halæ 746. 8. F. *Hofmann* therapia general. & ſpecial. Halæ 736. 4. S. *Scharſchmidt* therapia general. Abhandl. von den Arzneymitteln zur allgem. Curmethode. Berlin 773. 8. A. *Scharſchmidt* kurzer Begriff der allgem. Curmethode in d. pract. Medicin. Berlin 770. 8.

A. *Heins pharmacia* rationalis, (therapiam generalem ſ. doctrinam de viribus remediorum ſimul continens,) Lipſ. 757. 4.

*) J. *Juncker* conſpect. therap. general. Halæ 736. 4.

*) C. G. *Ludwig* Inſtitutiones therapiæ generalis. Lipſ. 754. & 781. 8.

b) H. *Bœrhav* mater. med. & de viribus medicamentorum tractatus. Lugd. Bat. 721. 8. Paris 740. 12.

*) T. *Whiters* Bemerk. über die Fehler beym Gebrauch der Arzneymittel. ex anglic. Lpz. 776. 8. *Henkel* Abh. v. d. Würkung d. äuſerl. Arzneyen, an und in dem menſchl. Cörper. Lpz. 761. 8. G. J. *Eſſich* phyſical. pharmacologiſch - practiſche Abhandlung von Arzneymitteln. Augſp. 783. 8.

*) *Eberharts* Gedanken v. d. Arzneymitt. im menſchl. Cörper. Halæ 750. 8. *Hierzberg* diſſert. de methodo inveſtigandi vires medicas. Holmiæ 754.

C. *Linnaei* diſſertat. vires plantarum, inſerta in Amœnitat. ejus academ. Vol. I. & in Vol. IIdo diſſertat. de ſapore medicamentorum, & in Vol. III. de eorum odore.

*) G. C. *Würz* Conamen mappæ general. medicamentorum ſimplicium, ſecundum affinitates virium naturalium nova methodo geographica diſpoſitorum. Argentorati 778. 4. F. L. *Schmidt* diſſert. de vanitate remediorum univerſalium. Götting. 757. 4.

M. *Eppli* diſſert. præſ. F. *Gmelin* de Materia toxicorum hominis vegetabilium ſimplicium in medicamentum convertenda. Tubing. 765. 4. F. *Hofmann* diſſ. de medicamentis infidis. Halæ 713. 4. N. *Nicolai* præſ. M. *Luther* de venenis, eorum differentia & actione. Frf. 773. 4. C. *Sommer* diſſ. venenorum diſcrimina ſummatim excuſſa. Tub. 765. 4. A. *Lyſtenii* diſſ. præſ. J. *Juncker* de principiis ad modum operandi medicamentorum intelligendum. Halæ 756. 4.

*) A. *Kraus* diſſ. præſ. F. *Cartheuſer* de operatione medicamentorum abſoluta & relativa. Frft. 774. 4. R. *Grimmii* diſſert. de intempeſtivo remediorum uſu. Lugd. Batav. 765. 4. F. *Hofmann* diſſ. de Medicina ſimpliciſſima ſummæ efficaciæ. Halæ 731. 4.

S. *Milde* diſſ. præſ. J. *Juncker* de ſpecificis eorumque operandi modo & uſu. Halæ 747. 4. J. *Klunge* diſſ. præſ. *Triller* de ſpecificorum remedior. dubia fide & ambiguo effectu. Vitenb. 751. 4. *Boiſſier* diſſ. de medicamentis certas partes afficientibus. Lipſ. 755. 4.

Dippolt de effectu remediorum ſimpliciſſimorum. Viennæ 754. 4.

Hujus quoque loci fuiſſet remediorum enumeratio ſimplicium, quæ plerumque primam partem in quamplurimis conſtituunt pharmaceuticis Diſpenſatoriis, iſtius vero materiæ, pluresque alios ſpeciales

au-

autores antiquiores Materiæ medicæ, ſingulas ſpectantes partes, e. g. de venenis; aquis medicatis variis modis easdem explorandi; de iconibus materiam illuſtrantibus medicam, recenſetur in *Murray* Enumeratione librorum medici præcipue argum. j. citat. & in H. Vigiliis von *Creuzfeld* bibliotheca chirurgica. Tom. IIdo jam citat. & in C. J. *Mellin* pract. Materia medica. Frft. 778. 8.

CAP. XV. THERAPIA SPECIALIS, ET INTERNA ET EXTERNA SIVE CHIRURGIA.

§. 121.

Præmiſſis nunc neceſſariis momentis & requiſitis Therapiæ generalis, tranſitus nunc eo facilior fieri poteſt ad *Therapiam ſpecialem*: e diſciplinis medicis principalibus, ad eas, quæ reſpiciunt practicas, quæ propriam continent applicationem & uſum, omnium ſcientiarum tam præparantium, quam principalium medicarum, ad corpus inprimis humanum; tam variis ſubjectum morbis, a Medico præcipue tollendis mediis vel internis, ad *Therapiæ Specialis* & ſpecialiſſimæ principia, vel externis, & operationibus Chirurgicis ad *Chirurgiæ* principia, embryulciam ſimul continentis.

Uti uſus atque exercitatio, ad omnem artem & ſcientiam faciendam multum valet, ita & theoretica medicinæ pertractatio vix ſufficit, niſi omnia medicinæ præcepta ad praxin transferantur.

In parte harum ſcientiarum theoretica omnia ſyſtematice ita conſiderantur, ut e phyſiologia pathologia, & ex his binis therapiæ generalis præcepta deducantur & ſtabiliantur: Ex his omnibus diſciplinis concluſiones quasdam ſparſas colligit medicus practicus, easque ad quæſtiones varias practicas reſolvendas & declarandas applicat.

In *Therapia Speciali* omnes hactenus recenſitæ, & accuratius diſquiſitæ ſcientiæ & præparantes ſpeciales, & medicæ proprie principales tam theoreticæ quam practicæ, in communi quaſi centro recurrunt applicatæ. Qui ſcientiam enim naturæ, tam quoad Phyſicam, quam Chemiam, Anatomiam, & Hiſtoriam naturalem probe callet; qui corpus humanum ſanum ex Anatomia, Phyſiologia, Semiotica phyſiologica ſibi bene cognitum reddidit, Diætæ regulas examinavit; ægrotum hominis ſtatum, ex cauſis æque ac ſymptomatibus diudicandum in Pathologia tam generali quam ſpeciali conſideravit; Materiæ ope vero medicæ & internæ & externæ ac Pharmaciæ, ſelectorum remediorum indolem & præparationem diſquiſivit; in *Therapia* generali vires, & effectus varios medicamentorum, in *Therapia* vero *Speciali* tam varias & multiplices medendi vias fortunatiſſimas perveſtigavit, is univerſam didicit medicinam theoreticam, eoque facilius ad hanc normam *Practicam* quoque poteſt exercere *medicinam*. Uti ſupra jam audivimus, ſanitatem ægris medicina promittit: ea vero pars medicinæ, quæ medelam ægris adferre ſtudet, *Therapia* adpellatur. Si ſunt in ea homines ægroti præcipuum ſubjectum, tum denominatur *Therapia* medica *anthropologica*. Si ſunt animalia irrationalia, bruta, *Therapia veterinaria* tum appellatur.

Therapia ſpecialis medica theoretica præſidia continet adverſæ valetudinis, modum illis recte utendi, eaque bene contra morbos adhibendi, leges & methodum docet in morbis cognoſcendis, diſtinguendis, præcavendis, depellendis, uti iſti in ſingulis occurrunt hominibus.

Scientia morbos tam varios cognoſcendi, diſtinguendi, acquiri quam optime poteſt, non ſolum

lum accuratis & plenariis obſervationibus omni-
um phænomenorum, uti ea occurrunt in eorum
conjunctione & effectibus; ſed ſyſtematica quoque
morborum diviſione, ſ. *methodica noſologia*, in
qua, (uti in pathologia ſupra audivimus,) morbi
dividuntur, & diſtinguuntur in congruas claſſes,
ordines, genera, ſpecies, ac varietates, ſola ex-
perientia nec meris hypotheſibus, & ratiociniis
fundata. Ad ſtatus iſtos præternaturales mor-
boſos præcavendos, multum confert, quin imo
dependet cognitio cauſarum earum remotarum,
quarum præcipua ſit mentio tam in Pathologia
univerſali, quam in Therapia ſpeciali. Sic morbo-
rum curatio dependet quoque præcipue a cogni-
tione ſolida cauſarum morbi verarum, ſupponit
vero iſta cognitionem omnium partium theoretica-
rum medicinæ plenariam ſeu ſtructuræ potius, fun-
ctionum ſingularum partium corporis humani, tam
multiplicium mutationum, quibus iſte ſubjicitur,
tam diverſarum virium, quibus iſtiusmodi produ-
cuntur mutationes: e quibus noxiæ *therapiæ* me-
dicæ ope auferuntur, modum ſemper tradens, quo
mutationibus iſtis, præſente morbo obtinentibus
præternaturalibus, novæ æeque ſalutares ſint op-
ponendæ.

Comprehendit itaque *Therapia medica* univer-
ſam & congruam applicationem omnium obſerva-
tionum, quas Pathologia & Materia medica nobis
ſuppeditant, quibus corporis vitia tolluntur, vel
ſaltim imminuuntur. Ex applicatione omnium mo-
mentorum in hiſce duabus ſcientiis obviorum, in
Pathologia nempe & Materia medica, oritur ter-
tia, Therapia medica, ubi hæ duæ ſcientiæ quoad
earum originem conſiderandæ veniunt, & qua the-
rapiæ ſumma cenſentur. Scientiæ hæ tres, in
immediato earum exercitio, tam arcto hinc ſunt
nexæ

nexæ vinculo, ut una ab altera nunquam in praxi medica commode poſſit ſeparari, quam ob cauſam ad leviorem commodioremque reviſionem, ſingulis hiſce præcipuis inſignitæ ſunt denominationibus.

Therapia medica præcepta tradit generalia, quibus in ipſa ægrorum curatione, Medicus inprimis abſolvere poteſt præcipua hæc momenta practica, conſervandi vitam; cauſas morbi tollendi; ipſum auferendi morbum; effectus morbi præſentes abigendi. Ad qualia momenta perficienda, requiritur corporis ægri artificialis mutatio, & ea inſtrumenta, (ſ. auxilia, remedia juvantia, l. medicamenta,) quorum efficacia mutationes iſtæ neceſſariæ excitantur, congrua ſimul adhibita iſtiusmodi applicatione, cuivis ægroto ſingulari, ut in eo fiat mutatio neceſſaria. Inſtruit itaque therapia ſpecialis medicum de quavis in ſingulo ægro ſuſcipienda mutatione, & quibus auxiliis, quorum effectus ab applicatione in ægro orti ei innoteſcunt certo, & per ſenſus, & per accuratum ratiocinium, quo inde perſpicit actionem quæſitam & auxilia.

Curatio ſcientifica morbi ſupponit ejus cognitionem plenariam, ex eorum phænomenis & apparitionibus deducendis, e quibus iſte ſtatus morboſus conſtat. In quovis morbo requiritur peculiaris curatio, in qua iterum neceſſaria eſt accurata cognitio, de iſtis phænomenis, quæ nobis indicant & ſigna exhibent, hanc illamve curationem ſuſcipiendam eſſe, in quovis morbo ſpeciali.

Signa hæc a phænomenis morborum deſumta appellantur ideo *Indicantia*, quatenus non morborum tantum differentias ſpeciales, ſed eorum quoque curationes indicant convenientes, quorum differentiæ in quovis morbo valde ſunt diverſæ, pauciſſimi enim morbi unico tantum remedio tolli

poſ-

poſſunt, ſed varietas potius & multiplex commutatio requiritur, quorum indicantium determinatio mere dependet ab experientiis repetitis, exceptis quibusdam morbis, in quibus meris ratiociniis ea determinantur. Omne quod & in & circa ægrum cognoſcitur, tam præſens quam præteritum & futurum, & medici mentem ita inſtruit, indicans vocatur; in medico vero ortus intellectus indicantis, ſeu concluſio ex iſtis indicantibus formata, *indicatio* proprie appellatur; Media vero ipſa, ad quæ indicantia nos dirigunt morbos tollendos, ſ. quæ agenda cognoſcuntur, *Indicata* denominantur.

Quodvis hinc indicans revocari poteſt, tam ad morboſum hominis ſtatum præſentem, ejus indolem, ſymptomata, cauſas, effectus; quam ad vitam in eo ſuperſtitem, ejus naturam, cauſas, ſequelas, gradus. De omnibus hiſce momentis inſtruit therapia medica anthropologica medicum, quid ab eo ſit agendum, ut ſervetur vita cujusvis ægri præſens, labefactata reficiatur, vitam deſtruentia ſ. imminuentia tollantur; qualia cuivis morbo idonea eligenda ſint inſtrumenta, quomodo adaptanda, applicanda ſint certo ordine & tempore. Regulæ vero obſervandæ practicæ, quarum demonſtratione indicantia deteguntur, & indicata partem conſtituunt *ſpecialem therapiæ*, quæ *methodus* appellatur *medendi*.

Morbi vero iſti, in quibus ad eorum curationem uſus internorum remediorum potius requiritur, ſunt proprium objectum iſtius ſcientiæ, quæ *proprio ſenſu Medicina* appellatur: curatio enim morborum per remedia externa & mechanica *Chirurgia* proprie appellatur.

Ea pars Medicinæ propriæ, quæ verſatur mere curatione morborum internorum, ab antiquis jam

 tem-

temporibus peculiari inſignita eſt denominatione, *therapia* nempe *interna*; quæ iterum comprehendit applicationem propriam univerſæ cognitionis pathologicæ in lecto ægroti, alias *medicinam clinicam* dictam; & ſcientiam remedia cuivis morbo convenientia, ordinandi & præſcribendi ægrotanti homini, ad artem formulas conſcribendi, ſ. ad chemiam applicatam formularem, de qua ſupra jam ſermo erat in capite de chemia.

Ea vero pars Medicinæ cujus præcipuum ſunt objectum morbi externi, *Therapia externa* appellatur; quæ iterum ſubdividitur in *Chirurgiam medicam*, ſ. in eam chirurgiæ partem, in qua ſimul per media interna ſtatus corporis humani morboſus inprimis tollitur; & in *manualem chirurgiam*, quæ ſuppeditat remedia mere mechanica; e qua manuali chirurgia peculiaris eſt pars *Embryulcia*, alias ars obſtetricia dicta, cujus præcipua objecta ſunt media auxiliaria in partibus præternaturalibus.

§. 122.

Determinatio methodi tam diverſimodæ in curandis morbis eſt objectum *Therapiæ*. *Objecta* vero *Therapiæ ſpecialis* ſunt, curatio *ſingulorum morborum*, quibus homines ſunt ſubjecti pro conditione ſinguli eorum ſtatus naturalis. Ideæ univerſales therapevticæ heic neceſſariæ, tam diverſimodarum methodorum, morbos curandi, abſtrahendi & derivandi itaque ſunt e comparatione, ad quas jam ſupra in *pathologia* tam *generali* quam *ſpeciali*, tanquam normam reſpeximus; omnes hinc morbi iidem iterum occurrunt in *therapia ſpeciali medica*, tam *interna* quam *externa*, *anthropologica*, qui ſpeciatim jam ſupra, quoad claſſificationes congruas, ordinationes, & genera indicati occurrebant in pathologiæ ſpecialis parte *noſologica*. Ut & ejus omnia

ea momenta, & phænomena *ſemiotica, ſymptomatica, ætiologica*, in ſingulo morbo applicata & obſervata.

In hac itaque *Therapia ſpeciali medica* ſ. aliis, *praxi clinica* dicta, exponitur *cujusvis morbi*

I) *Noſologia*, quoad congruam ejus

a) *definitionem*, deſcriptionem, hiſtoriam, eaque huic explicanda inſervientia: ordinationem accuratam, ad ſyſtema quoddam bene ordinatum noſologicum, ad congruam claſſem, ordinem, genus & ſpeciem;

b) ejus *differentiam* ab aliis morbis, per characteres congruos diſtinctivos, eſſentiales; ejus *diviſionem*, diſtinctionem adæquatam.

Morbi enim tam interni quam externi differunt a *loco*, vel totum corpus, univerſam partium fluidarum, vel ſolidarum maſſam afficientes; a læſione quantitatis vel qualitatis; a motuum vitalium vitio; a variis aliis circumſtantiis, quarum reſpectu iſti ſunt e.g. vel chronici, acuti peracuti, continui intermittentes; epidemici endemici ſporadici; contagioſi incontagioſi; benigni maligni; legitimi nothi; regulares irregulares; habituales non corrupti; idiopathici ſympathici; ſalutares lethales; curabiles incurabiles; ſimplices compoſiti; periodici vagi; vernales, æſtivi, autumnales, hyemales; certum afficientes ſexum, viros, mulieres, qua gravidas, virgines; certos ordines & claſſes hominum, e. g. artifices, opifices, milites, lotrices, eruditos, divites, aulicos, monachos, milites, claſſiarios, navigantes, incarceratos, chymicos, concionatores; ætatem, vel in junioribus l. juvenibus, l. adultis ſ. ſenibus: & denique quoque quoad tempus invaſionis, eruptionis, durationis, ſtatus & declinationis; quoad mutationes certos dies & horas ſubeuntes;

tes; quoad ſubjecta, & temperamenta tam diverſimoda.

II.) *Semiologia* ſ. *Symptomatologia*, ab effectibus cauſarum ſ. a ſymptomatibus in quovis morbo occurrentibus, deſumta ſigna, tam generalia quam ſpecialia & eſſentialia ac accidentalia, in ſingulis partibus corporis humani & fluidis & ſolidis ſeſe manifeſtantia; ſigna & diagnoſtica, morbum quemvis præſentem accurate determinantia, & prognoſtica, futurum ſinguli morbi eventum definientia ac critica, criſin ſ. effectum morbi determinantia.

III.) *Aetiologia*, in qua omnes, cujusvis morbi, cauſæ & proximæ generales, ac ſpeciales remotæ, antecedentes, prædiſponentes, occaſionales accurate & congruo ordine indicantur, exceptis cauſis morbi ſpecialibus, quæ in certis obſervantur morborum periodis, ætatibus, diverſitate ſexus & temperamentorum, in peculiari adſuetudine ægrotantis, & ſenſibilitatis ſubjecti particuliaris, hæreditaria diſpoſitione, peculiari partium ſtructura, imbecillitate, viribus, robore, vitæ genere, moribus; in diverſo ſtatu animi, ſecretionum & excretionum, humorum, nervorum, viſcerum, partium ſolidarum, in diſpoſitione ægri ante morbum præſentem; an antea quodam laboraverit, & quonam, qua ratione & quonam eventu &c.

IV.) *Therapia*, ſ. *methodus medendi* & univerſalis e therapia generali petita, & ſpecialis per varias obſervationes ad hæc illave ſubjecta accommodata.

Uti in præcavendis morbis ad corporum conditiones morbificas cauſasque illarum remotas, ita in iisdem levandis vel tollendis, ad cauſas reſpiciendum eſt proximas, therapia igitur in eo inprimis

mis verſatur, ut, quomodo cauſæ morborum proximæ arceantur, vel removeantur, nos doceat, ſive univerſales illi ſint, ex ſymptomatibus conſtantes generalibus, ſive topici, a ſingularum corporis partium vitiis dependentes: inſtruit ea Medicum, e collatis phænomenis præternaturalibus in corpore hominis ægrotantis, judicium ferre, quid ſit agendum? & invenire, quibus remediis ad propoſitum finem commode, ſecure, & plenarie poſſit perveniri. In methodo medendi cuivis morbo, inſtruitur quivis, qui in facienda & exercenda medicina optime cupit verſari, poſt morbum quemvis accurate cognitum, *indicationibus* tam multiplicibus rite inveſtigandis, formandis, cuivis morbo congrue applicandis; quæ vitam in morbo ſuperſtitem reſpiciunt, cauſas & modum medendi morbis ſingulis tam *radicaliter*, quam *mitigatorie*, & qua *vitales* aut conſervatoriæ, qua *cauſales*, vel *curatoriæ* & *palliativæ* occurrunt in hac parte therapiæ ſpecialis: erudit hæc pars therapiæ quoque medicum, num uni tantum, an pluribus indicationibus, & quibusnam inprimis poſſit ſatisfacere, ducit eum ad indicata ipſa facile invenienda, remedia accurate cognita, indicationi cuivis reſpondentia, congrue, recto tempore, loco, modo, & copia applicare.

Inſtruit ea medicum, qualia momenta, in indicationibus hiſce explendis, & in ſingulis morborum curationibus applicandis, probe ab eo ſunt obſervanda: & quidem

a) ſi ad regulas methodi rationalis, ægri vitæ & viribus conſulendum eſt; & ſæpius auxilium poſtulant citiſſimum, quomodo iſtud impleatur quam optime generatim nutrientibus, roborantibus, cardiacis, cuivis morbo convenientibus, exceptis conſuetis venæ ſectionibus, in debilitatis ad ſubita-

taneam derivationem & imminutionem humorum producendam.

b) Si cauſæ morborum in ipſa veluti nativitate, quantum fieri poteſt, ſunt opprimendæ vel amovendæ, antidota opponenda eſſe venenis, contagium amovendum, ſuſceptum tollendum, leniendum: ægrum eſſe cavendum a cauſis univerſalibus, morbum generantibus, ab aëre nempe ingeſtis, moribus, corrigendum & impediendum.

c) Si curatio proprie abſolvenda eſt, inſtruit ea quemvis medicum, ſtatum præternaturalem corporis humani remedio ſanare ſpecifico, ſ. indicans indicato ei oppoſito auferre. Studium heic neceſſarium ea demonſtrat medico, diligentiam, & ratiocinium, qua ratione ex morbi hiſtoria & cauſa ejus proxima probe cognita, oppoſita oppoſitis opponenda, ſ. remedia cauſis contraria adhibenda ſint; quo modo debilitate & laxitate laborantes blande nutriendæ, fibræ ipſæ comprimendæ, uniendæ, leniter movendæ ſint: quali ratione fibræ rigidæ relaxandæ, nimia earum elaſticitas minuenda eſt, ingeſtis & aliis applicatis diluentibus, mucilaginoſis, oleoſis, tenui cibo, & potu blando; fluida nimium mota temperanda, derivanda ad partes incongruas congeſta, tardius mota incitanda, excedens quantitas minuenda, ſpiſſa reſolvenda, & diluenda, nimis ſoluta ſ. tenuja incraſſanda, demulcenda acria, alcalina acidis corrigenda, aceſcentia vero alcalinis involvenda, omniaque hæc noxia eliminanda & exſtirpanda. Excreſcentiæ quali modo tollendæ, juſtaque partium ratio reſtituenda, ingeſtis applicatis ſuppreſſis partibus.

Unitas partium læſa & ſæpe ſublata plane quibusnam ſub conditionibus in vulneribus ea ſit reſtituen-

tuenda, vulnera purganda, ſæpius in iis impactum auferendum, & in vergente ſuppuratione, maturandum ac emolliendum pus coctum & maturum iterum purgandum, & labia optime ſint unienda.

d) Si dira cogit neceſſitas minus ſecure curationibus procedentibus in exoptato earum effectu, in atrociſſimis doloribus lenimen ſubitaneum urgentibus, quibus ſub conditionibus in deſperatis iſtiusmodi caſibus, per palliativa ægrorum uſibus & commodo inſervire poſſit medicus, & ſymptomaticas iſtas indicationes in morbis tantum inſanabilibus explere poſſit; e re enim & medici eſt & ægri, ſanabiles morbos urgentibus interdum ſuis ſymptomatibus, quibus ſtipantur, lenire.

Communicat ea quoque *auxilia* cuivis morbo convenientia, e triplici fonte a medico deſumenda, e *diætetico* nempe, *pharmacevtico*, & *chirurgico*, quorum peculiaris jam facta eſt mentio in materia medica diætetica & interna & externa.

Ratio enim victus bene obſervata, omniumque rerum non naturalium ſic dictarum accuratius & prudens regimen, circa cibum, præcipue potum, calorem moderatum, animique tranquillitatem, &c. ſanitatem tuetur, eodemque modo morbum abigit, ſi optimus rerum ſex non naturalium uſus ægris ordinatur, ætati, ſexui, temperamento, morbo, anni tempori &c. conveniens.

In plurimis morbis natura humana per ſecretorios & excretorios motus materiam noxiam e corpore eliminire ſtudet, medicus hoſce itaque motus ſecretorios & excretorios quovis modo imitari, omnique prudentia poteſt adjuvare, cui ſcopo inſerviunt ei remedia pharmacevtica, ſ. medicamenta externe & interne applicata, ſolidas & fluidas partes modo ſuo mutantia, qua evacuantia vel alterantia, morbo

bo & cauſis morborum contraria, juſto tempore & copia ordinanda. Sic remedia externe tantum & manu dextre applicanda, variis medentur ſimul morbis & externis & internis, determinatis antea momentis & indicationibus, an operationes chirurgicæ, & quales in morbo præſenti & ægroto utiles aut neceſſariæ ſint.

V.) Cuivis morbo ad majorem illuſtrationem ſubjunguntur variæ *cautelæ* & *obſervationes* practicæ, ei convenientes, methodum medendi illuſtrantes; exceptis monitis diverſis medicum reſpicientibus, tam generalibus quam ſpecialibus, in curandis morbis ſingulis: ratione e. g. examinis ægrorum a Medico ſuſcipiendi, quoad diverſas actiones læſas, ſymptomata, cauſas, ſigna rite perpenſa, indicationes formandas & exercendas, indicata inventa rite applicanda, & ingerenda; ratione officiorum medici erga ægrotum ſancte & accurate obſervandorum.

§. 123.

E hactenus jam prolixe ſatis indicatis objectis patet quoque luculenter tam præclarus *finis*, *eximius uſus* ac *neceſſitas Medicinæ practicæ*, iſtius Medicinæ partis præcipuæ, in quam omnes reliquæ ſcientiæ medicæ earumque principia conveniunt & ſpeciatim applicata heic occurrunt, medicum tantum ſolide & accurate erudientes, quomodo corporis humani ſanitatem tueatur, vel idoneis remediis amiſſam reſtituat, ſine qua nemo quisquam medici nomen meretur, niſi ei innoteſcunt, quæ ſanitatis tutelam & morborum curationem reſpiciunt.

Primum & præcipuum momentum in medendis affectibus humanis ſemper eſt, ut medicus, quando corporis cujusdam ſanandi curam ſuſcipit, exa-

ctam

ctam eorum habeat notitiam, quæ in ipſo illo homine qua *peculiaria* deprehenduntur: ea omnia ei ſunt ſcitu quam maxime neceſſaria, morbus enim idem eademque cauſa, quæ ipſum facit, pro differenti corporum conditione, minimum diſſidentia producunt ſymptomata atque effectus.

Idem alimentum, idem medicamentum, idemque venenum, uti longe alias valdeque diverſas producunt operationes, & effectus pro differenti corporum indole, ita quoque morbificæ cauſæ ejusdem indolis, diverſis plane modis, diverſam morbi faciem, ratione ſymptomatum, periculi, & ſanitatis in diverſis exhibent ſubjectis.

A ſummo opifice corpus humanum ita eſt conſtructum, ut partes ejus nervoſæ a plerisque irritentur cauſis morbificis, qua irritatione major liquidi nervoſi quantitas in fibras influit motrices, qua motus partium ſolidarum acceleratur & fluidarum, atque actio augetur contra cauſas morbificas. Quantitas hæc ſuperflua lædens ſemper eſt ejicienda, qualitas vitioſa corrigenda, ſtaſes humorum diſſolvendi, viſcerum obſtructiones reſerandi, niſi ſtatum morboſum lethalem ſtructuræ corporis humani debeant inferre, ad optatum huncce finem aſſequendum, dirigit medicum, & communicat ei optima media atque adminicula medicina practica.

Ad interiorem ſinguli corporis ægrotantis naturam, & morbi peculiaris indolem rite cognoſcendam, ætatem, ſexum, ſtructuram partium, temperamentum, vires, hæreditariam ad morbos diſpoſitionem, vitæque genus, mores animi & conſuetudines, bene ſibi notas ac cognitas reddere debet Medicus; ſcire quoque oportet, in quonam ſtatu e. g. omnis generis ſecretiones & excretiones in hominibus,

bus, ſpecialibus ægrotantibus morbis, poſitæ ſint vel fuerint; qualis ſit ſanguinis ſtatus, diſpoſitio viſcerum, & generis nervoſi conſtitutio, quo forſan morbo antea æger laboraverit, an perfecte is ſit curatus, an partium imbecillitatem ac diſpoſitionem ad alios morbos forſan reliquerit, & qua ratione fuerit finitus ac ſolutus. Quæ omnia & ſingula, exceptis quampluribus aliis momentis, æque dignis & neceſſariis in quovis peculiari affectu morboſo, cuivis hominis judicio medici, probe ſubacta in morbis tam cognoſcendis & dijudicandis, quam ſanandis egregium ſemper afferunt lumen, & ad diudicandas varias hiſtorias, obſervationes & conſilia ab aliis medicis de iſto ſingulari morbo conſignata, ac remediorum adhibitorum operationes, rite dijudicandas & applicandas, quæ ad faciliorem & tutiorem ſanandi rationem ſemper quam maxime conferunt. Omnibus hiſce inſtruit & erudit *Therapia ſpecialis* medica & *interna* & *externa medicum*; amplus hinc eſt ejus uſus, & *neceſſitas* in foro medico; inprimis ſi conſideramus, neminem ad praxin clinicam addiſcendam & exercendam animum applicare poſſe, niſi in omnibus theoreticis medicinæ diſciplinis ſatis ſit verſatus. Morboſæ enim omnes diſpoſitiones corporis humani, & actiones læſæ nonniſi e comparatione cum functionibus naturæ convenientibus, ac corporis ſani conſuetis mutationibus, poſſunt detegi, nec facile corrigi, niſi apta & exquiſita ſeligantur auxilia, & congruo modo, uti decet, applicentur.

Remotio omnium cauſarum morbificarum, & interne & externe corpus humanum afficientium eſt, uti jam audivimus, præcipuum objectum *therapiæ medicæ*, quæ methodos communicat ſemper convenientes, quibus per remedia congrua ad ſcientiæ regulas debeant tolli ſtatus iſti mor-

morboſi, peculiares cauſæ morborum eſſe poſſunt infinitæ, ambitus itaque hujus ſcientiæ practicæ eſt valde amplus.

Unica ſi tantum cauſa occurreret in morbis, quævis tum perſona vulgaris facili cum opera poſſet ſanare morbos difficillimos & implicitos, ſine ſolida cognitione ſtructuræ naturalis corporis humani, ejus aberrationum, virium quas remedia continent, omnium principiorum chemiæ, phyſiologiæ, & pathologiæ. Ad iſtud ſocietati humanæ tam ſalutare negotium ſuſcipiendum, longe plurima graviora requiruntur requiſita, quam cognitio quorundam nominum morborum, & ſcientia quorundam remediorum hæreditate quaſi acquiſitorum. Impoſſibile plane eſt, morbos tollendi & auferendi, niſi quis ideas accuratas & claras habet de morborum origine, eorumque cauſis, tam generalibus quam ſpecialibus; reconditæ hæ certo manerent, niſi iſtæ aberrationes cum legibus naturæ corporis humani compararentur. Medicus vero, qui *ſcientiam medicam practicam*, omnesque alias *præparantes* & *auxiliares* plenarie & ſolide callet, aggredi poteſt morbos, in intimis eorum locis latebroſis, uti alter quaſi hercules: & per varia indicata & contraindicata ducitur quidem, omni vero excepta pertinacia, fit *glorioſus* eorum victor.

I) Autores *practici*, qui *Pathologiam* & *Therapiam Specialem* a) pertractarunt in *Compendiis* peculiaribus medicis deſtinatis.

A. *Alberti* therapia medica. Halæ 721. & *ej.* introductio in univ. medic. Halæ 718. J. *Aſtruc* Tract. therapevticus. Genevæ 743. 8. *) J. T. *Ellers* ausübende Arzneywiſſenſch. Berlin 767. 8. H. *Teichmeyeri* Inſtitutiones medicinæ pathologicæ & practicæ. Jenæ 741. 4. *Schulzii* Pathologia general. & ſpecial. Halæ 747. 8. G. *Cheyne* Methode de guerir les maladies du corps. a Paris 740. II. 8.

*) J. de *Gorter* Syſtema praxeos medicæ. Lugd. Batav. 731.

731. Frft. 749. & 755. Vindob. 755. Harderovici 750. & 764. II. 4. c. f. & *ejus* Medicinæ Compendium in uſum Exercitationis domeſticæ. c. f. Viennæ. 749.

*) J. Z. *Platneri* ars medendi. Lipſ. 765. 8. *) *Kleinii* interpres clinicus. Frft. 759. Lipſ. 753. & 782. & *ej.* ſelectus rationalis medicaminum. Frft. 756. H. J. *Cohauſen* Europæ arcana medica. Frft. 757. 8. *) C. G. *Ludwig* Inſtitutiones medicinæ clinicæ. Lipſ. 758. 769. 8. *Gohls* Einleitung zur praxi clinica. Berlin 755. Nrbg. 733. 8. a *Schaarſchmidt.* Berlin 739. *) Fried. *Hofmann* ſyſtema medicinæ rationalis. Halæ 729-739. IV. 4. J. *Junckeri* Conſpect. medicinæ theoretic. practicæ. Halæ 734. 4.

J. O. *Schacht* Inſtitutiones medicæ practicæ. Ultraj. ad Rhen. 747. 753. 767. 4. J. S. *Carl* Therap. dogmatico-clinica. Buding. 737. 8. Halæ 718. 4. *Heiſteri* Compendium medicinæ practicæ. Amſt. 743. 748. 762. 8. & germ. Lipſ. 744. 8. *Hambergeri* methodus medendi morbis. Jenæ 761. *Brokes* Handbuch der ganzen practiſchen Arzneygelahrtheit. Berl. 766. III. 8.

*) *Lieutaud* Precis de la Medecine practique contenant l'hiſtoire des maladies, & la maniere de les traiter, avec des Remarques ſur les points les plus intereſſants. a Paris 759. 769. 770. II. 8. & latine ejus Synopſis universæ praxeos medicæ. Amſtelod. 765. II. & germ. Lipſ. 777—779. IV. 8. S. *Schaarſchmidt* kurzer Begriff der allgem. Curmethode in d. practiſchen Medicin. Berlin 770. 8. *) G. *Fordyce* Grundſäze d. ausübend. Arzneygelartheit. ex angl. Coppenh. 769. 8. Kern der ganzen Medicin. Antwerp. 752. 8. S. *Leviſon* Londiſche mediciniſche Praxis. Berlin 782. 8.

*) *Hugo Smith* kurz. Inbegrif d. heutig. practiſch. Arzneykunſt nebſt einem Anhang v. Aderlaſſen. ex angl. c. notis *Schwediauer.* Wien 776. 8. J. G. *Eſſichs* medic. theor. pract. Handbuch od. Anweiſ. z. praxi clinica. Augſp. 778. 8. *) *Macbride* ſyſtemat. introduction in to the theorie and practice of phyſic. Lond. 770. & latine ejus introductio methodica in praxin medicinæ a P. *Clos.* Traj. ad Rhen. 774. II. 8. & german. Lpz. 773. II. 8.

*) *Unzers* medicin. Handbuch nach d. Grundſäzen ſ. Wochenſchr. d. Arzt. Lpz. 776. II. 8. *) G. *Sincers* medicin pract. Handbuch. Augſp. 777. 8. *) *Firſt* lines of the practice of phyſic for the uſe of Students by William *Cullen.* Edinburg 777. I. 8. & german. Lpz. 778.

778. I. 8. C. A. *Nicolai* Pathologie od. Wiſſenſch. v. Krankheiten. Halle 779. VI. 8. C. H. *Haenel* Grundſäze zur ausübenden Arzneykunſt nach *Bœrhavs* Anleit. Dresd. 781. 8. *) R. A. *Vogel* prælection de cognoſc. & curand. præcip. corp. hum. affectibus. Götting. 772. 8. & germ. Stendal 782. & a. C. *Pohl.* Lpz. 780. 8.

*) H. *Bœrhavii* Aphorismi de cognoſc. & curand. morbis. Amſtelod. Lugd. Bat. 728. 732. & 770. Norimb. 721. 756. 8. Viennæ 775. 8. *) v. *Swieten* Commentar. in hoſce aphorismos. Lugd. Batav. 745. 772. II. 4. & *Gladbach* index 775. & germanice Hildburghauſen 760. III. 4. & gallice a Paris 768. VII. 12. Frft. 762. 8. & R. *Schomberg* Compend. Commentariorum v. *Swieten* in H. *Bœrhav.* aphoriſmos. Frft. 762. H. *Bœrhav* praxis medica ſ. commentarius in aphor. de cognoſc. & cur. morbis. Lugd. Batav. 728. V. 8. & *) de *Haen* prælect. in H. *Bœrhav.* inſtitut. patholog. practicas a *Waſſerberg.* Viennæ 782. IV. 8. H. *Bœrhav* Lehrſäze d. theoret. Medicin mit d. Commentarien od. Auszügen, aus d. Vorleſ. über d. Lehrſäze mit neuen Zuſäzen v. *Mümler.* Helmſt. 783. I. 8.

*) F. *Home* Principia medicinæ. Edinb. 762. Lipſ. 772. Amſt. 766. & 775. 758. 8. gallice a Paris 772. 8. & germanice Lpz. 772. 8. Nrbg. 778. 8. *) Theoph. *Lobb* Anleit. zur ausübenden Arzneyk. ex angl. Lpz. 772. 8. *Spohr* neue Heilkunſt d. Krankh. vernünftig zu behandlen. v. D. *Ball.* überſ. Lpz. 777. 8. G. *Bathie* aphorismi de cognoſc. & curand. morbis ex angl. edit. cura *Madai.* Halæ 780. 8.

*) C. G. *Selle* medicina clinica, od. Handbuch d. medicinisch. Praxis. Berlin 781. 783. II. 8. & *ejus* Beyträge z. Natur- und Arznekwiſſenſch. Berlin 781. II. 8. J. *Weiß* pyretologiæ practicæ tentamen. Wien 783. S. T. *Meza* Compend. med. practicæ. Hafn. 783. IX. 8.

*) W. *Saunders* Anfangsgr. der pract. Arzneyk. ex angl. Lpz. 782. 8. *) J. *Gregory* Anfangsgr. d. Behandl. d. Krankheiten überhaupt und beſonders der fieberhaften. Lpz. 777. 8. F. *Settegaſt* prælect. medic. theoret. practic. Bonnæ 775. IV. 8. *) *Büchoz & Marquet* neueſte Heilkunde oder Heilungsmittel in den verzweifeltſten und fürchterlichſten Krankheiten. e gall. Nrbg. 777. 8. *) A. *Gerhard* Heilung der vornehmſten innern Krankheiten. Berlin 765. 8. *) L. *Læſeke* Therapia ſpecialis interna. Dresd. 761. IV. 8. *) J. F. *Car-*

Cartheuſer Fundamenta pathologiæ & therapiæ. Frft. 758. II. 8.

b) Autores *practici, univerſae* Medicinæ in *uſum popularem:* *Tiſſot* Avis au peuple ſur la Santé, ou traité des maladies les plus frequentes. Paris 770. II. 12. Lauſann. 770. 8. & german. Zürch. 763. cum additam. Zürch. 767. Hamb. 767. 8. Frft. 768.

H. *Darelius* Socken - Apotheck och några Hus - Curer. Stockh. 772. 8. *Roſen von Roſenſtein* Hus - och Reſe-Apoteque. Stockh. 772. 8. german. P. G. *Henslers* Anzeige der hauptſächlichſten Rettungsmittel derer plözlich verunglükten, lebloſen. Altona 770. 8. Der Arzt, eine medicin. Wochenſchrift von J. A. *Unzer*. Hamb. 769. VI. 8. Der Arzt für alle Menſchen, ein medicin. Handbuch von J. H. *Lange*. Lüneb. 774. 8.

G. G. *Oſterdinger* Anleit. vor das Landvolk. Zürch 773. & 783. 8. J. G. *Schaefers* Haus - und Reiſe - Apotheke. Regenſp. 7608.

Dan. *Langhans* Anweiſ. ſich im Nothfall ſelbſt von den gefährlichſten Krankheiten zu befreyen. Bern 762. IV. 8. P. *Hecquers* Arzney und Chirurgie der Armeen, od. allgem. Hausarzneybuch für d. Bürger u. Landmann. Augſp. 769. 8.

Mediciniſches Hand - Lexicon, worinn aller Krankheiten ihre Kennzeichen, u. ſichere Heilungsmittel vorkommen nach alphabetiſch. Ordnung. Augſp. 782. II. 8.

Buchan's medicine domeſtique, ou traité complete des moyens de ſe conſerver en ſanté, de guerir & de prevenir les maladies par le regime & les remedes ſimples, cum notis *Duplanil*. Paris 783. V. 8. & german. Altenb. 774. 8.

II) Autores quidam *practici*, *ſpeciales morbos* ſpectantes. *Boyle* de apoplexia. Frft. 678. 12. Cæl *Aurelianus* de morbis acutis & chronicis. Libr. 8. Amſtel. 709. 4.

*) T. *Glaſs* commentarii duodecim de febribus. Amſtel. 743. 8. D. W. *Triller* de pleuritide. Francof. 740. 8. C. *Nugents* Eſſay on the Hydrophobia. Lond. 753. 8. *Barker* Eſſay de conformité de la Medecine antique & moderne. Amſtel. 749. 8.

Bayr de medendis humani corporis malis. Venet. 612. 12. *Musgrav* de arthritide anomala. Amſtel. 710. *) *Aretaeus* de cauſis, ſignis & curat. acutor. & diuturn. morbor. edit. H. *Bærhav*. Lugd. Bat. 731. fol.

J. *Freind*

J. *Freind* de purgantibus in ſecunda variolar. febre. Roterod. 720. 8. J. *Palmarius* de morbis contagioſis. Paris 678. VII. 8. *) M. *Liſter* exercitationes octo medicinales de morbis quibusdam chronicis, de hydrope, diabete, hydrophobia, lue venerea, ſcorbuto, arthritide, calculo, variolis. Amſt. 698. 8.

*) *Aſtruc* de morbis venereis. Paris 738. 740. II. 4. & german. Dresden 764. 8. H. *Bærhav* von der Venusſeuche. Lipſ. 753. 8. S. *Schaarſchmidt* Abhandl. von veneriſch. Krankheiten. Berlin 765. 8.

*) C. W. *Noſe* über die Behandl. des veneriſch. Uebels. Augſp. 780. 8. H. *Winklers* Vorſchlag ſich von allen veneriſch. und podagr. und langwierigen Krankheiten leicht, ſicher und geſchwind zu befreyen. Freiberg 752. 8. G. *Fordyce* Unterſ. der veneriſchen Krankheiten. Altenb. 769. 8. *Franzoſen-Doctor*. Lipſ. 752. 8. C. F. *Schröter* von veneriſchen Krankheiten. Lipſ. 777. 8. C. L. *Hofmann* vom Scharbock u. Luſtſeuche. Münſter 782. 8.

M. *Locher* obſervat. circa luem veneream, epilepſiam & maniam. Viennæ 762. 8. J. F. *Schreiber* von veneriſchen Krankheiten. Berlin 775. 8. *) *Goulard* Remarques & obſervations pratiques ſur les maladies Veneriennes. a Pezenas 760. 8.

Fabre traité des Maladies Veneriennes. Paris 765. II. 8. & german. Copenh. 777. 8.

*) *Lind* vom Scharbock. Lipſ. 775. 8. C. F. *Elsner* von der Bruſtbräune. Königsb. 778. 8. C. F. *Michaëlis* de angina polypoſa. Gött. 778. 8. *) J. C. *Hahn* morbilli variolar. vindices. Uratisl. 753. 4. *) & *ejus* variolarum ratio. Uratisl. 751.

L. J. *Hirſchel* von der Starrſucht. Berlin 768. II. 8. & *ejus* von der Fallſucht. 767. 8. M. *Marcard* v. e. d. Kriebelkrankheit ähnlichen Krampfſucht. Hamb 772. 8.

* W. Truka de *Krzowitz* hiſtor. febr. hecticæ. Vindob. 783. *) & *ejus* hiſtoria febrium intermitt. Vindobon. 775. *) & de tetano. Vind. 777. 8. *Cophoſi* ac baryecoiæ hiſtoria. Vindob. 778. *) de diabete. Vind. 778. 8. *) Hiſt. leucorrhœæ. Wien 781. I. 8. E. *Büchner* Abhandl. Taube hörend zu machen. Halle 759. & *ejus* beſond. medicin. Abhandlung. Halle 760. 8.

*) *Tronchin* de colica pictonum. Genev. 757. 8. J. *Grashyys* de colica pictonum. Amſtel. 752. 8. *) C. *Strack* de colica pictonum. Frft. 772. 8. *Purcell* von der Colic. Nördling. 775. 8. F. *Börner* von der Onanie. Lipſ. 780. 8. *) A. D. *Tiſſot* ſämtl. zur Arzneykunſt gehör.

hör. Schriften. mixti arg. e gallico. cum not. *Kerſten*. Lipſ. 782. V. 8. & *ejus* Abhandl. über verſchied. Gegenſtände der Arzneywiſſenſchaft. Lipſ. 770. 8. & *ej.* de febre bilioſ. Lauſannens. *) de morbis ex manuſtuprat. Lauſann. 758. 766. v. d. Kriebelkrankh. Lipſ. 771. 778. 8. *) v. d. Onanie. Eiſenach 769. & 772. Hamb. 767. 8. *) v. d. fallend. Sucht. e gall. 770. Lipſ. 771. 773. 778. 8. & *ejus* opuſcula medica cura *Baldinger*. Lipſ. 769. 8. & *ej.* Epiſtolæ medico-practicæ. Lauſ. 770. 8. & *ejus* tractat. de variolis, apoplexia, & hydrope. Lauſannæ 761. 8.

G. W. *Mondchein* v. d. Waſſerſucht. Lipſ. 779. 8. *) A. *Monro* v. d. Waſſerſucht. Lipſ. 777. 8. C. G. *Schwenkers* v. d. Waſſerſucht, Leberkrankh. Gicht. Dresden 782. 8. *) F. *Milmon* Bemerk. und Heilart der Waſſerſucht. e latino v. C. *Seger*. Braunſchw. 782. 8.

*) J. C. *Akermann* de triſmo. Götting. 775. 8. & *ejus* Dyſenter. antiquitates. Lipſ. 777. 8. *) *Wepfer* hiſtoriæ apoplecticorum. Amſtel. 681. 728. 8. & *ejusd.* Obſervat. de affect. cap. int. & ext. Tig. 745. 4. F. *Gliſſonius* de Rachitide. Lugd. Bat. 671. 8. C. v. *Schneider* de catarrhis. Witteb. 660. VI. 4.

*) R. *Mortoni* Phthiſiologia. Lond. 689. Frft. 691. 12. & german. Lipſ. 781. 8. C. *Bennet* theatrum tabidorum. Lipſ. 760. 8. *Bucholz* v. d. Schwindſucht. Frft. 770. 8. S. *Rahn* v. d. Ruhr. Zürch 765. 8. *Paulmier* v. Podagra. Dresden 780. 8. *Andry* recherches ſur la rage. a Paris 780. 8. *) C. *Medicus* Geſchichte periodiſcher Krankheiten. Carlsruh 764. II. 8.

*) J. G. *Rœderer* de morbo mucoſo. Götting. 762. 4. & 783. 8. *Floyer* Traité de l'Aſthme ex anglico. Paris 761. 12. *) D. de *Turners* Abhandl. v. den Krankheiten d. Haut. Altenb. 766. *) A. C. *Lorry* Tractat. de morbis cutaneis. Paris 777. 4. & germanice a *Held*. Lipſ. 779. 782. II. 8. & *ejus* von der Melancholie. Lipſ. 770. II. 8. *Kurcella* Abhandl. daſs die Ausſchläge nicht v. Würmern entſtehen. Berlin 750. 8.

*) *Senac* Traité de la ſtructure du Coeur, de ſon action & de ſes maladies. Paris 749. II. c. f. & *ejus* de recondita febrium intermitt. & remitt. natura & cura. Genev. 769. V. 8. & german. Lipſ. 772. 8.

C. G. *Radolſtetter* über d. hizige Fieber. Lipſ. 782. 8. *Schmidt* v. Bellikon. von Gallenfiebern. Augſp. 772. 4. *Balle* v. Fiebern. Frft. 762. 8. *) J. *Quarin* Methodus medendarum febrium. Vindob. 772. 8. & inflamma-

mation. Vindob. 773. & 781. W. *Grant* Beobachtungen über die Natur und Heilung der Fieber. Lipſ. 775. 8. C. F. *Elsner* Beyträge zur Fieberlehre. Königsb. 782. 8. N. A. *Leutner* von Gall- und Faulfiebern. Nrbg. 776. 8.

Mertens Beobachtungen über die faule Fieber und die Peſt. Götting. 779. 8. *) *Werlhof* obſervat. de febribus. Hannov. 732. 745. 4. *) F. *Torti* therapevtice specialis ad febres periodicas pernicioſas. Lipſ. 755. 4.

*) *Warners* Beſchreib. der Gichter. Lipſ. 772. *Schulz* v. Schulzenheim v. Frieſel. Lipſ. 772. 8. *) J. *Gregory* Anfangsgr. d. Abhandl. d. Krankheiten beſond. der fieberhaften. ex anglic. Lipſ. 777. 8.

T. U. *Bilguers* Erfahr. über d. Faulfieber und Ruhren bey d. Armeen. Berl. 782. 8. T. *Bienville* v. d. Nymphomanie e gall. v. Hiltebrand. Wien 782 8. W. *Butlers* Abhandl. v. Keichhuſten. ex anglic. a *Scherf.* Stendal. 782. J. *Hoyers* Abhandl. von der Engbrüſtigkeit, e gallico. v. F. *Scherf* Leipz. 782. *Leutner* von Lungengeſchwüren. Ulm 780. & ejus Milzkrankheit. Ulm 779. * J. *Millars* Obſervations on the Aſthma. London 768. 8. & germanice 769. 8.

*) J. K. *Unzer* über das Betragen in Nervenkrankheiten für Unerfahrne in der Medicin. Wien 781. 8. *) H. *Boerhave* de morbis nervorum. Frft. 762. II. 8.

*) Traité des Nerfs & de leurs Maladies par M. *Tiſſot.* Basle 779. IV. 12. & german. ab *Akermann*, Lpz. 781. III. 8. a *Weber*, Winterthur 781. III. 8. *) R. *Whytt* über die Natur und Heilung der Nerven, und hyſteriſchen Zufälle. Leipz. 766. 776. 8. J. F. *Iſenflamm* practiſche Anmerkungen über die Nerven. Erlang. 774. & *ejus* über die Knochen, Erlang. 782. 8. über die Muſkeln. 778.

*) N. *Hulme*, neue, leichte, ſichere Heilungs Art des Scorbuts, Steins, Podagra, der Würmer. Wien 781. 8. J. *Æplen* von bösartigen Fiebern. Zürch 775. 8. *) J. N. *Pezold* von faulen Fiebern. Lpz. 773 8.

*) M. *Block* Abhandl. von der Erzeug. der Eingeweidewürmer, Berl. 782. 4. *) v. *Doevern* von Würmern, Lpz. 776. 8. *) C. F. *Werner* vermium inteſtinalium inprimis tæniæ humanæ, deſcriptio. Leipz. 782. 8. J. A. *Murray* de vermibus in lepra obviis. Gött. 769. 8. G. *Brüning* febris ſcarlatino-miliaris. Veſal. 770. 8.

Weydek von der Wuth der Hunde. Speier 770. 4. J.

Rehmann Beſchreib. von tollen Hundbis. Tüb. 782. 8. vom tollen Hundsbiſs. Carlsruhe 781. 8.

*) A. de *Haen* von Fiebern, e latino. Copenhag. 763. 8. *) de hæmorrhoidibus. Vind. 759. de Magia. Lipſ. 775. 8. & *ejus* de Miraculis. Frankf. 776. & *ejus* quæſt. de methodo inoculandi variolas, Vindobon. 757. & *ejus* vindiciæ de ſenſibilitate & irritabilitate humana. Viennæ 762. 8.

*) C. R. *Hannes* vom Frieſel. Weſel 768. 770. 8.

*) Hæmorrhoiden. Mannheim. 775. 8.

*) *Sage* Erfahrung., daſs der Salmiacgeiſt am wirkſamſten iſt bey Erſtikten. Strasb. e gallic. 778. 8.

*) *Holdefreund* vom epidem. Stickhuſten der Kinder. Helmſt. 776. 8.

*) N. *Hulme* Mittel wider den Blaſen- und Nierenſtein. Leipz. 770. 778. 8.

*) J. *William* Anweiſ. für die mit dem Gicht behafte. Hamb. 774. 8. *Warner* Beſchreib. d. Gicht. Lpz. 770. 8. J. G. *Prietſchers* Unterr. d. Verhaltens bey d. Podagra d. Gicht. Halle 781. 8.

C. *Allionii* de miliarium origine, progreſſu, natura & cura Aug. Tauri. 758. 8. C. *Mollinari* de miliarium indole & cura. Vindob. 764. 8.

F. *Home's* Medical facts and experiments, (inprimis de morbillorum inſitione,) Lond. 759. 8.

*) A. *Plenciz* de *ſcalartina*. Vindob. 763. 8. N. *Lambſma* ventris fluxus multiplex. Amſtel. 765. 8.

Lorry de melancholia & morbis melancholicis. Paris 765. II. 8. *) *Auenbrugger* de ſpecifico in mania virorum. Vien. 776. 8.

*) J. *Fordyce* de febre miliari, & de hemicrania. Louanii. 765. 8. G. *Baker* de catarrho & dyſenteria epidemic. Lond. 764. 4.

C. *Strock* Obſervat. de morbo cum pedechiis. Carlsr. 766. 8. *ejus* tentamen. de dyſenteria. Mogunt. 760. 8.

A. *Chenot* de peſte. Vindobon. 766. 8. Unterricht vors Volk gegen d. Peſt. Danzig 770. 8.

J. G. *Gallesky* v. Miſerer od. Darmgicht, und dem Nuzen des Leinöls darin. Mietau. 767. 8.

*) D. *Cottuni* de iſchiade nervoſa. Vienn. 770. 8. *) & *ejusd.* de ſedibus variolarum. Vienn. 771. 8.

*) *Wilſon* an Eſſay ou the autumnal dyſentery. Lond. 761. 8. *) *Zimmermann* von der Ruhr. Zürch. 767. 8.

F. *Delius* von Blähungen u. Dünſten. Nrbg. 766.

III.) Autores practici morbos *ſpectantes ſpeciales*, quoad varia vitæ genera, & individuorum conditiones

a) F. *Mauriceau* traité des maladies des femmes groſſes. Paris. 715. 721. II. 8. 718. 740. II. 4.

*) D. Aſtruc. Traité des Maladies des femmes. Paris. 755. 12. 761. IV. 4. german. v. Otto. Dresden 768-76. VI. 8. & latine. Venet. 763. II. 8. c. fig.

J. *Storch's* Krankh. d. Weiber. Gota. 748.-53. VIII. 8. *Deleurye* Abhandl. über d. Geburt nebſt d. Behandl. d. Krankheiten d. ſchwangern, kindbettern und kleinen Kindern. e gall. Breslau 778. 8.

Reinhards Abhandl. v. d. Krankh. der Frauenzimmer durch d. Puz. Glogau 757. II. 8.

*) R. *Whytt* v. d. Behandl. d. Schwangern u. Kindbetterinnen. ex anglico. Lpz. 775. 8. c. f.

*) W. *Rowley* Anweiſ. d. Krankh. d. Brüſte im Kindbette zu heilen u. zu verhüten. Gota. 781. 8.

*) N. *Hulme* v. d. Kindbetterfiebern. ex anglico. Lpz. 772. 8. v. *Dövern* de morbis mulierum. Lugd. Batav. *) J. *Leake's* practiſche Bemerk. über verſchiedene Krankheiten d. Kindbetterinnen u. Schwangern, nebſt e. neuen Geburtshülfe Zange. ex anglico. c. fig. Lpz. 775. 8. *) J. *Leake's* Auleit. zu Verhüt. u. Heilung d. chroniſch. Krankheiten d. weibl. Geſchlechts. Lpz 777. & 779. 8. ex anglico. Der Arzt d. Frauenzimmers, oder d. Kunſt ſie geſund zu erhalten. Lpz. 773. 8.

*) J. *Kircland* Verſ. über die Kindbetterfieber. ex angl. v. *Scherpf*. Gota. 778. 8.

T. *Derham* Abh. v. d. Fiebern d. Kindbetterinnen. Altenb. 777. 8. *Gaſtelliers* v. Frieſelfieber d. Kindbetterinnen. Manheim. 782. 8.

la *Roche* Recherches ſur la nature, & le traitement de la fievre puerpérale, ou inflammation d'entrailles des femmes en couche. Paris 782. 8. J. *Raulin* traité des maladies des femmes en couche. Paris. 771. 12. german. Lpz. 773. 8.

b) *) *Raulin* de la Conſervation des Enfans, & de preſerver, & guerir des leurs maladies, &c. Paris 768. II. 12. german. 769. 8. & *ejus* Traité des maladies des femmes en couche. Paris. 771. 12. & germ. Lpzg. 773. 8. & ejus Traité des maladies occaſiones par l'air. Paris. 752. 12.

W. *Brouzes* medicin. Erziehung d. Kinder u. ihrer Krankheit. Altenb. 764. II. 8. *) de *Fourcroy* Erzieh. d. Kinder in d. Ordnung d. Natur, auch nach ihren Krankhei-

heiten. Lübek. 781. 8. D. Mutter nach d. Anweiſ. d. Natur, nebſt e. Abhandl. v. d. Kinderkrankheiten aus d. Franzöſiſch. d. Dileurye. Frft. 774. 8.

*) *Armſtrongs* Abhandl. v. d. vorzüglichſten Kinderkrankheiten, ex anglic. Zelle. 779. 8. & *ejus* Abhandl. von d. gefährl. Kinderkrankh. Zelle. 769. 8.

J. *Storch* Kinderkrankheiten. Eiſenach. 750. IV. 8. *Pörner* Kinder - Arzt. Frft. 752. 8. *Cooke* maladies des Enfans, ex anglic. *Yverdon*. 770. 8.

J. *Armſtrongs* Abhandl. v. Kinder-Krankheit. Zelle 769. 8.

*) N. Roſen v. *Roſenſtein* Anweiſ. z. Kenntnis u. Cur d. Kinder - Krankheit. e Suecica Edition. Holm. 764. 771. 8. cum A. *Murray* notis. Götting. 768. 774. & 781. 8. le Vacher de la *Feutrie* Traité du Rachitis, ou l'art de redreſſer les enfants contrefaits. Paris. 772. 8.

A. *Brunner* v. d. Hervorbrechung der Milchzähne. Wien 771. C. *Strack* de cruſta lactea infantum. Frft. 776. 8. *) Briefe über d. Blatterbelzen. Altona. 765. II. 8. *) L. J. *Hirſchel* v. d. Vorbauungs - u. Vorbereitungsmitteln bey d. Pocken. Berlin 770. 8. *) *Tiſſot* und *Roſenſtein* Abhandl. v. d. Natur und Cur d. Kinderblattern a Baldinger. Langenſalz 768. & ab eodem *Tiſſot* & *Roſenſt.* v. d. Einpfropfung d. Blattern. Langenſalz 768. *Tiſſot* Anweiſ. bey graſſirenden Krankheit. pocken, maſern, hizigen, faulen fiebern zu verhalten. 771. *) J. A. *Heinſius* Gründe für u. wider d. Pocken Inoculation. Lpz. 780. 8. *) *Mellin* Kinderarzt. Kempten 781. 8. Fr. *Hoſmann* de morbis infantum. Oxford. 771. 8. & german. Frft. 741.

J. *Bayer* Oryctographia. Nrbg. 708. 4. *Kraeutermann* Kinderarzt. 722.

Ballexſerd Urſach d. vielen Sterbens d. Kinder. Straſb. 776. 8. *Wagler* über d. Inoculation d. Blattern. Bremen. 782. 8. M. *Sarcone* v. Kinderpocken. ex italic. v. Lentin. Götting. 782. 8.

*) P. *Camper* Anmerk. über d. Einimpfen d. Blattern. c. fig. Lpz. 777. *) T. *Dimsdale* Schriften über d. Einpfropfung d. Blattern. Lpz. 782. 8. *) *Gatti* neue Bemerk. über d. Verfahren bey d. Inoculation d. Blattern. Bremen 782. 8.

L. *Hoſmann* v. Scharbock, Luſtſeuche, Verhüt. d. Pocken im Angeſicht. Münch. 782. Omnes fere de variolis earumque inſitione ſcriptores ad annum 768. usque collegit J. G. *Krüger* in ſ. Verzeichnis d. vornehmſt. Schriften v. d. Kinderpocken, u. deren Einpfropfung. Lpz. 768. 8.

c) *Storchs*

*) *Storchs* Abhandl. v. d. Soldaten-Krankheit. Eiſenach. 745. 8. *Schaarſchmid* Abhandl. v. d. Feld-Krankheit. Berlin 759. II. 8.

*) *van Swietens* Beſchreibung u. Heilungs-Art der Krankheiten im Feldlager. Wien 759. 763. 8. gallic. Amſtelod. 761. 12. *Willius* de morbis caſtrenſibus internis. Hafn. 676. 4. G. H. *Kramer* Medicina caſtrenſis. Viennæ. 755. 8.

*) John *Pringles* obſervations on the Diſeaſes of the armes. Lond. 765. 4. & german. cura *Brande* Altenb. 772. 8. *) Rich. *Brocklesby's* œconomical and medical obſervations - of military Hoſpitals. - London. 764. 8. & german. Berlin. 772. 8. D. *Monro* account of the Diſeaſes in the britiſh military. London. 764. 4. & german. a *Colombier*. Altenb. 766. 8. & *ejus* Krankh. d. Soldaten, u. d. Beſorgung d. Spitäler. Altenb. 782. 8. Bern. 776.

*) E. G. *Baldinger* v. d. Krankheiten e. Armee. Langenſ. 765. 774. 8. & *ejus* Diſſert. de militum morbis. Witenb. 783. 8.

d) *) *Tiſſot* v. d. Krankheiten vornehmer u. reicher Perſonen an Höfen und groſſen Städten. Nrbg. 771. Frft. 779. 8.

*) F. *Ramazzini* de *principum* valetudine tuenda. Patav. 711. 8. Traj. ad Rh. 712. & *ejus* de morbis *artificum* & opificum diatribe. Ultraj. 703. 8. & german. cum ſupplem. J. C. *Aherman*. Lpz. 780. *) & *ejus* Abhandlung v. Krankheit. d. *Gelehrten*. e latino. Cölln 783. 8. *) *Tiſſot* Anleit. f. Gelehrte in Abſicht auf ihre Geſundheit. Hamb. 768. Lpz. 775.

Leutners pract. Arzneikunde für Seelſorger. Nrbg. 782. *) *Linnæi* Diſſ. morbi artificum in ejus Amœnit. academ. inſerta. Holmiæ 769. VII. 8. *Heſſe* Diſſ. præſid. *Hofmann* de præcipuis Studioſorum morbis & ejus cauſis. 746. J. P. *Caelſi* ratio occurrendi morbis a mineralium abuſu produci ſolitis. Romæ 783. 8.

*) L. *Rouppe* de morbis navigantium. Lugd. Batav. 764. 8. J. *Lind's* Eſſay on the moſt effectual means of preſerving the Health of ſeamen. Lond. 762. 8. Eſſai ſur les maladies, qui attaquent le plus communement les gens de Mer. par G. M. a Marſeille. 766. 12. Poiſonnier des *Perrieres* traité des Maladies des Gens de Mer. Paris. 767. 8. *) J. *Pringle* Vorleſ. in d. königl. Societ. über eine neue Verbeſſer. und Mittel d. Geſundheit

heit d. Seeleute zu erhalten. ex anglic. v. *Wichman*. Götting. 776. 8.

*) J. *Lautter* hiſtoria medica biennalis morbor. ruralium. Vindobon. 761. 8. *Reinharts* Bibel - Krankheiten. Frft. 767. IV. 8. *) C. E. *Eſchenbach* ſcripta medici biblica. Roſtoch. 779. 8.

*) R. *Mead* Medica Sacra. Amſtelod. 749. 8. & german. verſa ſub titulo Abhandl. der merkwürdigſten Krankheiten, deren in d. h. Schrift gedacht werden. edidit. *Bœhme*. Lpz. 777. 8. T. *Bartholini* de morbis biblicis. Frft. 672.

Fiſcher Abhandl. v. hohen Alter d. Menſchen, d. Stufen-Krankheiten, und ihren Mitteln dargegen. e latino v. *Weichart*. Lpz. 777. 8.

*) J. *Wolf* von d. Krankh. d. Juden. Manheim. 777. 8.

f) Autores *practici*, de *epidemiis* variis.

*) Hiſtorias morborum, qui annis 1699-1702. Uratislaviæ graſſati ſunt, præfatus eſt denuo Alb. *Haller* Lauſ. & Genev. 746. 4. C. *Wintringham* commentar. noſologicus epidemicos & aëris variationes in urbe Eboracenſi Per 16. annos graſſantes complectens. Lond. 733. 8. *) J. H. *Degner* hiſtoria de dyſenteria bilioſo-contagioſa. Neomagi epidemice graſſata. Traject. 754. 8. G. *Cleghorns* obſervations on epidemical diſeaſes in Minorca. Lond. 768. 8. & german. ex anglic. ab *Akerman*. Gota 776. 8.

Tiſſot lettre a Mr. *Zimmermann* ſur l'epidemie courante a Lauſ. 765. 8. & german. 767. 8. & de febre bilioſa epidemica. Lauſann. 758. *Briſſets* Eſſay on the medical conſtitution of great Britain. Lond. 762. 8.

*) J. G. *Haſenöhrl* hiſtoria medica morbi epidemici, ſ. febr. petechialis. Vindob. 760. 8. & ejus hiſtoria medica trium morborum Vindob. 761. 8.

*) M. *Sarconne* Hiſtoria ragionata de mali obſervati in *Napoli* nell. anno 764. II. Napoli. 765. & germanice edit. Zürch. III. 770-772. 8.

J. v. der *Boſch* hiſtoria conſtitutionis epidemicæ verminoſæ. Lugd. Bat. 769. 8.

*) J. *Sim's* Bemerk. über epidemiſche Krankheiten, und über die Nerven - u. bösartige Fieber. ex anglico von *Mœller*. Hamb. 775. 8.

J. *Batty* de morbis Hungaris endemiis. Traject. ad Rhen. 775. 4. & J. *Fucker* de ſalubritate & morbis Hungariæ. Lipſ. 777. 8.

F. C. *Grimm* v. d. Epidemie zu Eiſenach. Hilburgsh. 768.

768. 8. W. *Hillari* Beobacht. über d. Veränderung der Luft und der damit verbund. epidem. Krankheit, auf d. Inſel Barbados. ex anglico v. *Ackermann*. Lpz. 776. 8. *Brünning* conſtitutio epidem. Eſſendenſis. Upſal. 773. 8.

J. F. *Glaſer* nüzl. Verhalten bey der in Deutſchland regierenden Fleckfieber-Seuche. Hilburghauſ. 758. 8.

J. *Schleis* kurze und gründl. Anweiſ. bey dem in Deutſchland graſſirenden bösartigen Fieber. Nrbg. 771. 8.

*) *Langhut* hiſtoria catarrhi epidemici. Helmſt. 782. 8.

F. I. *Lautter* Krankheits-Geſchichte v. Laxemburg. Copenh. 765. 8.

*) J. E. F. *Cartheuſer* de morbis endemiis. Frft. 771. 8.

g) Autores de *Electricitate medico-practica.*

*) J. G. *Schaeffer* electriſche Medicin. Regenſp. 766. 4. *Wilhelm* obſervat. electr. medicar. Decur. IV. Würzb. 774. 4. C. *Weber* Würkung d. künſtlichen Magnets in e. Augenfeler. Hannover. 767. 8.

Jallobert Experim. electrica uſibus medicis applicata. ex gallic. Baſil. 758. 8. & german. Baſil. 750. 8. *) J. *Prieſtley* recueil ſur l'electricité medicale. Paris 768. II. 12. *) J. F. *Hartmanns* angewandte Electricität bey d. Krankh. d. menſchl. Cörpers. Hannov. 770. 8.

*) *Cavallo* medicin. Electricität. Lpz. 782. 8. *Wilhelm* obſervat. electrico medicarum decuriæ. IV. Würzb. 774.

*) Abt *Bertholon* Preiſsſchrift über d. Electricität aus medicin. Geſichtspunkt. e gall. a *Weber*. Bern. 781. C. *Schreiber* phyſicaliſch mediciniſche Betracht. (auch über d. Electricitæt.) Berlin 775.

*) Abt de *Sans* neue Erfahrungen u. Anweiſung Schlagflüſſiige durch d. Electricitæt zu heilen. Augſp. 780.

Nebel Obſerv. de paralyſi artuum electricit. cur. Heid. 778.

h) Diſſertationes medicæ quidam therapiam ſpecialem ſpectantes.

J. F. *Pitlich* Diſſ. præſ. J. *Juncker* de morbis virorum Halæ 748. J. G. *Mülleri* Diſſ. præſ. J. *Juncker* de morbis infantum Halæ 746. D. G. *Bertholdi* Diſſ. præſ. D. W. *Triller* de morbis pubertate ſolutis. Wittenb. 770. C. F. *Meier* Diſſ. de affectibus gravidarum. Halæ 774. J. C. A. *Koch* Diſſ. de morbis ſexus elegantioris ex vitiis menſium. Halæ 779. V. *Bruſati* Diſſ. de morbis fœminarum. Vindobon. 766. C. G. *Magni* Diſſ. præſ. G. A. *Langguthd* de morbis ſexus ſequioris ex nimio perverſoque pulchritudinis ſtudio, oriundis

diſ. Wittenberg 757. J. *Ottmanni* Diſſ. de morbis virginum, Argentor. 770.

C. *Lodberg Friis* Diſſ. de morbis ſenum. Hauniæ 739. M. W. ab *Aſperen* Diſſ. præſ. C. *Vater* de morbis claſſiariorum & navigantium, eorumque remediis. Vitemb. 715. F. *Kaeſeberg* Diſſ. præſ. G. W. *Wedel* de morbis a faſcino. Jenæ 682. J. D. *Hutter* Diſſ. præſ. D. M. *Alberti* de morbis incarceratorum. Halæ 754. S. *Prieur* Diſſ. præſ. A. C. *Büchner* de morbis pharmacopæorum & chimicorum. Halæ 751. J. E. *Weigand* Diſſ. de morbis ex concionibus prolixis & impetuoſis metuendis. Erford. 778. A. *Heſſe* Diſſ. præſ. F. *Hofmann* de præcipuo ſtudioſorum morbo ejusque genuinis cauſis. Halæ 649. J. F. *Reitz* Diſſ. de morbis divitum. Traject. ad Rhen. 720. T. C. *Taubner* Diſſ. præſ. P. A. *Bœhmer* de morbis generalioribus ex uſitatiſſimis potulentis. Halæ 774.

IV. *Autores practici antiqui*, qui *opera* medica theoretica & practica ediderunt.

*) *Hippocratis* Opera, græce cum verſ. lat. & not. *Anut.* Foeſii. Frft. 595. Genev. 657. fol. *Ant van der Linden* c. verſ. 1. Cornar. Leid. 665. II. 8. & cura *Alb.* de *Haller*. Lauſ. 769 - 71. IV. 8. *) C. *Galeni* opera omnia græce cum H. *Gemuſaei* notis. Baſil. 538. V. Venet. Claſſ. VII. 597. fol. & 625. IV. græce & latine una cum Hippocr. operibus cura R. *Charterii*. Paris 679. XIII. & cura *Stephani* Paris 567. fol. lat. edit. cura Gesner. Baſil. 562. IV. fol. & epitome ejus operum. Baſel 571.

Aetii libri medicinal. XVI. græce Venet. 534. fol. latine a J. B. *Montano*. Baſil. 535. fol. & ejus Tetrabiblos Venet. 550. fol. *Fallopii* opera omnia Frft. 600. fol. *) J. *Argenterii* opera. Florentin. 550. fol. *Oribaſii* opera omnia. Baſil. 557. c. fig. Venet. 553. fol.

Rhazes opera. Venet. 542. Baſil. 544. fol. & de variolis &c. arabice & latine. Lond. 766. 8. *Bertot* method. medendi. Venet. 556. 8.

Avicennae opera omnia. cum not. J. de *Partibus* & arabice. Romæ 593. fol. Venet. 582. fol. J. *Meſues* opera omnia. Venet. 623. fol. & de re medica Paris 544. III. fol. B. *Alexander* de re medica. Baſil. 549. fol.

J. *Actuarius* method. medendi. Venet. 554. 4. H. C. *Agrippae* opera omnia. Lugd. Batav. 536. II. 8. L. *Botalli* opera varia. Lugd. Batav. 660. 8. R. *Boyle* opera varia. Genev. 677. II. 4.

*) M.

*) M. *Ettmulleri* Opera omnia theoret. & pract, Lugd. Batav. 685. 4. & *ejus* opera omnia in compendio. Amſtelod. & Frſt. 696. II. fol, 702. & germ. c. *Sydenhami* operibus. Lipſ. 735. 4. *) H. *Fracaſtorii* opera. Lugd. Bat. 691. L. *Fuchſii* de curandi ratione. Libr. VIII. Baſil 556. 8. J. B. v. *Helmont* opera omnia. Venet. 651. fol. J. *Heurnii* opera omnia. Lugd. Bat. 608. V. 4. G. *Horſtii* opera omnia. Norimb. 660. fol.

H. *Jüngken* praxis medica. Frft. 689. 8. E. *Langii* opera omnia. Frft. 608. 4. & Lipſ. 704. Paul. *Æginetæ* opera. Baſil. 538. 4. Colon. 534. fol. J. *Prevot* Medicina pauperum. Frft. 641. 12.

Pulverini medicina practica. Lugd. Bat. 649. 8. *Quercetani* opera medica. Frft. 609. *) *Riolani* opera omnia. Paris 610. fol. Genev. 737. *) L. *Riverii* praxis medica. Lugd. Bat. 670. 8. & *ej.* opera med. a *Horſtio*. Francof. 674. 8. fol. M. *Rebiz* manuale medicum. Arg. 661. II. 8. *G. E. *Sthahl* pathologiæ theoria. Halæ 708. 4. *Vidi Vidii* opera. L. 95. Frft. 596 fol. & cura *Junker* 737.

*) T. *Willis* opera omnia. Genev. 676. 4. J. B. *Corteſii* medicina practica. Meſſanæ 635. III. fol. *Sanctorii* opera. Venet. 626. fol. *Wedelii* pathologia medico-dogmatica. Jenæ 692. & *ejus* amœnitates medicæ. Jenæ 684. *) A. C. *Celſi* de Medicina libri 8. Lugd. Bat. 528. cura van der *Linden*. 665. 12. Amſtelod. 687. 8. Jen. 713. 8. Venet. 739. fol. Roterod. 750. Patavii. 750. II. 8. Venetiis. 763. cura *Krauſe*. Lipſ. 766. 8. *) cura A. *Halleri*. Lauſannæ 772. II. 8.

Mayenne praxeos ſyntagma. Aug. Vind. 697. *Mercati* opera. Frft. 608. II. fol. *Rondelii* opera. Genev. 620. 8. Bacon. de *Verulamii* opera. Frft. 665. fol. *Varandaei* opera omnia. Lugd. Batav. 658. fol.

Ludovici opera. Frft. 712. 4. T. *Bartholini* epiſtolæ medico-practicæ. Cent. IV. Hafniæ 676. 8. D. *Balthomari* ars medica. Venet. 558. 4. *) *Malpighi* opera medica. London 686. fol. Venet. 743. c. fig. P. *A. Mathioli* opera. Venet. 598. fol. *A. Tralliani* Libr. XII. notis J. *Guinter*. Baſil. 556. 8. & *ejus* opera medica. Lauſann. 772. II. 8. & *ejus* tractat. de febribus. Baſil. 744.

*) J. *Fernelii* univerſa medicina. Frft. 575. 592. 8. & Hannov. 610. fol. cum not. *Heurnii* Ultraj. 656. 4. Genev. 679. fol. J. *Hollerii* opera practica cum L. *Dureti* enarrat. & *A. Valetii* exercitat. Genev. 635. 4. N. *Piſonis* de cognoſc. & cur. morbis. Frft. 585. III. 8.

cum præf. H. *Bœrrhave*. Lugd. Bat. 736. 4. Lipſ. 766. III. 8.

*) J. *Burnet* Theſaurus Medicinæ practicæ. Genev. 678. II. G. H. *Fabricii* opera omnia. Frft. 682. fol. de *Diemerbroeck* opera med. pract. Gen. 687. 4.

*) P. *Foreſti* opera omnia. Frft. 623. fol. F. *Plateri* Praxis medica. Baſil. 625. 735. III. 4. & *ejus* obſervat. medicæ. Baſil. 680. 641. III. 8. D. *Sennerti* opera omnia. Lugd. Bat. 676. VI. fol. & *ejus* practicæ medicinæ. Viteb. 628. VI. 4.

*) G. *Ballonii* opera omnia. Lugd. Batav. & cura Th. *Tronchin*. Genev. 762. IV. 4. *) *Amati* Luſitani in Dioſcoriden de materia medica enarrationes. Argent. 554. 4. & *ejus* curationes medicinales. Baſ. 556. fol. *) *Aretaei* Cappadocis Opera omnia. *Aug*. Vind. 603. fol. & Lugd. Bat. 733. fol.

*) R. *Morton* opera medica. Genev. 696. 4. *Amſtel*. 696. IV. 8. & Lugd. Batav. 737. II. 4. *Amſtel*. 699. 8. H. *Mundii* opera omnia. Lugd. Bat. 685.

*) T. *Willis* opera medica omnia. Genev. 676. 4. & 695. II. 4. c. f. *) *Zacuti* Luſitani opera omnia. Lugd. Bat. 629. 8. 657. VI. fol.

*) *Sydenhami* opera omnia. *Amſtel*. 683. 8. Lugd. Bat. 738. 8. cum indice Gaubii 726. 741. 754. 8. Genev. 736. 769. II. 4. & *ejus* opuſcula univerſa cum proceſſibus integris in morbis, fere omnibus curandis. Lipſ. 795. Lipſ. 711. 8. & *ejus Anweiſ*. zur Cur der mehreſten Krankheiten. Nrbg. 772. & gall. Paris 774. 8.

*) J. *Sylvii* opera medica. Genev. 635. fol. Venet. 707. *Amſt*. 680. 4. Gen. 681. fol.

Waldſchmidt Opera medico-practica. Frft. 707. II. 8. 695. 4. *) *Ramazzini* Opera omnia medica & phyſiologica. Genev. 711. & 717. 4. c. f. & Lond. 742. II. 4. c. f. & *ejus* de principum valetudine tuenda. Batav. 715. 8.

*) G. *Baglivii* opera omnia. Lugd. 710. 4. cum Sanctorini opuſculis. Antwerp. 715. 4. & *ejus* praxis medica. Lugd. Bat. 700. 8.

*) *Lanciſii* opera omnia. Genev. 718. 4. c. f. *) *Rœderer* opuſcula medica. Götting. 763.

T. *Zwingeri* epitome prax. med. Baſil. 724. 8. J. *Rega* method. medendi. Lovanii. 737. 4.

*) *Hofmanni* medicina rationalis ſyſtematica. Halæ 716-740. IX. 4. & opuſc. phyſico-medica. Genev. 740. VI.

VI. fol. cum ſupplem. II. 753. Ulmæ 741. II. & *ejus* opera omnia medica. Genev, 761. XI. fol. 748. VI. fol.

C. *Democriti* (proprie Dippelii) Krankh. u. Arzney d. animaliſchen Lebens. Frft. 736. 8. J. *Lonzonii* opera omnia. Lauſann. 738. III. 8. J. *Freind* opera omnia. Paris. 735.

*) Rich. *Mead's* opera medica. Paris 781. 8. Götting. 749. II. 8. c. f. a Paris 751. III. 8. c. f. Neap. 758. 8. anglice London. 762. & *ejus* monita ac præcepta medica. Lipſ. 751. & 759. 8. german. Frft. 759. 8. & *ejus* mechanica expoſitio venenorum, de imperio ſolis ac lunæ. Frft. 763. 8.

*) *A. Haller* opera minora. Lauſannæ 762-768. III. 4.

*) F. *Torti* opera therapevtica de Febribus. Frft. 756. 4.

*) C. *A Klækhof* opuſcula medica. Traject. ad Rhen. 741. 8. Jen. 712. 8.

de la *Mettrie* Oevres des Medecines. Berol. 755. 4.

*) *Mangoldi* opuſcula medico-phyſica. Altenb. 769. 8.

*) *Lommii* opera medica. Amſtel. III. 761. 12.

*) J. *Huxhami* opera phyſico-medica. cura Reichel. Lipſ. 764. 773. III. 8.

*) G. *Brendelii* opuſcula mathemat. & medic. argument. Götting. 769. II. 8. & cura *Wrisberg* 775. III. 8. *) *A. Plenciz* opera medico-phyſica. Vindobon. 762. 8.

*) H. *Bœrhave* opera omnia medica, (excepta chemica.) Venet 766. 4. Artis medicæ principes: Hippocrates, *A*retæus, *A*lexander, Trallianus, *A*urelianus, Celſus, Rhaces recenſuit, præfatus *A. Haller* Lauſann. 769. XI. 8. *) J. *Schröder* opuſcula medica. Norimb. 778. II. 8.

*) *Werlhofii* opera medica, cura *Wichmann* Götting. 775. III. 4. *) Rob. *Whytt's* Works. London. 768. 4. & german. Lpz. 771. 8.

P. *Valcaregi* medicina rationalis. Cremon. 737. 4.

G. B. *Valentini* prax. med. infallibilis. Frft. 701. 4.

*) *Allen* ſynopſis univerſ. medicinæ practicæ. *A*mſtel. 719. 720. 723. 730. Venet. 732. Frft. 749. & gallice Paris 741. 12.

J. S. *Carl* hiſtoria medica pathologico-therapevtica. Hafniæ 730. 8.

*) J. *Mangetti* bibliotheca medico-practica. Genevæ 695. IV. fol.

*) M. *Alberti* lexicon medicum reale practicum. Halæ 727. II. fol. *) *Bonnetti* mercurius compilatus, ſ. index medico-practicus. Genev. 682. fol. Præcipui quidam hi ſunt *Autores practici*, *therapiam ſpecialem* & *ſpecia-*

liſſimam ſpectantes, e magno ſcriptorum numero, quibus universa medicina pertractatur practica, exceptis iis, quorum jam mentio facta eſt in cap. de Hiſtoria medica, in ſectione de practicis ſcriptoribus, & quantum videndi occaſio, tempus, & limites harum paginarum, permiſerunt. Plures antiquioris ævi, recenſet H. *Bœrhav* in Methodo ſtudii medici, aucta ab *A.* de *Haller*. *A*mſtelod 751. 4. & *A.* de *Haller* in Bibliotheca Medicinæ practicæ, a rerum initiis ad annum 1685. Baſileæ. 776. III. 8.

§. 124.

Medicinæ practicæ anthropologicæ, quæ externas morborum curationes comprehendit, peculiarem partem conſtituit *Chirurgia*, uti ſupra audivimus. Iſtam therapiæ medicæ externæ partem inprimis ea comprehendit, ſtricto ſenſu, quæ remedia & auxilia externa manu inprimis applicanda, in medela morborum adhibere docet, quomodo morbi externi præcipue ope manuum, faſciarum vel inſtrumentorum ſint ſanandi.

Alias vero conſideratur *Chirurgia* qua pars medicinæ antiquiſſima, quæ partim per congrua remedia, partim per idonea inſtrumenta, læſionibus in corpore potius externis, nonnunquam quoque internis, vel violento vel alio modo inductis, ſuccurrere ſtudet.

Univerſa curatio externa vel manu nuda, vel inſtrumentis, vel remediis corpori externe adplicatis effici poteſt. Diverſorum auxiliorum externorum efficaciam in auferendis & avertendis morbis probe & ſolide noſſe, eorumque adplicationem rite didiciſſe, minime tantum ſufficit, ſcire quoque oportet, quomodo eadem in corpus agant humanum, qualemque relationem ad morborum cauſas habeant: patet exinde luculenter, verioris & ſolidioris nominis chirurgum iſtum poſſe cenſeri, qui in curationibus

bus peritus externis harum quoque relationem e principiis, quantum fieri poteſt, certis derivare valet, non in proprium tantum uſum, ſed in chirurgi inprimis manualis commodum, ſi iſte a Medico, eruditione medica inſtructus judicium de morbi natura ejusque mutationibus, de remediorum adhibendorum efficacia ſibi expetit.

Speciales itaque comprehendit chirurgia, externis medendi morbis, regulas, ex fundamentis therapiæ generalis hauſtas, & per experientiam confirmatas, quæ non ſolum medenti, in curandis morbis internis, in praxi clinica jam expoſitis, ſunt adjumento, ſed in externis quoque morbis præcipue applicantur.

Ad *objectum chirurgiæ* itaque univerſum refertur omnis morbus humorum l. ſolidorum univerſalis l. ſpecialis, qui curationem exigit externam, vel admittit: latiſſimus itaque eſt *ambitus* chirurgiæ, ejusque *dignitas* ſumma. Hancce ob cauſam ſupponit ea, uti in therapia morborum internorum, cognitionem plenariam & anatomicam & phyſiologicam de ſtructura corporis humani, & ſingularum ejus partium functionibus, ut & cognitionem pathologicam de ſtatu hominis ægroto, de remediis externis rite adplicandis, quorum peculiaris fit mentio in Materia medica externa, excepta cognitione plenaria omnium diſciplinarum præparantium, quæ has illuſtrant.

Diſtinguitur a quibusdam chirurgia ad remediorum & operationum differentias, in *medicam* & *manualem*. A medico chirurgo quum & medicamentis & variis inſtrumentis, machinisque applicatis morborum externorum curatio poſſit ſuſcipi, & chirurgia quum occupata ſit, vel circa remedia, quæ fluidarum & ſolidarum partium craſin aut motum præ-

præcipue alterant, denominatur ea itaque *medica chirurgia*.

Vel occupata eſt chirurgia circa inſtrumenta, quæ ſolidas corporis humani partes immediate magis afficiunt, & in ea efficiunt, vocatur iſta *manualis*, ſ. *inſtrumentalis*, ſ. mechanicâ. Manualis hæc chirurgia abſolvitur applicatione & directione per manus ſ. ſimplices, ſ. artificioſis armatas machinis; medica vero chirurgia occupata eſt in applicatione manuali, iſtas vero res applicando, quarum effectus a directione manuali nil præſidii acquirunt, tota vero inventio æque ac directio ab alia prorſus dependet arte. Contingit ſæpius in quibusdam affectibus chirurgicis, interna quoque remedia præſcribenda & adhibenda eſſe, in quibus localis|, ſ. topica medicatio ſola non ſufficienter confert, univerſa iſta occupatio attinet ad therapiam internam.

Morbos non ſolum internos, verum quoque externos Medicorum principes agitaſſe, eorum teſtantur ſcripta, etſi quibusdam vero crudelius videretur ferrum adhibere humano corpori, partem itaque hanc quæ manu medetur, chirurgis tantum committere non dubitarunt quidam, eos vero morbos, qui medicamentis & internis & externis curantur, ſibi tantum tribuebant: Scientia medica hancce ob cauſam in duas diviſa eſt partes, alteram, quæ manu, alteram, quæ medetur medicamentis, operationes ideo chirurgicæ a multis olim qua pars medicinæ ſpecialis conſideratæ ſunt. His vero non contenti chirurgi, externos quoque morbos, qui medicamentorum exigunt applicationem, ad forum ſuum pertinere rati, morbos tantum internos ad medicinam pertinere contendebant jam olim, ſed valde incongrue, conſentientibus jam medicis, ac ſi morbi interni medicamentis tantum, ore datis eſſent curabiles, eadem vix valere ad morbos externos, credentibus quoque

da-

datum medicamentum virtute agere ſua in partibus interioribus, & vix quidquam in partibus præſtare externis, utrisque partibus ex eodem fonte haurientibus humores, omnibusque communem agentibus vitam. Id vero intereſt, ad externos morbos topica plus valere quam ad internos; indicationes vero curativas in morbo ſimili easdem eſſe, ſive lateant interne, ſive morbus hæreat externe: ſeparatio non tanta igitur heic requiritur.

§. 125.

Uti in therapia medica interna, ita in externa, in *chirurgia* nimirum, cujusvis morbi ad generaliorem indicationem directæ curationi præmittitur definitio, differentia, conſuetus morbi decurſus, inquiſitio cauſarum & ſymptomatum, ex iis collecta diagnoſis & prognoſis. Anthropologica *Chirurgia* cæterum conſideranda qua ſcientia e Materia chirurgica, e Pathologia chirurgica & Therapia conſtans, comprehendit itaque iſta bene ordinata & ſolide conſcripta, præmiſſa antea ſuccincta hiſtoria chirurgiæ, requiſitis & officiis chirurgi boni ſolidi neceſſariis.

Generatim Pathologiam Chirurgicam, & generalem & ſpecialem, tradentem, doctrinam de morbis externis & generatim & ſpeciatim de iſtis ſingulis morbis, quæ vel ab externis violentis cauſis oriuntur, vel quæ præcipue operationibus circa conſuetas quinque partes chirurgicis inſtrumentis ſunt curandæ.

Noſologiam, *Aetiologiam*, *Symptomatologiam*, *Semioticam*, *Therapiam* ea quoque comprehendit.

In parte generali 1) *Noſologica*, morborum 1. a) denominationes, differentiæ & diviſiones diverſæ traduntur, & quidem

a) in morbos *ſimplices* partium *ſolidarum*, reſpectu cohæſionis, elaſticitatis, irritabilitatis, ſenſationis peccantium; reſpectu numeri, ſitus, magnitudinis, formæ, caloris in partibus diverſimode vitioſis;

b) in morbos *organicos* partium *ſolidarum*, ratione numeri, diametri magnitudinis, figuræ, ſitus, nexus, continuitatis, conſiſtentiæ, ſubſtantiæ, coloris, caloris, planitiei, gravitatis differentium;

c) in morbos *partium fluidarum*, quantitate, cohærentia, acrimonia, degeneratione, mixtura depravata, errore loci, ſecretione, excretione, retentione, motu diverſo, depravatarum.

2. a) Differentiæ morborum & diviſiones deſumtæ vel ab origine, vel a morbi ſede, indole, decurſu, eventu, tempore, temperamento, vitæ genere, ſexu, ætate, climate.

In parte 2) *Aetiologica*, doctrinam de morborum cauſis tradente, examinantur generatim cauſæ morborum, & proximæ, ſimplices tam partium ſolidarum, quam fluidarum depravatarum; & excitantes pro conditione rerum ſex non naturalium, morbis variis prægreſſis, uti & prædiſponentes ab hæreditate, temperamento, idioſyncraſia, habitu, ætate, ſexu, peculiari partis ſtructura orti.

In parte 3) *Symptomatologica*, ſ. in doctrina de morborum ſymptomatibus ſermo eſt de eorum differentiis, de ſymptomatibus actionum vitalium, pulſus, nempe cordis, reſpirationis; ac actionum animalium, ſenſuum nempe tam internorum quam externorum, ſomni, motus muſculorum voluntarii, actionum naturalium, appetitus nimirum, ſitis, maſticationis, deglutitionis, chylificationis, ſangui-

guificationis, nutritionis, ſecretionum & excretionum.

In parte 4) *Semiotica*, ſ. doctrina de morborum ſignis, recenſentur ſigna tam diagnoſtica, quam anamneſtica & prognoſtica. Qualis pars eo magis eſt neceſſaria, ac ſigna morborum externorum, quum tactu & viſu poſſint detegi, multo ſunt certiora quam in ſimili morbo interno, in quo ſæpius per valde diverſa phænomena ratiocinando latentem morbum rimari datur. Qui latentem igitur morbum cognoſcere ſatagit, eum oportet bene prius perſpectos habere morbos ſimiles externos, in quibus non ſolum ad oculos patent cognitionis criteria, ſed omnes quoque mutationes ſunt evidentes, & melius innoteſcit, quænam curatio præ ceteris valeat ad medendum.

In parte denique 5) *Therapevtica* examinatur & determinatur curatio morborum generalis, ſpecialis, ſimplex in ſingulis partibus ſolidis, fluidis læſis, mediis reſtituendis potius externis.

§. 126.

In *chirurgiæ* & *medicæ* & *inſtrumentalis* ſ. *manualis anthropologicæ*, parte *ſpeciali* applicantur omnia vix recenſita momenta pathologiæ chirurgicæ, ad quemvis ſingulum vel manu vel inſtrumentis & mediis externis tollendum morbum, tam quoad accuratam cujusvis iſtiusmodi morbi noſologiam, (definitionem, diſtinctionem ac differentiam;) quam ætiologiam, ſymptomatologiam, ſemioticam, & therapiam, exceptis obſervationibus & regulis practicis, de quibus ſermo eſt peculiaris;

vel I.) in *doctrinis communibus* vulnerum, ulcerum, tumorum, prolapſuum, herniarum, deformitatum, oſſium;

vel II.) in doctrinis peculiaribus de morbis oculorum, dentium, cutis, venereis, &c. uti Plenckius eos accurate dividit.

In hac parte *Chirurgiæ therapeuticæ* præcipua fit mentio omnium iſtorum morborum, quæ reſpiciunt doctrinam,

I.) de *Vulneribus* ſ. de ſolutione partium mollium cruenta, per inſtrumenta plerumque inflicta acuta; tam *generatim* conſideratis, earumque curatione generali; quam *ſpeciatim*, vel qua 1) ſciſſa, 2) contuſa, 3) puncta, 4) ſclopetaria, 5) venenata ab animalibus venenatis, 6) vel tendinum, 7) nervorum, 8) vaſorum, 9) articulationum, 10) oſſium, 11) vaſorum lymphaticorum, 12) capitis, 13) faciei, 14) colli, 15) thoracis, 16) abdominis, 16) excepta contuſione, ſ. minimorum contritione vaſculorum ſubcutaneorum ſuggillationem efficiente.

II.) de *Ulceribus*, ſ. de ſolutione continui lenta, purulenta, ut plurimum a cauſa orta interna, æque *generatim* conſideratis, quam *ſpeciatim*,

1) qua *ſinuoſa*, ſ. ulcera ſub cute latentia, cum orificio anguſto, non calloſo;

2) qua *fiſtuloſa*, ſ. ulcera profunda cum orificio anguſto & calloſo;

3) qua *calloſa*, ſ. ulcera ſuperficialia, cum margine calloſo;

4) qua *fungoſa*, ſ. ulcera cum carne fungoſa in ſuperficie;

5) qua *lardacea*, ſ. ulcera, cum ſuperficie ſordida, ut lardum alba;

6) qua ſcorbutica, ſ. ulcera ab acrimonia orta ſcorbutica;

7) qua venerea, ſ. ulcera ab acrimonia orta verenea;

8) qua cancroſa, ſ. ulcera ab acrimonia orta cancroſa;

9) qua carioſa, ſ. ulcera, in quorum fundo os corruptum, & carne tectum eſt fungoſa;

10) qua inveterata, diu durantia;

11) qua gangrænoſa, ſ. ulcera ſubito livida, fœtida, laxa, inſenſilia orta;

12) qua verminoſa, vermibus impleta, 13) cruſtoſa, ſ. cruſta obtecta; exceptis *ſpecialibus*, 14) *Capitis*, ad quæ referuntur;

a) *Ozena*, ſ. ulcus in naribus malignum;

b) *Meatus auditorii* ulcera;

c) *Fiſtula ſalivalis*, in externa ſuperficie buccæ, a læſione ductus orta ſalivalis;

d) *Fiſtula maxillaris*, e) Faucium ulcera, f) *Aphthæ*, qua parva albicantia ulcuscula oris, linguæ, faucium. g) Ulcera colli, h) Fiſtula thoracis, i) Ani ſ. inteſtini recti, k) Perinæi.

Continet quoque hæc pars doctrinam

III.) de *Tumoribus*, (præmiſſis prius generalibus eorum momentis,)

1) *Inflammatoriis* diverſis, a) *phlegmone* nempe ſ. inflammatione membranæ adipoſæ;

b) *Furunculo*, ſ. inflammatione glandulæ ſubcutaneæ;

c) *Eryſipelate*, ſ. inflammatione cutis a depoſitione acrimoniæ bilioſæ;

d) *Peſtilentialibus* tumoribus inflammatoriis, duris a miasmate peſtilentiali ortis;

e) *Per-*

e) *Pernione*, ſ. tumore inflammatorio, a gelu producto;

f) *Ambuſtione*, ſ. tumore inflammatorio, igne orto;

g) *Angina*, ſ. faucium inflammatione;

h) *Parulide*, ſ. tuberculo inflammatorio in gingivis;

i) *Parotide*, ſ. inflammatione glandulæ parotidis;

k) Inflammatione *mammæ*, l) *Teſticuli*, m) *Præputii*, n) *Glandis*;

o) *Bubonibus*, ſ. inflammatione glandularum inguinalium l. ſubaxillarium;

p) *Panaritio*, ſ. paronichia, ſ. inflammatione in apicibus digitorum, manus l. pedis.

2) De Tumoribus *purulentis*, pus continentibus, & quidem a) abſceſſu a prægreſſa inflammatione cujusdam partis orta, vel ſubito, b) empyemate ſ. puris effuſione in thoracis cavum.

3) De Tumoribus *gangrænoſis*, perfecte putridis; l. integumentis communibus, l. omnibus partibus mollibus ad oſſa usque putridis, ſ. ſphaceloſis; excepto *carbunculo*, ſ. *antrace*, tuberculo inflammatorio intra 24. horas in gangrænam abeunte.

4) De Tumoribus *induratis*, in indurationibus glandulæ l. alius partis conſiſtentibus,

a) *Scirrho* nempe, ſ. alicujus glandulæ induratione;

b) *Carcinomate*, ſ. cancro, ſcirrho nimirum dolente & liveſcente;

c) *Scrophulis*, ſ. indurationibus glandularum ſubmaxillarium & colli;

d) *Stru-*

d) *Struma*, ſ. induratione glandulæ thyreoideæ & anticæ colli partis;

e) *Tuberculo*, ſ. parvo tumore indurato.

5) De Tumoribus *aquoſis*, aquam inter ſe continentibus, & quidem

a) *Oedemate* ſ. tumore aquoſo, a digito impreſſo, foveam retinente;

b) Tumore *ſeroſo*, ſerum lympidum non pituitoſum continente, ac foveam a digito impreſſo non retinente;

c) Tumore *lymphatico*, ſ. tumore aquoſo, a ruptura vaſis lymphatici orto;

d) *Anaſarca*, ſ. Oedematoſa totius corporis intumeſcentia;

e) *Hydrocephalo*, ſ. capitis intumeſcentia aquoſa;

f) *Spina bifida*, ſ. tumore aquoſo, medullæ ſpinali intra fiſſas vertebras inſidente;

g) *Hydrothorace*, ſ. effuſione aquæ in thoracis cavitates;

h) *Aſcitide*, ſ. effuſione aquæ in cavum abdominis;

i) Effuſione aquæ in cavitatem cujusdam articulationis, *hydarthron* dicta.

6) De Tumoribus *ſanguineis*, ſanguinem recondentibus,

a) *Ecchymoſi* nempe, ſ. tumore ab effuſione ſanguinis in telam celluloſam e vaſis orta minoribus;

b) *Aneuriſmate vero*, ſ. præternaturali cujusdam arteriæ dilatatione;

c) *Aneuriſmate ſpurio*, ſ. ſanguinis effuſione in telam celluloſam a magna læſa arteria;

d) *Va-*

d) *Varice*, ſ. præternaturali unius l. plurium venarum dilatatione in tumores nodoſos;

e) *Hæmorhoidibus*, ſ. dilatatione venarum hæmorrhoidalium intra vel extra anum.

7) De Tumoribus *cyſticis*, contenta eorum materia in peculiari ſacco membranaceo, ſ. cyſtide incluſa; & quidem

a) *Melicerite*, ſ. tumore cyſtico, contenta materie melli ſimili;

b) *Atheromate*, ſ. tumore cyſtico, contenta materie pulti albæ, ſ. farinaceæ ſimili;

c) *Steatomate*, ſ. tumore ciſtico, contenta materia ſero l. tardo ſimili;

d) *Oſtéoſteatomate*, ſ. tumore ciſtico, contenta materia partim ſteatomatoſa partim oſſificata;

e) *Hygromate*, ſ. tumore ciſtico, contenta materie ſero l. lymphæ ſimili;

f) *Typomate*, ſ. tumore mere pinguedinoſa materia impleto;

g) *Lupia*, ſ. tumore, cujus materia contenta eſt tela celluloſa fungoſa;

h) *Glangio*, ſ. tumore ciſtico, a vagina tendinis formata, & liquidum crudo albumini ovi ſimile continente.

8) De Tumoribus *excreſcentialibus*, ultra cutem excreſcentibus, & e fibroſa carni ſimili ſubſtantia conſtantibus;

a) *Sarcomate* nempe, ſ. tumore e fibroſa carni ſimili ſubſtantia conſtante;

b) *Nævo*, ſ. ſarcomate nativo, cum homine nato;

c) *Cornubus*, ſ. excreſcentiis valde magnis ac calloſis uti *verrucæ*;

d) *Epu-*

d) *Epulide*, ſ. fungoſo tuberculo, e gingiva excreſcente;

e) *Polypo naſi*, ſ. excreſcentia petiolata e membrana narium pituitaria;

f) *Polypo uterino*, ſ. excreſcentia ex uteri l. vaginæ cavo excreſcente.

9) De Tumoribus *Oſſeis*, & 10) *Articularibus*, de quibus infra ſermo eſt in doctrina de morbis oſſium.

11) De Tumoribus *terreis*, a depoſitione ſucci terrei orti;

a) *Simplicem* materiam calcaream l. lapideam in ſe continentibus;

b) *Tuberculis* in digitis manuum l. pedum podagricorum ortis, terra impletis calcarea, ſ. *Tophis podagricis*;

c) Tuberculis ſub lingua materiam continentibus terream, ſ. *Ranula lapidea*;

12) De *Tumoribus aëreis*, ab aëre, in telam celluloſam effuſo, ortis;

a) *Emphyſemate*, nimirum ſ. intumeſcentia partis cujusdam, ab aëre in tela contento celluloſa;

b) *Phyſocephalo*, ſ. intumeſcentia totius capitis emphyſematoſa;

c) *Bronchocele*, ſ. intumeſcentia aërea, & crepitante in antica colli parte;

d) *Tympanitide*, ſ. intumeſcentia abdominis ab aëre in eo contento;

e) *Pneumatoſi*, ſ. emphyſemate totius corporis.

13) De *Tumoribus ſalivalibus*, a retentione ſalivæ in ductu ſalivali contentis; cujus ſpeciem exhibet *Ranula ſalivalis*, ſ. tumor ſub lingua, ſalivam in ductu ſalivali collectam continens.

14) De

14) De *Tumoribus bilioſis*, a retentione bilis in veſicula fellea ortis; cujus ſpeciem unicam exhibet, *tumor veſiculæ felleæ*, ſ. intumeſcentia veſiculæ felleæ a bile intra eam congeſta.

15) De *Tumoribus urinaribus*, veſicæ urinariæ, ab urina in viis urinariis & in veſica urinaria retenta ſe generantibus.

16) De *Tumoribus lacteis* a depoſitione lactis,

a) *Intumeſcentiam lacteam mammarum* doloroſam, a nimia lactis depoſitione continentibus, &

b) *Tumorem lacteum extremitatum* a depoſita lacte, in tela celluloſa extremitatis cujusdam.

17) De *Tumoribus hernioſis ſpuriis*, quorum mentio fit ſpecialis in doctrina de herniis.

18) De *Tumoribus organicis*, viſcus l. aliam partem organicam ſuo loco naturali motam intra ſe continentibus; ad quos refertur *Parorchidium* ſ. tumor in inguine a teſticulo ibi ſito natus.

IV.) Mentio heic quoque fit doctrinæ *Prolapſuum*, ſ. dimotionum in viſceribus e ſuo cavo, in quo continentur, ad quos referuntur:

a) *Prolapſus ani*, ſ. inteſtini recti protuberantia ex ani orificio;

b) *Prolapſus vaginæ*, ſ. vaginæ protuberantia ex orificio vaginæ;

c) *Prolapſus uteri*, ſ. deſcenſus ejus intra vel extra vaginam;

d) *Inverſio* internæ uteri ſuperficiei, & prolaſpus per orificium uterinum.

V.) Doctrinæ quoque de *Herniis*, ſ. tumoribus vel a dimotione alicujus viſceris productis, l. in umbilico,

bilico, in ſcroto, a congeſtis natis humoribus. Exceptis momentis eorum generalibus, huc conſiderandis, exceptis iis, quæ reſpiciunt *hernias inveteratas*, quæ reduci nequeunt, & *hernias incarceratas*, quæ ſubito fiunt irreducibiles, & mala efficiunt ſymptomata.

Herniarum verarum, a loco, quem occupant, *Genera præcipua* ſunt:

1) *Hernia inguinalis*, ſ. tumor in inguine, a prolapſu omenti, vel inteſtini per annulum inguinalem orti;

2) Hern. *ſcrotalis*, ſ. tumor ſcroti a prolapſu viſceris abdominalis, per annulum inguinalem in ſcroti cavum;

3) Hern. *femoralis*, ſ. tumor ſub inguine in ſummo natus femore, a prolapſu viſceris abdominalis, ſub ligamento poupartii exeuntis;

4) *Hern. ovularis*, ſ. tumor in ſuprema & interna femoris regione, a prolapſu viſceris abdominalis, per ſuperiorem exciſuram foraminis ovalis in pelvi;

5) *Hern. iſchiatica*, ſ. tumor prope anum, a prolapſu ortus omenti l. inteſtini per hiatum, exciſuram iſchiaticam & ligamenta ſacro-iſchiatica formantem;

6) *Hern. vaginalis*, ſ. tumor in cavo vaginæ locatus, a prolapſu abdominalis viſceris productus in laxatam vaginæ partem;

7) *Hern. umbilicalis*, ſ. tumor umbilici, a prolapſu viſceris abdominalis per annulum generatus umbilicalem;

8) *Hern. abdominalis*, ſ. tumor in quavis abdominis regione ſitus, a prolapſu viſceris abdominalis natus;

9) *Hern. lumbaris*, ſ. tumor in regione lumbari, a viſceris prolapſu abdominalis in locum quendam relaxatum natus;

10) *Hern. perinæalis*, ſ. tumor in perinæo a prolapſu veſicæ natus urinariæ;

11) *Hern. thoracica*, ſ. emergens intra coſtas tumor, a prolapſu pulmonis;

12) *Hern. cephalica*, ſ. tumor in capitis quadam parte, a cerebro per præternaturalem aperturam in cranio emergens, natus.

Herniarum ſpuriarum ſcroti, ſ. tumorum in ſcroto vel in umbilico, non viſcus abdominale, uti herniæ veræ, præternaturalem vero humorem intra ſe recondentium, *ſpecies præcipuæ* ſunt:

1) *Hydrocele*, ſ. intumeſcentia aquoſa ſcroti;

2) *Hæmatocele*, ſ. intumeſcentia ſcroti a ſanguine in ejus cavum effuſo;

3) *Pnevmatocele*, ſ. intumeſcentia ſcroti aërea;

4) *Spermatocele*, ſ. intumeſcentia teſticuli a ſemine in eodem accumulato;

5) *Sarcocele*, ſ. teſticuli induratio;

6) *Empyocele*, ſ. puris collectio intra ſcrotum, l. teſticuli ſubſtantiam;

7) *Liparocele*, ſ. adipoſa ſcroti, l. tunicæ vaginalis intumeſcentia;

8) *Varicocele*, ſ. venarum intumeſcentia in ſcroto l. funiculo ſpermatico;

9) *Hydatocele*, ſ. veſiculæ, aquæ plenæ ſic dictæ hydatides.

Herniarum umbilici ſpuriarum *ſpecies* præcipuæ ſunt:

1) *Hydromphalus*, ſ. aquoſa umbilici intumeſcentia;

2) *Hæmatomphalus*, umbilicus ab ecchymoſi prominens;

3) *Pnev-*

3) *Pneumatomphalus*, aërea umbilici intumeſcentia;

4) *Empyomphalus*, abſceſſus in umbilico;

5) *Sarcomphalus*, ſ. caro fungoſa ex umbilico prominens;

6) *Varicomphalus*, ſ. varicoſa vaſorum circa umbilicum intumeſcentia;

7) *Lipomphalus*, ſ. pinguedinis intra umbilicum intumeſcentia.

VI.) *Doctrina deformitatum*, ſ. receſſuum a naturali formatione alicujus partis, ortorum, nec heic omittitur: quæ in octo claſſes dividuntur:

1) in *clauſuras*, uti concretio ani, vaginæ, oris, præputii, urethræ;

2) in *accretiones*, uti concreti digiti, articuli, lingua accreta;

3) in *ſolutiones præternaturales*, uti labium leporinum;

4) in partes *ſupernumerarias*, uti ſex digiti manus l. pedis;

5) in partes *deficientes*, uti digiti, teſticuli, penis, naſi;

6) in *præternaturales magnitudines*, ratione parvitatis, magnitudinis, longitatis l. brevitatis.

7) in præternaturales *curvaturas*, uti collum, obſtipum, gibboſitas ſpinæ dorſi, contractura membrorum, crura valga, rhachitis;

8) in *errores loci*, uti oculus, vulva, cor, dens.

VII.) Doctrina de *morbis Oſſium*, quoad Genera & Species heic quoque deſcribuntur, præmiſſis eorum momentis generalibus, & quidem,

a) *Articulares*, ſ. ſolam afficientes articulationem, quorum genera ſunt:

 1) *Lu-*

1) *Luxationes*, ſ. receſſus articuli mobilis e ſua naturali cavitate; tam maxillæ, quam nuchæ, vertebrarum, coſtæ, claviculæ, humeri, cubiti, radii, manus, carpi, digitorum, femoris, patellæ, tibiæ, pedis;

2) *Diaſtaſis*, ſ. ſeceſſus oſſis immobilis a ſuo ſocio, e. g. in cranio, oſſibus pubis, coccyge, fibula;

3) *Diſtorſio*, ſ. violenta alicujus articuli extenſio ſine remanente luxatione;

4) *Articuli laxitas*, a luxatione l. diſtorſione;

5) *Anchyloſis*, ſ. tumor articularis durus, immobilitatem efficiens articuli;

6) Articulares tumores; 7) Articuli ſtrepitus in ſcorbuticis;

8) Articulorum ulcera, & vulnera; de quibus peculiaris eſt ſermo in capite de vulneribus.

VIII.) Doctrina de *Fracturis*, ſ. oſſis ſolutione in duo l. plura fragmenta, quæ inter ſe comprehendunt:

a) oſſium *fiſſuram*, ſ. oſſis non plenariam, ſed imperfectam diviſionem:

b) *oſſeos tumores*, ab ipſa oſſis ſubſtantia formati, ad quales referuntur:

1) *Exoſtoſis*, ſ. oſſis excreſcentia in tumorem;

2) *Tophus*, ſ. oſſis intumeſcentia ab elevatione exteriorum laminarum oſſearum;

3) *Gummi*, ſ. tumor oſſis, ab elevatione perioſtei formatus;

4) *Hyperoſtoſis*, ſ. intumeſcentia totius oſſis, l. totius extremitatis in oſſe;

5) *Sarcoſtoſis*, ſ. tumor, a transmutatione ſubſtantiæ oſſeæ in carneam ortus.

c) *Caries*, ſ. oſſis eroſio, ſubſtantiam ejus conſumens;

d)

d) *Spina ventoſa*, ſ. tumor a carie oſſis interna enatus;

e) *Fragilitas*, ſ. oſſium diſpoſitio, qua facile franguntur;

f) *Mollities*, ſ. oſſium diſpoſitio, qua ſine fractura facile poſſunt flecti. (Deformitatum & vulnerum in oſſibus fit mentio in capite de deformitatibus, & vulneribus.)

IX. Doctrina de *oculorum* morbis; inter ſe continentem,

a) *Ophthalmiam*, ſ. inflammationem membranæ oculi albugineæ;

b) *Amauroſin*, ſ. plenariam cæcitatem ſine apparente oculi vitio præter dilatatam pupillam;

c) *Cataractam*, ſ. cæcitatem a lentis cryſtallinæ proveniente opacitate;

d) *Glaucoma*, ſ. opacitatem humoris vitrei;

e) *Pterygium*, ſ. maculam opacam, in cornea oculi pellucida;

f) *Fiſtulam lachrymalem*, ſ. ulcus in ſacco lachrymali;

g) *Hypopium*, ſ. puris effuſionem in cameram oculi anteriorem;

h) *Trichiaſin*, ſ. ciliorum inverſionem verſus oculi bulbum;

X.) Doctrina de morbis *dentium*, ad quæ referuntur:

a) Dentium dolor, *adontalgia*;

b) Dentium tartarus;

c) Dentium vacillatio;

d) Hæmorrhagia alveolaris;

e) Dens obliquus;

f) Dentium caries.

§. 127.

Quod methodum attinet in curandis omnibus morbis, hactenus quoad eorum claſſes, ordines, genera & ſpecies, accurate determinatis, remediis quam maxime externis tollendis, indicata cuivis remedia partim e medicamentis, in materia medica ac pharmacia expoſitis, ſeliguntur, partim ex apparatu inſtrumentorum & faſciarum ad ſingulas apto operationes depromuntur, ſingulorum uſus & applicatio ex eorundem indole & fabrica dijudicatur; exceptis viribus aliis naturæ medicatricibus, conſolidantibus, ſuppuratoriis, abſorbentibus, excernentibus, viribus motum augentibus vel imminuentibus vitalem. Norma & regulæ heic præſcribuntur, quomodo in methodo medendi attendendum potius ſit ad vitalem indicationem, cauſas morbos iſtos inducentes & augentes, ſi quædam accedunt vel ſuperſunt, removendas, ipſam labem partibus inductam corrigendam, ac ſymptomata vehementiora præſentia mitiganda: exceptis omnibus momentis minime negligendis, reſpicientibus nempe diætæ rationes heic neceſſarias, medicamentorum vires ex eorundem natura rite dijudicandas, & cuivis morbo convenientiſſima per experientiam confirmata ſeligendi, eaque caute applicandi, omnesque eorum effectus congrue obſervandi, & quanam ratione quivis medicus, chirurgiam practicam exercens, vel chirurgus, exceptis rite præſcribendis & adhibendis remediis pharmacevticis; vel manu tantum exercitata, vel eadem variis inſtructa inſtrumentis, ad corrigendas externas corporis læſiones ſe debeat accingere, in quovis morbo chirurgiæ ope tollendo; ut curatio eveniat vel prophylactica, l. palliativa, l. radicalis.

In parte *therapevtica Chirurgiæ medicæ* attenditur potius, quomodo inſtituendæ ſint diſcuſſiones,

præ

præviæ humorum præparationes, reſolutiones con-
gruæ, adſtrictiones, emollitiones, mundificationes,
roborationes, conſolidationes, & judicioſa tempo-
ris directio ad ſecandum, inurendum, conſolidan-
dum: quomodo primario in omnibus hiſce ad ſalu-
tares naturæ motus, qui æque ac in affectibus me-
dicis primarium curæ momentum abſolvunt, probe
obſervandum, adjuvandum, & pro cynoſura ſit ha-
bendum. Quomodo exceptis hisce omni quoque cu-
ra probe ſit attendendum ad affectus medicam chi-
rurgiam ſpectantes, qui vel humorum vel motuum
vitia pro fundamento habent, quanam methodo
ſingula ſint tractanda, ad varias eorum relationes:
quomodo remedia, quibus chirurgia medica indi-
cationes ac fines ſuos aſſequi ſtudet & obtinet, ſub
variis formis rite eligenda & applicanda ſint tam in
ſingulis morbis, e. g. tam diverſimoda emplaſtra,
cataplasmata, epithemata, fotus, unguenta, balſa-
ma, gargarismata, clyſteres, variæque aliæ injectio-
nes, quarum in ſingulorum morborum curationibus
peculiaris fit mentio.

In *Chirurgiæ Inſtrumentalis* parte *Therapevtica*
attenditur, potius ad univerſas *operationes*, tam diver-
ſimodas inſtrumentorum ope ſuſcipiendas, ad quæ
referuntur eæ omnes, quæ fiunt

vel *Syntheſi*, ſ. conjunctione partium præter natu-
ram disjunctarum, vel *mollium*, uti in vulneri-
bus, ulceribus, rupturis, contuſionibus, labris le-
porinis, vel *durarum*, uti in luxationibus, fra-
cturis, carie oſſium &c.

vel *Diæreſi*, ſ. ſeparatione, diviſione partium, vel
ſecundum naturam conjunctarum, uti in arterio-
tomia, venæſectione, ſcarificatione, fonticulis ex-
citandis, ſetaceis, hirudinum applicatione, aper-
tione clauſarum antea partium, abſceſſibus apе-
rien-

riendis, paracenteſi thoracis, abdominis, fiſtulis, uſtionibus, raſione, ſerratione, trepanatione, catheteriſmo, lithotomia, evulſione dentium, variorumque corporum e vulneribus eductione, artuum amputatione, mammæ cancroſæ exſtirpatione, polypi narium extractione &c. vel præter naturam conjunctarum, uti in digitis coalitis, ano, partibus genitalibus, naribus, palpebris concretis.

Duabus hiſce ſpeciebus operationum addunt alii, *Exæreſin*, ſuperflua & heterogenea removentem, extractionem, uti urinæ vel calculi e veſica, variis corporibus, e vulneribus, auribus, oculis, faucibus, naribus. *Proſtheſin*, defectum naturalem compenſantem, reſtituentem, palliative, uti in naſi, aurium, oculorum, dentium, manuum, pedum reſtitutione per certas machinas: *Diorthoſin*, malam corrigentem conformationem, reductionem membrorum vitiatorum, prolapſorum, aut curvorum, ad naturalem figuram, uti in luxationibus, gibbere, collo, pedibus incurvatis, viſu mutato, hernia inteſtinorum, omenti, inteſtino recto, utero, vagina prolapſis. *Aphæreſin* ſ. ablationem, remotionem partium noxiarum aut ſuper vacanearum, uti membra ſphacelo corrupta, carnes excreſcentes, verrucæ, polypi naſi, cancri, ſteatomata, ſarcomata.

Operationes iſtiusmodi *Chirurgicæ* præcipuæ *univerſales* ſunt: Arteriotomia, venæ ſectio, applicatio ſetacei, fonticuli, veſicatorii, lapidis cauſtici, hirudinum; trepanatio, cranii, ſterni; operatio tracheotomiæ, œſophagotomiæ, anevriſmatis ſpurii, veri; obturatio hæmorhagiæ naſalis; extirpatio polypi naſalis; exemtio corporis heterogenei e faucibus; amputatio mammæ; paracenteſis thoracis, abdominis, ſcroti; ſutura vulnerum cruenta; gaſtro-

ra-

raphia, enteroraphia; ani artificialis formatio; herniotomia, caſtratio, ſetaceum ſcroti; amputatio penis, dilatatio præputii, catheteriſmus; punctura veſicæ; urethrotomia, operatio fiſtulæ ani, amputatio brachii, femoris.

In quavis operatione ſ. artificiali manipulatione vel ſola manu, vel inſtrumentis ſuſcipienda, ac peragenda, qua morbus ſic dictus chirurgicus poteſt curari, norma & regulæ exhibentur, quo modo congruo, & morbo cuivis convenienti formanda ſit indicatio, contraindicatio, locus affectus conſiderandus, congrua & apta inſtrumenta varia vel *naturalia*, uti manus ipſius chirurgi, famuli ſ. miniſtri & adſtantium; vel *artificialia* uſitatiora rariora, rariſſima, tam ſimplicia quam compoſita, eligenda, præparanda, quinam ſitus ægroti pro diverſitate morborum convenientiſſimus ſit, quomodo operatio ipſa ſit ſuſcipienda, deligatio applicanda, ac reliqua curatio inſtituenda, exceptis infortuniis, quæ in operationibus facile poſſunt contingere, aliisque cautelis & regulis variis practicis.

§. 128.

Chirurgia, qua Medicinæ practicæ pars præcipua, quæ ſemper conſideranda, quæ rectam docet operationum, manuum & inſtrumentorum ope adminiſtrationem pro ſanitate vel conſervanda vel recuperanda, non ulteriori indiget demonſtratione, quam quæ ex vix præmiſſis momentis jam innoteſcit.

In ea ſemper fuere opinione non priſcis, ſed noſtris quoque temporibus medicæ ſcientiæ principes, neminem, ne illis quidem morbis, interiores corporis humani partes infeſtantibus, & quorum curatio plenaria a ſolis dependet medicis, ſcienter ac perite mederi poſſe, niſi ea vitiorum genera, quæ

 chi-

chirurgi ſibi tantum vindicant, habeat perſpecta & pertractata. In variis corporis humani locis, quæ externe enim eveniunt, & oculis poſſunt perſpici, tactu ſentiri, eadem contingunt phænomena, in partium internarum viſcerumque variorum affectibus, non tam ſenſu in ſingulis morborum generibus, quam conjectura, ex collatis pluribus indiciis percipienda. Omnium iſtorum affectuum præternaturalium, quibus internæ afficiuntur partes, natura, mutatio, eventus, curatio, quæ vel corporis vel artis beneficio fieri poſſunt, quam optime quoque innoteſcunt diligenti quoque obſervatione omnium iſtorum morborum, qui chirurgiæ deſiderant auxilia, omniumque momentorum, quæ in horum decurſu, atque varia curatione, incidere ſolent. Morbi enim varii partium internarum, qui ex iisdem oriuntur converſionibus, nomine ac ſede potius, quam natura ſua, ab his, quæ extrinſecus fiunt, differunt.

Ob tam eximium huncce *uſum*, & *dignitatem*, omnibus Medicinam diſcentibus & exercentibus, vetuſtiſſima hæc pars non ſatis poteſt commendari, ut eam rite excolant atque per ejus notitiam ad recte medendi peritiam contendere poſſint.

Sic chirurgiæ pars, medica dicta, quæ remediis impoſitis plurimum præſtat, quæ ad vulnera quoque, a chirurgo facta, omnem victus & medicamentorum, interne adhibendorum rationem dirigit, optime exercetur ab iis, qui non anatomen tantum norunt, ſed qui omnia, quæ ad hominis tum recte valentis, tum adverſa oppreſſi valetudine, naturam attinent, bene habet perſpecta, nec medicamentorum, & ſimplicium & varia arte compoſitorum, facultates ignorat. Quam *utilis* & *neceſſaria* ſit hæc *chirurgiæ* pars, eos non latet, qui interdum ægros viderunt ſcalpello dextre & feliciter curatos, in-

inflammatione vero poſtea orta, ſanguinis miſſione vel neglecta, vel immoderatius facta, aut alienis a morbo remediis, aut cibo pleniori, ac potu valentiori, ad mortem præcipitatos: conſideramus varii generis tumores, qui nec ſcalpellum nec manum tantum, ſed medicamenta quoque requirunt, quibus iſti vel reprimendi l. diſcutiendi, l. ſi ad ſuppurationem ſpectat, digerendi & emolliendi ſunt: ſi enim hæc medicamenta, non diverſis illorum generibus, & variis quoque in iſtiusmodi curationibus obviis temporibus accommodantur, illa tum omnia exaſperare, ac ſæpius immedicabile afferre malum poſſunt, inprimis quum & alii ſint tumores, qui, materiam internam corrumpentem continentes, uti cancer, omnibus auxiliis, tum ſcalpello, tum medicamentis, irritantur. Quam mirabilem nexum & arctiſſimum quaſi amicitiæ vinculum inter ſe habeant hæ duæ partes ſcientiæ medicæ, uti in aliis artibus & ſcientiis id quoque contingit, ex hactenus allatis exemplis luculenter ſatis innoteſcit, chirurgiæ nempe ſtudium, quod, aliis deſtitutum medicinæ partibus, nobiliſſimam ſuam præſtantiam, inter abjectiſſimas plebis ſordes rejectam videt.

Qua partem Medicinæ, eamque *neceſſariam* conſiderandam eſſe *Chirurgiam*, iſti inprimis, qui Medicinam non theoretice probe callet, ſed eam quoque in praxi exercere cupit, ex ipſa Medicinæ definitione patebit, quæ potius cognitionem & ſcientiam comprehendit, conſervandi ſanitatem & amiſſam reſtituendi: conſideramus, & internis & externis morbis obnoxios eſſe homines, hinc utique iis ſuccurrere medicinam, ita quidem, ut, ab hac ſeparare chirurgiam, idem eſſet, ac nobiliſſimæ ſcientiæ medicæ dextram quaſi abſcindere, ac eandem quaſi mutilam reddere, & contra chirurgiam, omnibus deſtitutam viribus, ad quævis tentamina relinque-

quere ineptam. Chirurgia enim, dum morbis medetur externis, in quibus manuum requiritur opera, non verſatur tantum circa pedum vel manuum abſciſſionem, & amputationem, ſed vehementiſſimos quoque lenit dolores, laceratas componit partes, abſciſſas & amiſſas ſæpius reſtituit, præternaturaliter disjuncta unit, unita disjungit, corrupta ſeparat, amiſſa reſtituit, ac corpori humano figuram ejus deformem emendat. Sic quævis in hominum ſalutem ſuſcepta operatio, raro exoptatum obtinebit finem, expers omnium reliquarum medicinæ partium, non anatomica tantum ſcientia ſufficiente, qua præcipuo chirurgiæ fundamento, ſed phyſiologiæ, pathologiæ & ſemiotices ſtudium ſemper in chirurgia ſupponitur ſolide & exacte ſuſcipienda. Vulnera e. g. viſcerum nobiliorum, a penetrante per exiguum foramen inducta inſtrumento, ſi cujusdam medici vel chirurgi curationi ſubmittuntur, cui plane ignotæ ſunt functiones viſcerum naturales, ſigna viſceris læſi, ejusque eventus, imo doctrina temperamentorum, diætæ cuivis morbo congruæ, iſte ſemper ſuſcipiet curam illotis quaſi manibus, nec tam exoptatos effectus ex ſua curatione poterit expectare, quam iſte, qui omnes ſcientias medicas, tam præparantes, quam affines plenarie & probe callet; certe enim iſte aut opus aggredi erubeſcet, aut cæcus quaſi coecum ducet.

In ſanandis tam vulneribus quam ulceribus ac operationibus chirurgicis perficiendis, & Medicus chirurgiam exercens, & Chirurgus, ſolidus ex his allegatis momentis, non anatomiam, ſed & phyſiologiam, pathologiam, ſemioticam, pharmaciam, diæteticam optime debet callere, verbo, conſtitutionem internam ægrotantis hominis perſpicere, ſymptomatibus occurrere atque medicinam facere, & verum medicum agere debet, æque uti iſte me-

di-

dicus, qui ad chirurgicas operationes non attendit, ſed ſolis morbis proſpicit internis.

In variis morbis, remediis externis curandis, chirurgia medicinæ opem ſæpius flagitat. In vulnerum e. g. medela ſanguis probus aut conſervandus, aut ingerendus eſt, juſtaque copia, motus moderati, pro vulnerum conditionibus ſemper ſunt conſervandi, & omnia afferenda, quo & bene ſuppurent inutilia, & in eorum locum nova reſtituantur atque conſolidentur, quæ Medicina tantum præſtat, quibus chirurgiæ ea ſuppetias ferre debet; ſine qua multa vulnerum ſymptomata nec rite dijudicari nec curari poſſunt, uti inflammatio, febris, eryſipelas, nervorum diſtentio, ſyncope aliaque. Idem intimus nexus occurrit in locis externis contuſis, oſſibus fractis, tam varii generis ulceribus, abſceſſibus, fiſtulis, eroſionibus, inflammationibus externis, tumoribus, excreſcentiis, luxationibus, herniis, in operationibus ipſis, &c. e quibus ſatis apparet, chirurgiam nunquam poſſe rite addiſci, & exerceri, niſi Medicinam univerſam rite quis teneat, qui munere fungi cupit Medici eruditi & ſolidi, tam in tollendis morbis internis quam externis.

Quantopere *chirurgia* cuivis *Medico* valde ſit *neceſſaria*, non recentiores tantum, ſed veteres quoque fatentur. Quem enim latet, quomodo *Celſus*, chirurgiam jam dudum maxime prædicaverit, ſi ita contendit, „ea Medicina, quæ manu curat, o„mnium eſt antiquiſſima, maxime tamen certa, „evidens, &neceſſaria.„ Et quomodo *Hippocrates*, jam dudum ſenſerit de chirurgia, patet exeo, „ſi quæ non ſanant medicamenta, ea ferrum ſa„nat, quæ ferrum non ſanat, ea ignis ſanat;„ & *Franc. Joel*, nullus medici boni nomen meretur, con-

contendit qui chirurgiæ prorſus ignarus & rudis, de morbis chirurgiæ ſubjectis, nil recte poſſe judicare, perpauci enim morbi occurrunt, quorum ſymptomata manualem curationem non requirunt.

Magnus *Bœrhavius* nec injuſte quoque ſentit de *utilitate*, *neceſſitate*, & *dignitate* chirurgiæ univerſæ, ſi quis, inquit, omnes morbos intellexit internos, ita, ut horum cauſas, naturam, effectus, curationem cum cura expenderit, ac internis omnibus corporis humani partibus eadem omnia applicuerit, cum partium actione integrarum comparaverit, cum ipſis quoque internorum morborum phænomenis compoſuerit, videbit iſte interna externis reapſe convenire: externos chirurgicos æque potius pertractandos & addiſcendos eſſe, nec aliter ordinati quid vel veri vel in praxi medica ſine iis fieri poſſe vel doceri. Quam quoque ſententiam affirmat commentator ejus, Liber Baro v. *Swieten* pro axiomate, inquit, merito haberi poſſe, internos morbos externis congruere, atque nil ordinati in praxi medica fieri poſſe, vel doceri, ſ. addiſci, niſi externorum chirurgicorum quoque morborum hiſtoria æque pertractata fuerit, antequam de internis ulterius agatur. Uti in alio loco ita ſe exprimit, ratione inflammationum & internarum & externarum, ſi jam conſideretur natura & actio partis læſæ, evidenter patebit ex illis phænomenis, quæ in inflammatione partis externæ ſenſibus patent, intelligi poſſe ea omnia mala, quæ inflammationem in locis internis natam ſequuntur.

Complures quidem, inquit Fried. *Hoffmannus*, in hac perverſa verſantur opinione, hanc ſcientiam, quæ manu & ſectionibus medetur, atque externis verſatur remediis applicandis, directe ad medicinam non pertinere, at iſti vero certe neſciunt, tantum ho-

hominem tam quoad externas, quam internas medicinæ partes eſſe objectum, & has invicem tam admirabilem intercedere conſenſum, ut vitium, quod externis inhæret, perfacile transeat ad interiores, & iſtæ contra graviter luant, ſi hæ morboſe adficiantur. Sciendum quoque eſt, vitia, externis quoque partibus inhærentia, quæ chirurgica egent ope, internas quoque occupare, uti dolores, tumores, inflammationes, ſcirrhi, apoſtemata, extravaſationes, ulcera & ſingula non externa tantum, ſed interna quoque medicamenta requirere, ex quo ita pateat, chirurgi & munus non differre, neque prætermittenda topica pro diverſa vitiorum ratione & corporum natura, inſignem, ne quædam inferatur noxa, prudentiam deſiderare. Ex quibus omnibus clare apparet, nec medicinam a chirurgia, nec chirurgiam, ut verum dicam, a medicinæ fundamentis ullo modo commode & omni jure poſſe ſeparari. In alio quoque loco eandem profert ſententiam de *dignitate chirurgiæ*, modo laudatus *Hoffmannus*, recte, inquit, ſentiebant veteres, qui ex Aeſculapii familia ortos, & arte imbuendos medica, ante omnia chirurgiam docebant, adeoque in ſuis de re medica monumentis ſummum eidem pretium ſtatuebant, atque etiam olim & noſtra quoque hac ætate illi medici, qui paulo curatiorem corporis humani anatomen cum chirurgia, excoluerunt, præ omnibus aliis magno habiti honore, ſummam celebritatis famam ſunt conſecuti: ſed pauci ſunt, qui hanc artem probe intelligunt! Plura teſtimonia atque argumenta, tam *dignitatem* quam *utilitatem* & *neceſſitatem* chirurgiæ ſpectantia, occurrunt in ſcriptis medicis ſub finem paragraphi hujus allegandis. a)

Luculenter ſatis cæterum demonſtrant prolata hæc argumenta, quomodo Medicus feliciter applicare

care manus poſſit, ſi munus chirurgi operatoris ſimul rite velit ſuſcipere; aut quomodo chirurgo miniſtro modum operandi ſæpius monſtrare poterit, in caſu ſæpius obvio neceſſitatis, qui chirurgiæ ignarus; ſi operationes inſtituendas ac labores chirurgicos, rite & ſolide debet judicare, corrigere, emendare, ac adjuvare in caſibus ſæpius obſcuris, & complicatis chirurgicis, in quibus effatum Medcii ſæpius unice valet, & magis quam Chirurgi, de quo expectatur, medicinæ practicæ internæ & externæ probe & ſolide eum eſſe debere gnarum. Decet itaque non tantum medicinæ cultorem, ſed ipſi quoque eſt neceſſarium, non levem operam ac ſtudium in addiſcenda chirurgia æque impendere, ac in therapia interna, ſi quidem ſcientia quondam ſua velit excellere, & omni modo civibus ſuis *utilis* evadere cupiat.

a) G. *Schweizer* Diſſert. præſid. G. E. *Stahl* de medicinæ & chirurgiæ perpetuo nexu. Halæ. 705. 4. C. F. *Kaltſchmidt* programma de chirurgia medicis vindicata & neceſſitate reliquarum medicinæ partium ad Chirurgum perfectum. Jen. 749. 4. G. *Oehme* Diſſert. præſ. *A. Vogel* de Chirurgia medicinæ opem flagitante. M. J. *Mederer* zwo Reden von d. Nothwendigk. beide Medicinen, die chirurgiſche und die cliniſche wieder zu vereinigen. Freib. 782. 8.

C. F. *Voitus* zwey Reden an die jungen Wundärzte gehalten in Berlin. Berlin. 780. 8.

Autores, qui *Chirurgiam* in *univerſum* pertractarunt:

Acrell Anweiſ. zur Chirurgie. Lpz. 772. 8. H. *Bœrhavs* Lehrſäze von Erkenntniſs u. Heilung der chirurgiſch. Krankheiten. Danzig 755. IV. 8.

*) C. E. *Eſchenbach* Chirurgie. Roſtock 754. 8. c. f. S. *Scharſchmidt* Anweiſ. zu d. ſtudio medico chirurgico. Berlin 773. III. 8. *) J. *Gorter* chirurgia repurgata. Lugd. Bat. 742. 4. Viennæ & Lipſiæ 762. 4. *Butefietſch* kurze Anweiſ. vor Lehrlinge in d. Wundarzneyk. Braunſchw. 778. Handbuch für angehende Wundärete u. Liebhaber der Arzneiwiſſenſch. Nrbg. 774.

774. 8. Anweiſung zur lehrenden und ausübenden Wundarzneykunſt, Riga 772. 8. *) Taſchenbuch für teutſche Wundärzte. Altenb. 783. 8. c. f.

Gohls Einleitung zur praxi chirurgica. Nrbg. 758. 8. J. G. *Eſſichs* Bildung eines Wundarztes Augsb 779. II. 8. & *ejus* medicin. chirurg. Catechismus. Augsb. 783. 8. G. D. *Coſchwitz* Manuductio ad Chirurgiam rationalem. Brunſw 775. 4. *) *Störk* Unterw. für Wundärzte. Wien 777. & 780. II. 8.

H. *Lange* Chirurgie für angehende Wundärzte Lüneb. 776. 778. 8. Anweiſ. zur lernenden u. ausübenden Wundarzneykunſt Riga 776. 8.

*) F. S. *Pallas* Anleit. zur practiſchen Chirurgie. Berlin 763. 778. 8. *) *Lebers* Anfangsgr. d Wundarzneik. Langenſalz 770. *) J. F. *Henkel* Abhandl. der chirurg. Operationen. Berlin. 772. 779. VIII. 8.

Petit Traité des Maladies chirurgicales & des operations. Paris 774. III. 8. c. f. *) H. *Calliſen.* Inſtitut. Chirurg. hodiernæ. Hafniæ 777. 8.

Dionis Cours d'operations de Chirurgie par de la Faye. Paris 765. 783. II. 8. G. M. *de la Motte* Traité complet de Chirurgie. 771. II. 8. J. R. C. *de Garengeot* Traité des Operations de Chirurgie. Paris 737. III. 12. *Ejusd.* Nouveau Traité des inſtruments de Chirurgie les plus utiles. Paris 727. II. 12. *) L. *Heiſteri* Inſtitutiones chirurgicæ, Amſtel. 739. 750. II. 4. & german. Nrbg. 763. & gallice, Paris 771. II. 4.

Durant la Theorie du Chirurgien avec des obſervations chirurgicales ſur chaque partie. a Paris 778. II. 8. J. *Junker* conſpectus Chirurgiæ. Halæ 731. 4.

H. F. *le Dran* Obſervations de Chirurgie avec des reflexions. Paris 731. II. 12. Idem liber anglice ſub tit: Operationes in Surgery &c. Lond. 757. 8. *) J. U. *Bilguers* Anweiſ. zur ausübenden Wundarzneykunſt in Feld-Lazarethen. Glogau u. Lpz. 763. 4. *) & *ejus* practiſche Anweiſ. für Feld-Wundärzte. Berlin 783. 8. de la *Charriere* des operations de Chirurgie. Paris 727. 8. & *ejus* Anfangsgr. d. chirurg. Vorbereitungswiſſenſchaft. Wien 778. II. Compend. Inſtitut. chrurgicarum. Wien 775. III. 8.

*) J. J. *Plenck* Elem. medicinæ & chirurgiæ forenſis. Viennæ 781. 8. & *ejus* Lehrſäze der practiſchen Wundarzneywiſſenſchaft. Wien 774. 776. II. 8.

*) C. *A. Thedens* Unterricht für die Unterwunndärzte bey Armeen. Berlin 774. 778. 782. II. 8. *) de la *Faye* *A*nfangsgr. d. Wundarzneyk. Straſb. 765. 8.

J. F. *Mayer* *A*nweiſ. zur Wundarzneikunſt. Riga 772. 8.

*) T. *Eller* vollſtändige Chirurgie. Berlin 763. 8. Handbuch medic. chirurg. Nrbg. 771. 8.

*) C. G. *Ludwig* Inſtitutiones chirurgicæ. Lipſ. 764. 8. & germanice. Lpz. 766. 8. *) J. Z. *Platneri* Inſtitutiones chirurgiæ ration. Lipſ. 745. 8. 758. II. 8. & germanice. Lpz. 745. 748. 770. & 776. cum not. *Krauſe* 783. c. fig. II. 8. & german. Wien. 783. 8. E. *Platneri* ſupplementa in J. Z. *Platneri* inſtitut. chirurg. Lipſ. 773. I. 8. & german. 776. I. 8.

Elemens de Chirurgie en latin & en françois par Mr. *Sue*. Paris 774. 8. *) *A*. G. *Richters* *A*nfangsgründe d. Wundarzneikunſt. Götting. 782. I. 8. c. f. *Van Swieten* Chirurgia. Wien 777. II. 4. & germanice. 778. *Nicols* Handbuch für angehende Wundärzte e gall. Augſp. 777. II. 8. *Ravaton* Chirurgie d'armée. Paris 768. 8.

*) le *Blank* kurze Ueberſicht aller chirurgiſch. Operationen e gallico cum not. C. F. *Ludwig* Lpz. 783. II. 8. c. f.

*A*utores quidam *Chirurgiae ſpecialis*:

H. *Bœrhav* de morbis oculorum. Götting. 746. 8. & *ejus* wichtige *A*bhandl. v. Krebs, und d. knochen Krankheiten. Frft. 765. 8. *) *Brambilla* v. d. phlegmone u. ihren *A*usgängen. Wien II. 773. 8.

*) le *Blanc* u. *Hoin* *A*bhandl. d. Brüche zu operiren e gall. Lpz. 783. 8. *Bels* von Geſchwüren. Lpz. 779. *Woyd* von tödtlichen Wunden. Baſel 781. 8.

P. *Pott* v. d. Maſtdarmfiſtel. Wien 768. 8. & *ejus* v. Hauptwunden. Straſb. 768. 8. *) *Janin* *A*bhandlung über d. *A*uge u. ſ. Krankheit. Berlin 776. 8.

C. G. *Feller* method. ſuffuſionem curandi. Lipſ. 782. 8. *A. Matani* *A*nimadv. de oſſeis tumoribus. Colon. 765. 8. P. *Mauchart* franzöſiſcher Zahnarzt. 773. *) J. J. *Plenck* novum ſyſtema tumorum. Wien 767. & german. Lpz. 769. 8. *) & *ejus* de morbis dentium & gingivarum. Vienn. 778. 8. & *ejus* method. nova argentum vivum venereis exhibendi. Wien 766. 8. *) & *ejus* de morbis cutis. Vienn. 776. 783. 8. german. Warſchau. 777. 8.

*) G. F. *Richter* v. Brüchen. Gött. 778. II. 8. c. f. F. *Martini* Betracht, in d. Lehre von den Kopfwunden. Hamb.

Hamb. 782. III. 8. *Abhandlung* von Beinbrüchen, Verrenk. und übrigen Zufällen der Knochen. Hamb. 767. 8. *Abbildung* und Beſchreibung d. Pieroperowiſchen italieniſchen neuen Maſchine, die Brüche des Schienbeins ſicher ohne Verkürzung des Fuſſes zu heilen. Strasb. 783. 8. Kunſt chirurgiſche Berichte u. Wundzettel abzufaſſen. Budiſſ. 769. 8.

White's Caſes in Surgery with Remarks, to which is added an Eſſay on the Ligature of *Arteries* by J. *Aikin.* Lond. 770. 8. G. *Herbiniaux* Parallele de differens Inſtruments avec les methodes de ſ'en ſervir pour pratiquer la ligature des polypes dans la Matrice. 771. 8. P. *Bierchen* om Kræftſkadors, ſcropulöſe och veneriſke ſars och ſvallmeiders igenkænnande, Stockh. 772. germ. 1789. 8. J. M. *Gamet* Theorie nouvelle ſur les maladies cancreuſes, nerveuſes. Paris 772. II. 8.

*) *Arneaud's* traitem. on Hernias or Ruptures. Lond. 748. 8. *Ejusd.* Inſtructions ſimples & aiſées ſur les Maladies de l'Urethre & de la Veſſie. *Amſtel.* 764. 12. *Bourdet* Recherches & Obſervations ſur toutes les parties de l'art du Dentiſte. Paris 757. II. 12. C. *A. Graebner* von d. Zänen. Langenſalz. 768. 8. T. *Berdmore's* treatiſe on the diſorders and de formities of the Theeth and Gumts. London 770. 8. german. *Altenb.* 771. 8. *Percivall Pott's* obſervations of the corner & of the Eye, commonly called Fiſtula lacrymalis. Lond. 758. 8. T. *Kirklands* Obſervations upon Mr. *Pott's* general Remarks on Fractures Lond. 770. *Ejusd. Appendix* 771. 8. *A. Leuret* Obſervations ſur la Cure radicale de pluſieurs Polypes de la Matrice de la Gorge & du Nez. Paris 759. 8. *Winterl* Inflammationis theoria nova. Viennæ 767. 8. *) *Mageniſe* Theorie der Entzündungen ex angl. a *Weber.* Götting. 776. 8.

*) N. J. *Pallucci* methodus curandæ fiſtulæ lacrymalis. Vindob. 762. 8. *Ejusd.* Deſcriptio novi inſtrumenti pro cura cataractæ. Vienn. 763. 8. *Ejusd.* Ratio narium curandi polypos. Vienn. 763. 8. Lettre de Mr. *Pallucci* a Mr. de *Humelauer* ſur la Cure de la Pierre. 764. 8. & *ejus Abhandlung* v. Steinſchnitt. Lpz. 752. c. f. 8. J. N. *Humbourg* Obſervationes de Hydroceles cura radicali. Vind. 761. 8. J. *Elſe* on the cure of the hydrocele, of the unica vaginel. London 770. 8. *A. M. Jean* Traité des maladies de l'œil & des remedes pour les guerir. Paris 732. 741. 8.

*) G. *Chandlers* v. d. Krankheiten des Auges. Lpz. 782. 8. *) J. *Pienck* de morbis oculorum. Vienn. 777. 785. 8. & german. Viennæ 778. 8. G. F. *Richter* v. Ausziehung d. grauen Staars. Götting. 773. 8. *Palucci* Deſcription d'un nouvel inſtrument a la chataracte. Paris 750. 8. c. f. L. F. D. *Gendron* Traité des maladies des yeux. Paris 770. II. 8. H. *Bœrhave* de morbis oculorum. Göttingæ 750. 8. St. *Yves* traité des maladies des Yeux. Paris 729. Berlin 730. Amſtel. 736. 12. J. *Janin* Memoires & Obſervations, ſur les maladies, de l'œil, a Lyon 772. 8.

J. F. *Henkel* Abhandl. von Beinbrüchen u. Verrenkungen. Berlin 759. c. f. 8. *) J. U. *Bilguer* traité ſur l'inutilite de l'amputation des membres augmenté par *Tiſſot*. Paris 764. 12. Frft. 767. 8. D. *Geſſette* v. Abnehmen der Glieder. Freiburg. 778. 8. J. *Wrabez* v. Abnehmen des Oberarms am Meſſer. Freiburg 783. 8. Obſervations ſur une maladie d'os connue ſous le nom de necroſe par M. *David* 782.

*) H. *Poſch* Beſchreib. e. Maſchine d. Fuſsbettes bei Heilung d. Schienbeinbruchs. Wien 774.

J. N. *Hausmanns* Beurtheil. d. Howkinschen Methode d. Blaſenſtein zu operiren. Braunſchw. 783. J. L. *Petit* les maladies des os. Paris 723. 8. S. *Schaarſchmidt* v. d. Krankheit der Knochen. Berlin 775. 8.

C. *Havers* obſervationes de oſſibus. Lugd. Bat. 734. 8. c. f. J. F. *Bötchens* v. d. Krankheit d. Knochen, Khorpel u. Sehnen. Deſſau. 783. II. 8. *Petit* von d. Krankheit der Knochen. Berlin 743. II. 8. *Schaarſchmidt* Unterricht von der Krankheit der Knochen. Berlin 754. 755. *Düvernay* traité des maladies des os. Paris 751. III. 12. J. L. *Petit* des maladies des os, & leur gueriſon. Paris 758. 12. *Louis* diſcours ſur le traité des maladies des os. Paris 750. 8. J. *Iſenflam* Anmerkung. über d. Knochen u. ihre Krankheiten. Erlang. 782. 8. Z. *Vogel* von Brüchen. Glogau. 769. 783 c. f.

J. L. *Petit* des Maladies des os. Paris 723. 8.

Günt Obſerv. de herniis. Lipſ. 744. 4. M. A. *Severini* de recondita abſceſſuum natura. Lugd. Bat. 724. VIII. 4. P. *Clares* Beſchreib. e. neuen Art vener. Krankheiten durch das in die Saug - Gefäſſe des Mundes eingeriebene Queckſilber zu heilen nebſt d. Theorie v. Einſaugen. ex anglic. Lpz. 783. c. f.

Traité des leſions de la tête par contrecoup & des conſequentes practiques par de *Lisle*. Paris 783. 8. Nouvelle

velle methode de traitér les fractures & les luxations, traduit d'anglois par M. *Laſſus*. Paris 785. 12.

J. H. *Böcking* Anleit. z. Aderlaſſen für geübte u. angehende Wundärzte. Stendal. 781. 8. c. fig. & *ejus* Anleit. z. Zahnausziehen. Stendal. 782. 8. c. fig.

Plures autores, & antiquioris ævi & recentioris recenſet ſpeciatim S. Hieron. de Vigiliis von *Creuzfeld* in Bibliotheca ſua chirurgica, in qua res omnes ad chirurgiam pertinentes ordine alphabetico; & ſcriptores, quotquot ad annum usque 1779. innotuerunt ad ſingulas materias ordine chronologico exhibentur. Vindobon. 781. 4. In qua recenſentur *Autores Chirurgiae* univerſæ & morborum chirurgicorum ſpecialium, adminiſtrationum chirurgicarum, balſamationis cadaverum, chirurgiæ forenſis, litum chirurgicarum, medicamentorum chirurgicorum, & denique ſuffocatorum, quoque ſubmerſorum, ſuſpenſorum, artis obſtetriciæ & veterinariæ.

Mentionem quoque facit Autorum chirurgicorum antiquioris ævi, H. *Bœrhav* in method. ſtudii med. jam cit. A. *Gœlike* in hiſtoria chirurgiæ Halæ 713. 8. Plures vero recentiores recenſet ævi *Richter & Tode* in ihren chirurgiſch. Bibliothecken, jam citat. in capit. de hiſtoria medica; inprimis quoque A. *Haller*, in bibliotheca ejus chirurgica a rerum initiis ad noſtra usque tempora. Baſil. 774. II. 4. & in ejus Diſſert. medicis ſelectis chirurgicis jam citat. quas in epitomen redegit cum notis F. A. *Weiz*. Lpz. 782. III. 8. exceptis propriis ejus alten u. neuen Auszügen aus chirurgiſchen Diſputationen jam citat.

§. 129.

Qua pars præcipua *Chirurgiæ*, reſtat nunc penitiori noſtræ disquiſitioni ſyſtematicæ, ſcientia *obſtetricia*, alias *Embryulcia* dicta, quæ theoriam & regulas practicas tradit, quibus ſexus ſequior in ſtatu graviditatis, parturiendi, & puerperii, cum prole ſua ſit pertractandus; quæ certe æque bene qua ſcientia conſideranda eſt, ac reliquæ omnes ſcientiæ medicæ, inprimis quum non encheireſes tantum manuales in ea requiruntur, ſed &, multo magis, ratiocinationes, ſecundum quas vel hæc vel iſta peragenda occurrunt, quæ præcipue ſcitu neceſſaria ſunt & medico & viro obſtetricanti.

Scientia hæc, inquam, ſumi poteſt vel ſenſu *lato*, *amplo*, vel *ſtricto*. Senſu lato ſumta præter ea, quæ partum reſpiciunt, ea quoque omnia comprehendit, quæ ad partum facilius edendum diſponendo, eum præcedendo & ſubſequendo aliquid valent, iſtum aut plane vel impediunt, vel difficiliorem reddunt. Latiori itaque reſpectu embryulcia includit hinc omnes morbos omniaque phænomena, durante tam graviditate, quam in puerperio, & poſt illud, & in infantibus, aut recens natis, & in ætate infantili jam magis progreſſis, ipſisque propriis. Strictiori vero ſenſu ſcientia obſtetricia eam tantum includit cognitionem, qua peritus idoneus redditus, ad auxilium ferendum ſexui parturienti in ipſo parturitionis ſtadio, tam in partu naturali, quam in præternaturali, omniumque in iis obviorum impedimentorum.

Objecta generalia Embryulciæ & quidem ejus *primaria* ſunt tam *parturiens* ipſa, variis in circumſtantiis ac reſpectibus conſiderata; quam *proles* ab ipſa editus, variis in temporis ſtadiis ſpectatus; ut & denique *media*, quibus juſtum utrique *ſubjecto* ferri poteſt auxilium.

Varia certe hæc ſcientia perantiqua, variis in temporibus experta eſt variationes, & acquiſivit augmenta ac emolumenta, ad eam tam ſtabiliendam, quam excolendam ac magis magisque perficiendam, hinc ipſa quoque ipſius *Hiſtoria* præmittitur in *generali* hujus ſcientiæ parte, reſpectu habito tam variarum hujus ſcientiæ epocharum, commutationum, augmentationum, ac diverſitatum, uti & ſcriptorum circa eam variis in ſeculis tam theoretice quam practice, & figuris, publici juris factorum, a) exceptis tam variis requiſitis & qualitatibus iſtius, qui hancce ſcientiam cupit exercere: cui nomen obſtetricantis dein im-

imponitur, ſi ſexus eſt virilis, quo ab obſtetrice, a femina opem obſtetriciam exercente, diſtinguitur: exceptis tam diverſis, in hac ſcientia æque uti in reliqua medicina neceſſariis ſcientiis, aliis auxiliaribus, anatomia, phyſiologia, pathologia, ſemiologia, therapia, & partibus quibusdam mechanices, quarum omnium peculiaris fit mentio, cum cujusvis uſu peculiari.

a) Cujus hiſtoriæ mentionem inprimis facit:
Schulz in Hiſtoria Medicinæ; *le Clerc* in Hiſtoire de la Medecine; *Haller* in Bibliotheca Med. pract. & Chirurg. Hieron. a Vigiliis de *Kreuzenfeld* in Bibliotheca Chirurgica. A. *le Roy* dans Hiſtoire de l'Accouchement, libris jam ſupra citatis, excepto F. *Knolle* in Diſſertat. de Artis Obſt. hiſtoria. Argentor. 773. 4. J. J. *Platner* in Programmate de Arte Obſtetricia veterum. Lipſ. 735. 4.

Sexui parturienti ut omne auxilium conferri poſſit in ipſa parturitionis periodo, & ad huncce ſalutarem finem abſolvendum, conſiderantur tam in ſcientiæ hujus *Obſtetriciæ*, *parte ſpeciali*, & quidem in ejus *Anatomica* parte, accuratius partes ſexus ſequioris genitales, partui inſervientes; eæque tam *internæ*, quam *externæ*. Ex *internis dura* potius, pelvis nempe oſſa, e variis compoſita partibus oſſeis; ex mollibus, vagina nimirum, uterus hujusque appendices, ovaria, tubæ Fallopianæ cum fimbriis, tam varia ligamenta; omnium harum partium vaſa, & ſanguifera & lymphatica, nervique; ex *externis* vero ea, quæ conſtituunt mons veneris, labia majora, nymphæ, clitoris, vulva, orificium urethræ & vaginæ, hymen, carunculæ myrtiformes, fovea navicularis, muſculique tam abdominis quam crurum, vel circa has partes ſiti vel iſtis inſervientes, tam per ſe, quam præcipue ſub partus negotio; omnium præterea harum partium mollium vaſa ſanguifera & lymphatica æque ac nervi, ceteræque earum partes conſtituen-

tuentes accuratam ſubtilioris obſtetricantis inveſtigationem & cognitionem fugere prorſus nequeant, cum earum, præcipue in cognoſcendis morbis peculiaribus, multum intereſſe poſſit.

Partes hæ vero in hac ſcientia conſiderantur non ſolum, uti *in ſtatu naturali* ſano *perfectoque* ſe habent, ad principia phyſiologica, ſed præcipue quoque, quomodo vel morbis vel a cauſis externis, tam diverſimode poſſunt mutari inprimis partes oſſeæ; conſideratur hinc quoque *Pelvis vitiata, deformis* ac *diſtorta*. Hanc quoque ob cauſam, & ob tranſitum fœtus per pelvem, accurate quoque examinantur *diametri* & menſuræ, *Pelvis* tam *majoris* ſ. ſuperioris, a criſta oſſium ileon, cum margine ſuperiori oſſium pubis atque promontorio oſſis ſacri, columnaque vertebrali formatæ; quam & *minoris*, ſive proprie ſic dictæ, quæ in *introitum* ſ. marginem ſuperiorem *cavitatem* ipſam & *exitum* ſ. marginem inferiorem dividitur; in quibus omnibus multum variant diametri, *conjugatæ* ſ. rectæ, *transverſæ* & *obliquæ*, tam in pelvi bene formata, quam & in vitiata.

Spectatur hic quoque anatomice *ſpecialis Corporis fœtus habitus*, *differentia* ejus *ab adulto*, *diametri varii Capitis* fœtus ipſius; ad pelvis maternæ, quam tranſire fœtus caput oportet, diametrorum reſpectus diverſos; ſpecialis quoque *ſtructuræ Ovi*, Uteri gravidi & quidem ſpeciatim eorum Membranæ, chorion, amnion, villoſa, Caduca villoſa & reflexa, liquor amnion, embryo ipſe, hujus funiculus umbilicalis (Veſiculaque alantois) cum placenta jam formata, nec non fœtus ſitus proprius in utero naturalis: hac occaſione cauſæ ſterilitatis muliebris determinantur principiis anatomicis phyſiologicis.

In

In parte *Phyſiologica* embryulciæ æque momentoſa ea potiſſimum occurrunt objecta, quæ ad *Conceptionem* ac totum generationis negotium ſpectant; evolutionem ovi; *nutritionem* & *incrementum fœtus* utero materno incluſi; *mechaniſmum gravitatis;* Variationem ſc. uteri & reliquarum generationi inſervientium partium; *menſtruationes*, conditio varia, quatenus ea ſæpius reſpectum ad partum habet, excluſione fœtus ex utero, *lochia*, *lactis* ſecretionem, lactationem ipſam, ut & ea, quæ prolis neonati ab adulto diverſam conditionem attinent.

Semiotica pars *Obſtetricia* ſuppeditat ſigna, an *fœmina* adhuc *virgo* ſit, an vero ea *violata* ſit & *an* jam *prolem ediderit*, eumque vel *parum abhinc*, vel *longiori* jam *temporis ſpatio elapſo;* dein an femina ſit *gravida*, nec ne, an *graviditas* ſit *vera ſpuriave*, & *quousque* jam vera graviditas ſit *progreſſa;* porro an *fœtus* gremio materno adhuc incluſus *vita præditus* ſit, an ea *orbatus;* denique ea quoque *prognoſin* largitur, cujus ope obſtetricans pronunciare valet, an *partus inſtans* erit *naturalis* an *præternaturalis*, *facilis* vel *difficilis*, vel & per vias conſuetas prorſus *impoſſibilis*. Omnia hæc ſigna præcipue *digito tangente*, obſtetricanti normam ſuarum actionum præbente, eruuntur heic ac determinantur, ea omnia, quæ ad modum explorationis pertinent, qua partem peculiarem hujus ſcientiæ.

In *Pathologia* & *Therapeutica* parte *Obſtetricia* ſcientiæ multa quoque obſtricanti ſcitu neceſſaria occurrunt: conſueti nimirum — *morbi* (quorum mentio jam facta ſpecialis in pathologia, & therapia ſpeciali:) horumque *Symptomata* durante graviditate occurrentia, vel a graviditate ipſa pendentia vel non, eam vero, & inſtantem partum difficilem tamen reddentia, niſi iis antea principiis medi-

dicis obviam eat obſtetricans, eaque vel tollat, vel mitiget tamen; *Symptomata* quoque *vitæ* vel *ſanitati prolis* utero incluſi *nociva*; ita & *morbi partium genitalium*, vel cura interna, mediis congruis, vel manu chirurgica aut *prorſus* tollendi aut mitiores & reſpectu partus innocui reddendi; & totum demum regimen, tam generale, ratione venæſectionum laxantium, balneorum, &c. quam ſpeciale diæteticum potius, in uſu rerum ſex non naturalium, tam *gravidæ* quam *parturientis* & *puerperæ*; præcipue quoque *morbi puerperis*, vel proprie infeſti vel caſu improviſo acceſſorii, iique denique quoque *infantes* remotos afficientes.

Ex his breviter prolatis ſatis ſuperque patet, quam arcte ſcientia hæc cum reliquis Medicinæ juncta ſit partibus, ita ut ſine hujus ope nunquam clara reddi poſſit atque ſecura.

§. 130.

Scientia Obſtetricia Manualis demum omnia ea comprehendit, quæ Obſtetricia ſenſu ſtrictiori ſumta, nimirum ea, quæ ad partum terminandum atque facilitandum, externa adminicula, præcipue manu obſtetricia ſuppeditanda, ſubminiſtrant. Auxilium omne, quod Obſtetricans ſexui ſequiori ante, in, & poſt partum ferre valet, variat pro diverſa ipſius partus conditione: diverſæ inde natæ ſunt diviſiones, cognitioni obſtetricantis maxime neceſſariæ & ab ipſo in animo probe retinendæ.

Variant autem partus vel ob diverſum foetus in utero ſitum, vel ob diverſam aut matris aut prolis, reſpectu quoque inter utrumque ſubjectum habito, conditionem. Senſu maxime amplo *partus* peragitur vel *per vias conſuetas*, ex utero per vaginam, vel *per vias inconſuetas*.

Prior

Prior claſſis comprehendit partus *naturales* & *præternaturales*. *Naturales* ſunt vel *faciles* vel *difficiles*.

Inter partus *Naturales faciles* palmam cœteris præripit partus *perfectus*, naturæ ordini conſentaneus, facillimus. Tali in partu, uti in plurimis reliquis partus, per vias conſuetas, ſpeciebus, ad varia obſtetricanti attendendum, ab eoque peragenda ſunt, quæ hinc ſpeciatim in obſtetricia manuali traduntur.

Nimirum quæ tam in matre, quam in neonata prole obſervatu neceſſaria ſunt: Præparatio parturientis ad partum, reſpectu quoque habito vel ſellæ vel lecti ad partum facile edendum apti; auxilium manuale ad facilitandum partum ſub tranſitu capitis atque trunci fœtus per pelvem maternam, ſc. preſſio perinæi, cet. placentæ vel ſola extractio vel ſolutio; quæ circa lochia, vel juſta vel morboſa, aut retenta aut nimis profluentia, quæ etiam circa dolores poſt partum obſervanda, totumque regimen puerperæ. In infante, deligatio funiculi umbilicalis, examen totius corporis, lotio, cet. totumque regimen neonati ſani æque ac morboſi.

Inter partus *naturales faciles* referendi quoque ſunt ſequentes: *abortus*, partus *præmaturus*, *præcipitatus*, *ſerotinus*; qui omnes faciles quoque eſſe poſſunt, reſpectu ad pelvis maternæ cavum habito, aſt naturæ ordini minus conſentanei ſunt. In omnibus his *partus naturalis facilis* ſpeciebus variant tamen adminicula adhibenda, quæ hinc ſeorſim traduntur in Obſtetricia manuali, uti & ea, quæ peragenda occurrunt in partubus naturalibus quidem, aſt ſic dictis *difficilibus* vel laborioſis. In quonam partus genere æque ac in naturali facili ſemper caput fœtus, & plerumque ſuperius ovale prævium

de-

deprehenditur in centro pelvis, ac utplurimum in centro orificii uterini.

Partus autem naturales *difficiles* vel laborioſi,

A) aut *ſolis naturæ viribus*, multis vero difficultatibus & in longo temporis ſpatio, *terminari valent*, quam ob cauſam *partus protracti* vocantur;

B) aut *absque* externo obſtetricantis *auxilio manuali terminari prorſus nequeunt*, quod peragitur

a) vel *ſolis manus obſtetriciæ encheireſibus*: ubi ſc. proles per ſe edi nequit,

α) ob vitia organica in matre; ob pelvem vitiatam; genitalia externa nimis rigida; ſitum uteri obliquum; uteri ſpaſmum, inflammationem, polypum, herniam; vaginam nimis arctam, prolapſam; varices prægrandes; veſicam urinâ nimis diſtentam, &c.

β) ob vitia reſpectu prolis; ob ſitum non ſatis juſtum; cum capite ſimul prævium funiculum umbilicalem, vel circa collum fœtus volutum, &c.

b) vel ope *Inſtrumentorum* aptorum. Hæc vero inſtrumenta, eorumque juſta applicatio, variant quoque ratione tam conſtitutionis matris, quam prolis ejusque ſitus, quorum ſingulorum ſpecialiſſima heic diſquiſitio inſtituitur; ſunt vero ea vel

1. a) *Innocua* ſ. neque matrem neque prolem lædentia; & quidem

1) *Vectis*, 2) *Forceps*, 3) *Unci obtuſi*.

Quibus in caſibus & quo modo, quibusque ſub cautelis, applicanda ſint hæc & reliqua inſtrumenta, clare oſtenditur in hac ſcientiæ medicæ noſtræ parte ſpeciali, quibus ſimul quoque additur hiſtoria ſuccincta horum & reliquorum in-

inſtrumentorum, etiam nunc vel minus uſitatorum, vel obſoletorum vel prorſus exterminandorum, quomodo ea ſc. variis temporibus a variis auctoribus inventa ac deſcripta; ab aliis vero vel correcta vel & minus utilia reddita ſint.

2. a) *Inſtrumenta* vel ſunt quoque *lædentia*, quæ nimirum lædunt vel

aa) *fœtum*; uti

1) *Perforatorium* in perforatione cranii;

2) *Cultra* varia in detruncatione ſive abſciſſione membrorum;

3) *Trunci acuti* tam in capite a trunco avulſo, & in utero relicto, adhibendi, uti & ad truncum, ſimiliter avulſum & in utero hærentem, extrahendum. 4) *Acus triquetra* in paracenteſi thoracis vel abdominis hydropici.

bb) vel matrem, uti

1) *Cultra ſecantia* in *Partu cæſareo*;

2) Varia inſtrumenta lædentia in *ſectione ſynchondroſeos oſſium pubis.*

§. 131.

Partubus naturalibus oppoſiti ſunt *præternaturales*, qui etiam faciles eſſe poſſunt, ſi matres in ejusmodi caſibus amplis gaudent pelvibus, plerumque vero difficiles ac perdifficiles ſunt. Ad partum præternaturalem impedimenta ſunt vel a parte infantis, partum efficientis præternaturalem, vel a parte matris. In his non capitis fœtus, ſed quævis alia pars vel corporis, vel artuum fœtus in centro vel medio pelvis maternæ prævia eſſe poteſt. Secundum præcipuas vero partes ſequentes conſtitui

poſ-

poſſunt horum partuum varietates ac diviſiones: quæ heic quoque ſpecialiſſime penſitantur.

Partus nempe 1) *pede* prævio vel tantum uno, vel utroque, qui vocatur partus *agrippinus*; 2) *genu*, tam uno, quam utroque; 3) *crure*, uno ſeu utroque; 4) *natibus* latere anteriori vel poſteriori præviis; 5) *genitalibus*; 6) *lumbo*, dextro ſive ſiniſtro; 7) *coxa*, dextra vel ſiniſtra; 8) *tergo*; 9) *pectore*; 10) *humero*, dextro vel ſiniſtro, anteriori vel poſteriori; 11) *brachio* vel uno vel utroque prolapſo, vel & cum pede ſimul; 12) *collo*, & quidem vel anteriori, vel laterali, vel poſteriori latere.

In omnibus his Partus præternaturalis ſpeciebus multum vero variare poteſt fœtus ſitus, & pelvis maternæ quoque forma ac capacitas, accurate hinc varii hi caſus, & quodnam diverſum auxilium in iis adminiſtrari oporteat, determinantur in hac embryulciæ parte. Ea quidem in iſtis communiter adhibetur operandi methodus, qua infantis pedes manu obſtetricante quæruntur, ac iſtis is extrahitur, qualis methodus hinc *Verſio* appellatur; aſt multum tamen ea variat variæque encheireſes ſimul in ea obſervandæ occurrunt, pro ratione diverſitatis ſitus ac conditionis, tam prolis quam matris; quæ heic ſigillatim & accurate penſitantur, & determinantur.

Partus vero iſti, qui naturales & præternaturales eſſe poſſunt, appellantur *mixti*: qui occurrunt præcipue, ubi *plures infantes*, in partu *gemellorum*, &c. vel *monſtra*; vel & *fœtus concreti* in utero matris incluſi ſunt. Aliud quoque partuum Genus heic obvenit, quod vocari poſſet *excretio* vel *extractio conceptionum ſpuriarum*, quales conſtituunt concretiones polypoſæ, hydatides prægrandes, molæ, &c.

Par-

Partus per *vias inconſuetas* efficiunt *conceptiones extrauterinæ*, fœtus vel in *ovariis*, vel in *tubis fallopianis*, vel in *cavo abdominis*, ac denique *lythopædia*, quales partuum omnes ſpecies & varietates *ſectione* nonniſi *cæſarea* terminari valent.

§. 132.

Reſtat adhuc, ut & illius brevem mentionem faciamus, quod obſtetricantem ſæpius quoque coram foro judicium ſuum ferre oporteat; partis iſtius ſcientiæ *obſtetriciæ*, quæ *forenſis* appellatur, & e medicina forenſi, legali proprie deſumta eſt. In ea nimirum oſtenditur, quomodo dijudicari poſſit, *an fœmina* aliqua ſuſpecta adhuc *virgo* ſit, an vero *ea peperit & ex quo*, an adhuc *gravida & quonam menſe geſtet prolem*, an vero jam *puerpera* facta; porro quomodo judicandum ſit de *vita fœtus* neonati, in infanticidio ſuſpecto, de *ætate* vel fœtus *præmaturi* vel iſtius, qui jam *per tempus reſpiravit*; an porro femina *ſterilis* ſit, an vero *ad concipiendum idonea*; variisque *de aliis morbis genitalium* in foro deferre obſtetricantem quandoque oportet judicium, ut hinc, qui juſtum viri obſtetricantis characterem ferre contendit, omniaque officia pro hoc munere tam gravi ei convenientia, rite explere cupit, ea quoque omnia, quæ obſtetricia dicta forenſis tradit, probe cognita ac perſpecta habeat, neceſſe eſt, plane peculialiter hinc pars hæc in embryulcia pertractatur.

§. 133.

His abſolvuntur præcipua ſcientiæ noſtræ capita, in quibus vir obſtetricans edocetur, quo optimo modo ſexui parturienti auxilium ferre poſſit præſentiſſimum atque exoptatiſſimum, ut tot tantisque variis in caſibus vitam vel matris vel prolis, vel utriusque alias certo interitu ſi poſſit ſervare, ut hic exinde

per

per ſe ſatis ſuperque pateat hujus ſcientiæ *Neceſſitas* atque *Uſus*; qualis ſcientia quæ præſenti noſtro ſeculo variis in regionibus, Germaniæ inprimis, comptiori ſplendet ornatu, qua nobiliſſima & utiliſſima ſcientiarum, digna ſane, quæ eruditorum ordinem exerceat, nec meris, uti ſuperiore ætate, feminis obſtetricantibus.

Contemplamur enim partum, actionem corporis muliebris tam admirabilem, cæterorum artificia continentem, quam admirabilis ſtructuræ & conditionis eſt uterus, fœtus per novem menſes habitaculum, e ſua ſtructura fœtum recipiens, nutriens, expellens, quem naturæ miraculum vocare viri eruditi certe non dubitarunt, parca quædam moles vaſa recondit, & motus fibras, tam admirando nexu, ut cum ipſo fœtu creſcente expandatur, & maximo illum cavo contineat, donec fœtus terminum a creatore præſcriptum fuerit adeptus, quo ſua ſponte in arctius rurſus contracta ſpatium, ſe ipſam aperit, ac fœtum in lucem emittit, quorum actu tam miræ ſe invicem excipiunt mutationes, omni accurata conſideratione digna, uti reliquæ naturæ humanæ actiones. — Quis, inquit tam expertus, in obſtetricia Rœderer, ſpeculatione unquam aſſequetur orificii uterini varias formas, variam molem? quis hanc cognitionem vanam & inanem credet? Apertura ſtili vix capax tempore partus, eo usque eſt augenda, ut fœtum transmittat; quodſi impune debeat fieri, non ſimul & ſemel eſt diſtrahenda, ſed novem menſium circumvolutione, ita præparanda, ut ſine ulla noxa porta pandatur, univerſi hujus artificii intimior diſquiſitio animato erudito viro obſtetricanti tantum conceditur, de die in diem iſte obſervat accurate, quomodo iſta tam longa, firma, cartilaginis duritiem æmula ſubſtantia molleſcat, fiat brevior, diducatur, attenuetur,

iſi

in ampla dehiſcere poſſit labia, tam facili modo penitus ſejungenda, ad fœtus eo faciliorem & commodiorem exitum: quæ momenta non exigua, exceptis variis aliis, penitiori examini obſtetricantis æque digna, & proficua, ſufficiunt jam ad evincendum non niſi ſolerti obſervatori obſtetricanti partus recondita artificia eſſe recluſa.

In ſtatu vero præternaturali, mala tam diverſa obvia, præcavere, diminuere, imo tollere valet, ſcientiæ obſtetriciæ peritus, ſine nauſeoſa medicaminum farragine, nec ulla partium aduſtione l. inciſione dolente, ſed tam mollis tantum manus applicatione, plurima, ſi non omnia, perficiente, permulta quidem removente, impedimenta, fœtum in mundum ducente, matri & infanti vitam ſervante, ac ſanitatem reddente.

Quam *præclara*, quam *ſalutaris*, *utilis* & ſumme *neceſſaria* itaque eſt hæc pars medicinæ practicæ, ſcientia nempe *Obſtetricia*, non ſingulis tantum terræ incolis, ſexui fœminino, ſed universæ quoque reipublicæ, quæ marito dulcem reddit conjugem, proli matrem, matri laborum mercedem, univerſæ familiæ ſolamen, e qua regnorum interdum pendent auſpicia.

Obſtetricia hæc ſcientia medicinæ quoque forenſi utiliſſimum affundit lumen, recta proferendo judicia de virginitate, graviditate, abortu & facto, & metuendo ac præcavendo, de partu emiſſo, vel, fœtu occiſo, de fœcunditate ac ſterilitate, partus præmaturi vitalitate, de legitimo partu, & quæ ſunt alia commoda. Sic exempla non deſunt haud exigua malorum, a neglecta hac ſcientia enatorum. *Sic* permulti jam fœtus, una cum matribus, tam funeſto ſupplicio ſunt affecti, ex mera obſtetricum ignorantia, qui matris negarunt graviditatem; qui

 cer-

certo fuiſſent ſervati, ſi ſagax medicus matrem explorare nec ignoraſſet, nec erubuiſſet. *Sic* multoties jam peperit puella, ab obſtetrice paulo ante intacta virgo laudata; ſic ipſa divortia, ob deſuper habitam obſtetriciam, facta in actis medico-legalibus reperiuntur.

Medico-practica nonniſi ad præbendas parturientibus auxiliatrices manus, quamvis & hoc officium ſæpius honori & emolumento eſſe poſſit, hanc addiſcere ſcientiam obſtetriciam oportet, theoretica ſaltem principia, graviora enim atque majoris momenti ſunt officia, quæ medico leges interpretanti incumbunt, quorum ſane officiorum multa, ſine intimiore artis obſtetriciæ ſcientia nec intelligi, nec exerceri poſſunt. Quæſtiones variæ, quæ ſæpius medico in praxi occurrunt, de infanticidio, partu, obſtetricum examine, teſtantur id quoque ſufficienter, quanti ponderis ſint ſubſidia, quæ a medico forenſi e ſcientia potius obſtetricandi deſumuntur, phyſico inprimis urbis, qui ſine iſta circumſpecta ſcientiæ hujus cognitione nec fingi nec haberi poteſt qua bonus & prudens medicus forenſis.

1) Scientiæ *obſtetriciae univerſae* Autores.
S. *Scharſchmidt* Abh. von der Geburtshülfe. v. *Nicolai* vermehrt. Berlin 751. 763. 4. *Daniel* Hebammenkunſt. Lpz. 747. 8.
Aſtruc l'Art d'accoucher. Paris 766. 12. R. *Manningham* artis obſtetriciæ compend. Halæ 764. 4. *Raulin* Inſtruction ſuccincte ſur les Accouchemens en faveur des Sage-femmes des Provinces. Paris 770. 12. german. ab Alix. Langenſalz 772. 8. J. N. *Cranz* Einleitung in die Hebammenkunſt. Wien 756. 770. & *ej.* tractat. de re inſtrumentaria in arte obſtetricia. Norimb. 757. 4. *Burton* Syſteme nouveau de l'art des accouchemens, theorique & pratique avec Maladies des femmes, enfans, ex anglic. par *Lemoine*. Paris 773. II. 8. c. f.
*) J. E. *Thebeſii* Einleit. in d. Hebammenkunſt. Ligniz 756. 8. *) J. G. *Ræderer* Elementa artis obſtetriciæ. Göt-

Götting 752. 759. 766. 8. & cum notis *Wrisberg* 766. Paris 765. 8. c. f. & italice a *Galetti* 778. 4.

*) A. *Leuret* l'Art des accouchemens. Paris 750. 761. 766. & germ. a *Held*. Gera 772. II. 8. *) W. *Smellies* Treatiſe on the theory and practice of *Midwifery*. London 752. 754. 68. Edinb. 780. III. 4. germ. Altenburg 755. 763. 770. 8.

Puzos Traité des Accouchements. Paris 759.

*) J. *Leake* Lecture introductory to the theory and practice of *Midwifery*. Lond. 773. 4. germ. Lipſ. 778. 8. J. D. *Grauer* Anfangsgr. zur Hebammenkunſt. Lemgo. 765. 8. *Berdot* abregé de l'art d'accoucher. a Baſel 774. II. 8. *Deleurye* Abhandl. über die Geburten, nebſt der Behandl. der Krankheiten der Schwangern, Kindbettern und Kinder, cum notis D. *Flemming*. Breslau 778. 8.

*) G. A. *Frieds* Anfangsgründe der Geburtshülfe. Strasburg 769. 8. R. W. *Johnſons* new ſyſtem of *Midwivery*. Lond. 769. 4. germ. von *Loder*. Lpz. c. fig. 782. II. 8. *de la Motte* Traité complet des accouchements naturels, & contre nature, a Paris 765 II. 8. *) l'Art des Accouchements par M. *Baudeloque* a Paris 775. 781. II. 8. & germ. à *Meckel* Lipſ. 782. II. 8.

*) J. J. *Plenck* Anfangsgr. d. Geburtshülfe. german. Wien 768. & cum inſtrumentorum iconibus. 774. latine ib. 782. 8.

*) G. W. *Stein* theoret. u. pract. Anleit. z. Geburtshülfe. Caſſel 770. 772. 777. 783. II. 8. c. f. & *ejus* Hebammen-Catechismus. Lemgo 776. 8. *) R. J. *Steidele* Lehrbuch d. Hebammenkunſt. Wien 775. 8. *Dellmajer* Abhandl. von Geburten. Breslau 770. 8. *Lampe* über d. Geburtshülfe. 777. II. 8.

B. *Guerard* Anfangsgr. d. Geburtshülfe. Osnabruk 781. 8. J. P. *Hagen* Verſuch eines neuen Lehrgebäudes d. practiſchen Geburtshülfe. Berlin 781. II. 8. Geburtshelfer bey Entbindung d. Weiber. Glogau 770.

2) Scientiæ *obſtetriciae ſpecialiſſimae* Autores quidam, *obſtetricibus* dicati.

G. D. *Büſſel* Grundlegung zur Hebammenkunſt vor Wehmütter. Altona 753. Fleusburg 765. & *ejus* Unterr. für d. Wehmütter. Flensb. 770. 8. W. *Gulbrand* Hebammenkunſt für d. Hebammen. Lüneb. 774. 8.

T. *Reindel* Unterricht vor die Hebammen u. Wöchnerinnen in Städten und auf dem Lande Eiſenach 774. 8.

de *Chauſerie* Handbuch zum Gebrauch der Hebammen. Altona 783. G. *Schlichts* Unterricht vor Hebammen. Frft. 752. 8. *) J. *Steidele* Unterricht vor die Hebammen. Wien 774. 8. & *ejus* Hebammen-Catechismus. Wien 776. 8.

Kurzgefaſste Gedanken vom verderbten Zuſtand d. Hebammen in Teutſchland. Lübeck 752. 8. G. *Thilenius* Unterricht vor Hebammen und Wöchnerinnen. Caſſel 769. 775. 8. *) M. *Saxtorph* Umriſs der Geburtshülfe v. Wehmütter e danico a *Schröder*. Coppenh. 783. 8.

*) *Riecke* Unterricht vor die Hebammen in Würtemberg. Stuttg. 746. C. F. *Eſchenbach* Grundlage zum Unterricht vor Hebammen. Roſtock 763. 767. 8. *Flemming* Unterricht vor die Hebammen. Lipſ. 778. 8.

J. G. *Eſſich* pract. Unterricht vor die Stadt- und Land-Hebammen. Augſp. 780. 8. J. C. *Starkens* Hebammen-Unterricht in Geſprächen. Jena 782.

*) J. L. *Baudelocque* Anfangsgründe der Geburtshülfe aus dem Franz. v. *Camerer*. Tüb. 780. 8 *) *Mey* Unterr. vor die Hebammen. Manheim 779. 8. *) *Jaegerſchmid* Unterricht vor die Hebammen im Badiſchen. Carlsruh 775. 8. *Raulins* Hebammenkunſt. Langenſalz 772. 8.

Seuberts Hebammenkunſt. Ulm 770. *) L. J. *Kazenbergers* Unterricht vor Wundärzte und Geburtshelferinnen. Frft. u. Lpz. 779. *) M. P. *Ruhland* nöthige Kenntniſſe vor angehende Hebammenlehrer, Hausmütter, Hebammen, Kinderwärterinnen. Ulm. 780.

3) Scientiæ *obſtetriciae ſpecialioris* Autores quidam.

Deiſch Abhandl. v. d. Geburtsfällen und Brüchen. Augſp. 754. 8. *Hulme* on the puerperal fever. Lond. 771. 8. germ. Lipſ. 772. 8. Car. *White* treatiſe ou the management of pregnant and lyingin Wornen. Lond. 773. 8. germ. Erford. 775. 8. J. F. *Henckel* Anmerkungen über viele natürliche Geburten. Berlin 751. 8. ib. Abhandl. von Fuſsgeburten. Berlin 776. 8.

J. D. *Mittelhaeuſer* practiſche Abhandl. vom Accouchiren. Lipſ. 754. 8. J. *Deiſch* de neceſſaria in partu inſtrumentorum applicatione. Argentor. 740. 8. & *ejus* Abhandl. daſs weder die Wendung noch engliſche Zange in allen Geburtsfällen v. Mutter und Kind ſicher zu gebrauchen, noch d. ſcharfen Inſtrumenten gänzl. zu vermeiden ſind. Augſp.. 754. 766. 8.

R. J. *Steidele* Abhandlung von dem unvermeidlichen Gebrauch d. Inſtrumenten in der Geburtshülfe. Wien 774. 8. c. fig. J M. *Sontags* geh. Frauenzimmer- und Kinder-Apothecke nebſt e. Anweiſung zur Ge-

Geburtshülfe. Nrnbg. 752. 8. A. *Hamilton* Treatiſe and Midwifery. Edinb. 781. 8. & german. ſub titulo Abhandl. über d. *Hebammenkunſt*, Frauenzimmer-Krankheiten und d. Behandl. der Kinder in den erſten Jahren ex anglico v. *Ebelin*. Lpz. 782. 8.

Vernünftige Bedenken über mancherley durch Inſtrumente verunglükte Geburten von G. F. *Gutermann*. Frft. 761. 8. J. M. *Aepli* ſichere Zurüklaſſung d. Nachgeburt in beſtimmten Fällen. Zürch 776. 8. J. C. *Loder* de ſynchondroſeos oſſium pubis ſectione in partu difficili inſtituenda. Götting. 778. 4. H. *Büſch* Verhaltungs-Regeln für Schwangere, Gebährende und Wöchnerinnen gegen Vorurtheile und Miſsbräuche. Hamburg 782. 8. A. *Magnus* von den Geheimniſſen der Weiber. Nrbg. 768. 8. jam Argentorat. 516. 760. 8. editum & recuſum.

G. D. *Bœſſel* d. Hauptwerk in d. Hebammenkunſt. Flensb. 763. 8. & *ejus* von der Wendung, nebſt einigen andern ſeltenen Fällen. Flensb. 764. 8. & *ej.* d. angenehme und unangenehme bey Ausübung d. Geburts-Hülfe. Quedlinburg. 764. 8. P. *Camper* Betracht. über e. Gegenſtände aus d. Geburtshülfe über d. Erziehung d. Kinder, d. Urſache der verſchiedenen Brüche bey neugebornen Kindern. ex batav. Lpz. 776. l. 8. c. fig.

S. W. *Stein* de præſtantia forcipis ad ſervandam fœtus in partu difficili vitam. Caſſel. 771. 4. & *ejus* pract. Abhandl. v. Kaiſerſchnitt. Caſſel. 775. 8. C. N. *Jenty* demonſtrat. uteri prægnantis. Nrnbg. 761. 8.

P. *Mones* dilucidationes circa ſigna virginitatis & perſpicua hymenis illibati teſtimonia. Roſt. 763. 8. J. C. *Sommer* Beobacht. über die in d. Gebährmutter zurückgebliebene und e. Sack eingeſchloſſene Nachgeburt. Braunſchw. 768. 4.

J. G. *Morgenbeſſer* de fœtus non vitalis partu digerendo. Frft. 767. 4. & *ejus* von der Nothwendigkeit des Zufühlens. Frft. 773. 8. Die Kunſt, das menſchliche Geſchlecht fruchtbar zu machen. Langenſ. 774. 8.

4) Scientiæ *obſtetriciae ſpecialiſſimae* Autores *anatomici*.

G. F. *Gutermann* erklärte Anatomie für Hebammen. Augſp. 752. 8. J. G. *Walter* Betracht. über die Geburtstheile des weiblichen Geſchlechts. Berlin 776. 4. c. fig. *) J. G. *Rœderer* Icones uteri humani obſervationibus illuſtrati. Götting. 758. fol. c. fig. *Wrisberg* Obſervat. anatomico-obſtetriciæ de ſtructura ovi & ſe-

ſecundinarum human. Götting. 783. 4. c. f. *) A. *Bœhmer* obſervat. anatom. circa uterum hum. Halæ 752. fol. *) W. *Smellie* anatom. Tabellen mit Erklär. u. einem Auszug d. pract. Hebammenkunſt. ex anglic. v. L. *Huth.* Nrnbg. 758. fol. Augſp. 782. c. f. 8. *) G. *Hunter* Anatomia uteri humani gravidi. Lond. 774. c. f. fol. & *ejus* tabulæ de utero gravido. Lond. 769. fol. *) *Albini* tabulæ uteri mulieris gravidæ. Lugd. Bat. 755. fol. J. G. *Rœderer* icones uteri humani obſervationibus illuſtrat. Gött. 759. fol.

ſ) Scientiæ *obſtetriciae* autores quidam, qua *Collectores* & *Obſervatores* noti.

*) P. *Camper* Betracht. über einige Gegenſtände aus d. Geburtshülfe u. über d. Erzieh. d. Kinder. Lpz. 778. II. c. f. 8. *) J. G. *Rœderer* obſervation. medicar. de partu laborioſo decades duæ. Götting. 756. 4. & *ejus* de non damnando uſu perforatorii paragomphoſi ob capitis molem. Götting. 758. & *ejus* de ulceribus utero moleſtis. Götting. 758. 4. & *ejus* de partu laborioſo. Götting. 760. 4. & *ejus* opuſcula medica. Gött. 763. 4. M. *Michels* einige Fälle u. Beobachtung. aus der Einbildungs-Wiſſenſchaft. Lpz. 781. 8.

*) R. *Steidele* Samml. verſchiedener merkwürdiger Beobachtung. chirurg. Vorfälle u. widernatürl. Geburten. Wien 774. 781. *ejus* Nachtrag. Wien 775. 781. 8.

*) *Ehrhards* Samml. von Beobachtungen zur Geburts-Hülfe. Frft. 773. 8. H. C. *Schrader* obſervation. rarior. ad rem medicam & obſtetriciam ſpectantium. Wolfenb. 760. I. 8. 770. 8. *) *Levret* Wahrnehmung. von den Urſachen und Zufällen vieler ſchweren Geburten. e gallico cum notis a *Wallbaum.* Lübeck 758. & gallice. Paris 747. 762. 770. 8. & *ejus* die Beſchwerlichkeiten der Geburtshülfe aus Beyſpielen. Buzov. 778. 8. *) *Delius* einige Beobacht. u. Unterſuch. über d. Erzeug. d. Geburtshülfe. Nrnbg. 767. 8. & *ejus* obſervation. ad partum faciliorem ſpectantes. Nrnbg. 760. 4. *) *Saxtorph* Erfahrungen von übelſtehenden Geburten. e danico. Soroe 764. Coppenh. 766. 8.

J. F. *Henkels* Anmerk. viel. natürl. Geburten zur Verbeſſer. d. Hebammenkunſt. Berlin 751. 4. & *ej.* Abhandlungen von der Geburtshülfe. Berlin 761. 774. 8. & *ejus* Abhandl. v. Fusgeburten. Berlin 776. 8.

*) W. *Smellie* Sammlung beſond. Fälle und Bemerkung. in d. Hebammenkunſt, (ex angl. London. 754.) von *Königsdörffer.* Altenb. 763. 8.

G. v.

G. v. *Dœverer* obſervation. academic. ad monſtrorum hiſtoriam & artem obſtetriciam ſpectantium. Götting. 765. 4.

Plures Autores *Scientiae Obſtetriciae* & *univerſalis* & *ſpecialis*, recenſentur in *A.* le *Roy* litter. Hiſtorie, und practiſchen Unterricht in d. Entbindungs - Kunſt, e gallic. a J. *Nuſche.* Frft. 779. 8. ut & in Hieron. a *Vigiliis* de *Kreuzenfeld* bibliotheca chirurgica, ſub titulo ars obſtetricia.

§. 134.

Medicinæ practicæ præcipuam conſtituit partem, excepta clinica (ſ. therapia interna,) & chirurgica, (ſ. therapia externa,) *caſuiſtica*, ſ. *conſultatoria*, in qua inprimis caſus varii difficiliores & rariores, tam e therapia interna quam externa practici deſumti examinantur, dijudicantur & curatio eorum exacte deſcribitur.

Pathologiam comprehendit ea *caſualem* ſ. individualem, morborum plane ſingularium hiſtorias, deſcriptiones, & curationes, partiales per caſus in ſingulis individuis occurrentes, & cautelas medico-practicas, methodum medendi illuſtrantes, ad faciliorem & tutiorem ſanandi rationem permultum facientes. Morbi fere omnes, tamen, e præſtantiſſimis, ſcriptoribus practicis, ex eorum obſervationibus, hic ad vivum depicti occurrunt, præcipuæ morborum cauſæ, & de eorundem eventu judicia traduntur, indicationes curativæ exponuntur, remedia longa ſemper praxi & experientia probata, præſtantiora ſaltem, accurate recenſentur & communicantur, ac concinnæ quædam formulæ addun-tur, ut cito tuto & jucunde, & qua fieri poteſt certitudine, auferri poſſint morbi, ſanitasque amiſſa cujusvis hominis reſtituatur.

Inſignis copia cauſarum & ſymptomatum, quæ in multiplici varietate perſonarum ſub tam innumeris

meris formis ſe transmutare ſolent, omnes quoque propriæ obſervationes & cognitiones morborum acquiſitæ inſufficientes, & remedia cognita in quibusdam morbis, ſæpius ſine effectu ſe manifeſtantia, vel contrarie efficientia, exercitatiſſimum & experientiſſimum medicum ſæpe deſerunt, & efficiunt ita, ut plane ſit interdum incerti conſilii, quid in iſto morbo faciendum; obſervandi hoc ſtudium, & obſervata iſta practica virorum experientiſſimorum, jam pridem hinc, commendata & laudata ſunt a viris doctiſſimis.

Sic in ſcripto quodam, ſub titulo quondam edito, vera ad veram medicinam via, *Verdries*, quod verum medicum faciat demonſtraturus inquit: vera ad veram artem perveniendi via eſt, diligens, diuturna, & conſtans obſervatio, & infallibilis ex obſervatis, recto prudentis animi ſenſu ratiocinatio, utraque verum facit medicum, illa experientem, hæc prudentem. Fried. *Hoffmannus* in Medicina ejus ration. ſyſtemat. ex obſervationibus inquit, Medicus bonus theoreticus multum ſapit, inprimis vero ex his, medicamentorum vires, atque effectus, exquiſitiſſime pro corporum, & circumſtantiarum diverſitate inveſtigat. Cui conſentiunt quoque ea, quæ idem auctor alio quoque loco contendit. Quisque, inquit, qui therapiæ medicæ manum admovere tentat, ſolus in eo eſſe debet, ut plenas, nec fictitiis circumſtantiis corruptas, condat obſervationes, & undiquaque colligat: & ego addo, in morbis eo magis, qui & pertinacioris & rarioris ſunt indolis.

Cautelæ inprimis eæ ſi ſunt obſervatæ in iſtis obſervationibus & conſultationibus, medicis practicis, quod omnis in judicando effectu evitata ſit præcipitantia; ut in iis nec favore rei, nec ſententiæ pro-

propriæ ducti, effectus quidam feſtinantius, quam fieri debuiſſet, derivati ſint a cauſa, quæ non fuit, & quæ potius in re, minus nobis cognita, vel ad quam non tam accurate attentum fuit, latuit. Inprimis quoque, ſi omnis adhibita eſt cautio, ne iſti obſervatores fuerint nimis creduli, & experimento vel ſimul inſtituto, vel auctoritati aliorum, magis quam par eſt, omnem præſtiterint fidem. Sæpius quoque contingit, ut efficax ægrotantis natura, malum laboret exantlare, idque iſto cum effectu, ut morbum ſuperet, ac ſanitas reſtituatur. Crederet quiſpiam efficaciam hanc eſſe medicamenti interea adhibiti, non iterato illius uſu, ſæpiusque in caſu ſimili illo probato, iſte facile poſſet decipi, inprimis cum e promptuario novorum inventorum, nondum ſufficienter probatorum, prolatum ſit. Fuerunt & adhuc ſunt, qui inveniendo gloriam & auctoritatem quandam inter eruditos ſibi conciliare ſatagunt, ac effectum quendam, eximiis & miris laudibus, licet temere, efferunt, hoc vel illo tentato remedio. Omnibus hiſce qui nimis credulum ſeſe præbet, in illum convenit, qui leviter credit, deceptus ſæpe recedit.

Hæc & plura, quæ afferri poſſint, luculenter ſatis innoteſcunt, ex inſigni utilitate & neceſſitate Pathologiæ general. & ſpecial. ac Therap. ſpecialis internæ & externæ, cujus ſupra jam fecimus mentionem.

Qualia remedia, quæ adhuc reſtant efficaciſſima, ſint præſcribenda & adhibenda; ſtatus iſte anceps cogit interdum medicum confugere ad obſervata & ad conſultationes virorum celeberrimorum, & expertiſſimorum, quæ ſcriptis mandarunt de iſtiusmodi morbis tam implicitis, pertinacioribus, rarioribus, & curatu difficilioribus, eorum quaſi face

 viam

viam iſti acquirunt paratam, quæ ſine iſto ſubſidio, ſine iſtis *conſultationibus*, non tam facile forſan potuiſſet reperiri.

Per multum conferunt obſervationes iſtæ medico-practicæ, ut rerum cauſæ & effectus rite intelligantur, & ratio, qua inter ſe cohæreant, perſpiciatur; remedia ad ſanitatem reſtituendam rite præſcripta & adhibita, debent eſſe cauſa ſanitatis reſtituendæ, in quo ſimul rimandum eſt, quomodo remedium adhibitum ut cauſa & ſanitas reſtituta, tanquam effectus, ſeſe ad ſe invicem habeant, utrum effectus cauſæ reſpondeat, & ex illa poſſit explicari necne? Ad diſſidentes medicorum hypotheſes, opiniones & controverſias in praxi quoque decidendas multum conferunt obſervationes iſtæ medicæ, & hiſtoriæ morborum accurate conſcriptæ.

Obſervationes iſtæ *medico-practicæ*, de morbis tam univerſalibus, quam particularibus, ſemper ſunt tam eximii *uſus* & *neceſſitatis*, pars itaque iſta practicæ medicinæ, quæ eam comprehendit & tradit, iſtasque communicat obſervationes medicas, tam præclaræ eſt quoque ejusdem utilitatis & neceſſitatis.

1) Autores qui *Obſervationes*, *Collectiones* & *Excerpta* varia ediderunt *medico-practica*.

C. *Piſonis* ſelect. obſerv. & conſilia cura H. *Bœrhave*. Lugd. Bat. 733. 4. *Crato* a Kraftheim Conſil. & Epiſt. med. Libr. III. Frft. 595. 8. L. *Septalii* (*Settalo*) Animadverſ. & curationes med. Lugd. Batav. 652. 8. Mediolani 614. VII. & *ejusd.* Libri de peſte & peſtiferis affectibus. Mediolan. 622. V. 4.

J. *Cottieri* Obſervationes med Paris 656. 8. H. ab *Heers* obſervat medicæ raræ. Leodii. 631. 8. H. *Augenii* epiſtolæ & conſultation. medicin. Frft. 597. fol. N. *Chesneaux* obſervat. med. L. v. Lugd. Batav. 719. 4.

T. *Coberi* obſervat. medic. caſtr. chirurgicar. Dec. III. Helmſt. 685. 8. J. *Dumi* Epiſtolæ & miſcella medica. Tig. 592. 8. J. *Dolaei* Encyclopædia medica. Frft. 691.

691. 4. & *ejus* Encyclopædia chirurgica. Frft. 689. 4. M. *Donatus* de Hiſtoria medica mirabili. Frft. 613. 8. M. *Fonſeca* Conſultat. medicæ. Venet. 620. II. fol. N. *Fontani* obſervat. rar. analect. Amſtel. 641. 4. P. *Foreſti* obſervation. & curation. medicinal. Libr. 28. Frft. 602. 8. L. *Heiſters* medicinisch. chirurg. u. anatom. Warnemung. Roſtok. 753. I. 4. & II. Band. a F. *Cappel.* 770. P. *Hœchſtetter* obſervat. med. Decad. VI. Frft. 674. 8. H. *Hæfer* Hercules medicus, ſ. meditationes familiares. Norimb. 675. 4.

R. *Lentilii* Miſcellanea medico-practica. Ulm 698 III. 4. J. *Mathaei* conſilia medica. Frft. 608. J. *Montani* conſilia medica. Nor. 559. fol. J. N. *Pechlnii* obſerv. phyſic. med. Helmſt. L. III. 691. 4. 685. 4. V. *Riedlini* obſervation. med. Cent. III. Aug. Vind. 691. 8.

B. *Ronſei* epiſtolæ medicinales. Lugd. Bat. 590. 8. P. *Salmuth* obſervation. medic. Centur. III. Brunſw. 648. 4. *Saxonii* Hercul. prælect. practicar. Libr. II. Vicent. 619. fol. J. *Schenk* a Graffenberg obſervation. medic. Libri VIII. Frft. 600. 8.

A. *Thoner* obſervat. medic. Libr. IV. Ulm. 649. 4. & *ejus* obſervat. rariores. Frft. 665. fol. & Lugduni 744. B. *Timaei* epiſtolæ & conſilia. Lipſ. 677. 4.

Welſch Sylloge curationum. Ulm. 667. 8. Aug. Vind. 680. 4. *Veſlingii* obſervation. & epiſtolæ. Hafn. 664. 8. *Valleriolae* obſervation. medicin. Lugd. Bat. 695. 8. *Wedelii* Amœnitat. mater. med. Jen. 684. 4. *Stalpart* van der *Wiel* obſervationes rariores. Lugd. Bat. 727. II. 8. *) *Lommii* obſervation. medicinales. Jenæ 688. 12. & Amſtel. 738. 8. cum notis *Wedelii*. 715. 739. 745. III. 8. *Tulpii* obſervation. medicin. Amſtelod. 641. 672. & Lugd. Batav. 739. 8. c. f. H. S. *Bonneti* ſepulchretum, ſ. anatomia practica ex cadaveribus morbo denatis. Genev. 679. III. fol. & *ejus* Polyalthes, ſ. theſaurus medico-practicus. Genev. 691. III. fol. & *ejus* obſervat. cent. IV. Paris. 656. 8. J. N. *Binninger* obſervat. medic. centur. V. Montbell. 673. 8. *Plateri* obſervation. Baſil. 680. 8.

Blegry monatl. medicin. Anmerk. Hamb. 683. 8. J. N. *Bieringer* obſervat. med. Cent. IV. Montbell. 613. J. R. *Camerer* memorabilia medicinæ. Centur. XX. Frft. 683. 8. P. *Camerer* horæ ſubſecivæ. Frft. 624. Cent. III. E. *Camerer* ſyſtema cautelar. medicar. Frft. 721. 4. *Carl* medicina practica. Budingen. 719. 8.

Fore-

*) *Foreſti* conſultation. & reſponſa medic. Genev. 677. 4.

G. H. *Welſchii* Sylloge curationum & obſervat. medic. Aug. Vind. 675. 4. R. *Solenandri* conſilia medica. Frft. 596. fol. V. *Trincavelli* conſilia medica. Baſil. 587. 8. T. *Wier* obſervation. med. rarior. L. Bat. 620. 12. C. *Wittich* conſilia & obſervation. medicæ. Lipſ. 604. 4. J. *Wolff* obſervat. chirurg. medic. Quedlinb. 704. 4. *) *Zacuti* Luſitani de medicorum principum hiſtoria. Libr. VI. Amſtelod. 641. 8. F. *Zwingers* theatrum praxeos medicæ. Baſil. 710. 4. T. B. v. *Güldenklee* caſus medicinales. Lipſ. 662. 4. J. J. *Harderi* obſervationes medicæ. Baſil. 687. c. f. 4.

G. A. *Mökringii* hiſtoriæ medicinales. Amſtel. 739. c. f. 8. J. *Storchs* praxis caſual. medica. Eiſenach. 738. II. 4. S. C. *Stahls* colleg. pract. a *Storch*. Lpz. 732 4. & *ejus* collegium caſuale magnum. 733. caſuale minus. Dresd. & Lipſ. 741. 4. *) J. J. *Wepferi* obſervationes med. pract. *Tigur*. 727. 745. *Alexanders* medicin Verſuche und Erfahrungen. Lpz. 774. 8. *) *Burnet*. theſaur. medic. pract. Genev. 678. II. 12. *Kleinii* ſelectus rationalis medicaminum. Frft. 756. 8. F. B. *Lentin* obſervationum medicarum II. Celle 764. & 770. 8. ej. Beobachtungen. Götting. 774. 8. *) F. *Hoffmanni* medicina conſultatoria. Cent. X. Frft. 744. & german. Halle 721. XII. 8. & *ejus* Samml. auserleſener Caſuum v. d. vornehmſten Krankheiten. Halle 735. *Selecta* medica Francofurtenſia. Frft. 736. 8. c. f. F. *Ruyſchii* opera omnia anatomico-medico-chirurgica. Amſtel. 737. II. 4. c. f.

*) H. J. *Cohauſen* Europæ arcana medica. Frft. 757. II. 8. *Behrs* medicina conſultatoria. Augſp. 751. II. 4. *) J. B. *Morgagni* opuſcula miſcellanea. Neapoli 763. IV. 4. *Jahns* praxis medica theoretico-clinica. e latino Dresd. 761. II. 8. *) H. F. *Delii* amœnitat. medic. Lipſ. 545. 8. *) *Huxham* Samml. medicin. patholog. Schriften e gallic. Bremen 765. 769. 8. *) J. T. *Elleri* obſerv. de cognoſc. & curand. morbis acutis Regiom. & Lipſ. 762. 8. Samml. auserleſ. Warnehmungen aus d. Arzneywiſſ. 74. St. Strasb. 763.

*) Neue Samml. auserleſ. Wahrnehmungen aus allen Theilen d. Medicin e gallic. Strasb. 766-775. X. 8.

J. *Bader* obſervationes medicæ. Frbg. 780. 8. *) H. *Bœrhave* conſultationes medicæ. Gœtting. 752. Venet.

net. 766. & *ejus* rariorum morbor hiſtoriæ. edit. Balding. Frft. 771. 8. *Læſekens* neue u. ſeltene anatomiſch-chirurgiſch-medicin. Warnehmungen. Berlin 755. 767. 8. c. f. *) *Halleri* opuſcula pathologica, ſectiones cadaverum morboſor. continentia. Lauſannæ 768. 8. c. f. & *ejus* Beyträge z. Beförd. d. Geſchichte u. Heilung d. Krankheiten aus ſ. Samml. pract. Aerzte ein Auszug, c. not. D. L. *Crell* 782. IV. 8. & ej. Diſputationes ad morbor. hiſtor. & curationem facientes. Lauſannæ 757. IV. 4. *) E. G. *Baldinger* opuſcula medico-practica. Lipſ. 776. III. 8. & *ejus* Magazin für Aerzte. Lpz. 775. XII. 8. & *ejus* Sylloge ſelectior. opuſculor. medico-practicorum. Götting. 769-781. VI. 8. & ej. neues Magazin für Aerzte. Lpz. 783. V. 8. & *ejus* ſelect. doct. viror. opuſcula, in quibus Hippr. explicatur. 782. IV. 8. *) J. D. *Mezgers* Adverſaria medica. Traject. ad Rhen. 774. 8. *) M. *Herz* Briefe an Aerzte. Mietau. 777. I. 8. J. H. *Lange* miſcellæ veritates de rebus medicis. Lüneburg 774. 8.

*) *Leſkens* auserleſ. Abhandl. pract. u. chirurg. Inhalts aus d. phyloſophical-Transactionen. Lübek 774. V. 8. c. f. *) *Trecourt* Betracht. über verſchied. Gegenſtände d. Arzneik. Lpz. 778. 8. *) G. *Selle* neue Beyträge z. Natur n. Arzneiwiſſenſ. Berlin 782. II. 8.

*) J. de *Plenciz* acta & obſervata medica. Pragæ 783. 8. *) *Krebs* medicin. Beobacht. Quedlinb. III. Lpz. 760. 783. III. 8. *) Alex. *Monro* ſämtl. Werke pract. u. chirurg. Innhalts. Lpz. 782. c. f. 8. ex anglico. London. 781. 8. *) Wiener. Beyträge z. pract. Arzneyk. Chirurgie und Geburtshülfe v. *Mohrenheim*. Deſſau 783. II. 8.

P. C. *Fabricii* Animadverſ. medicæ variæ denuo editæ a R. *Lichtenſtein*. Helmſt. 783. I. 8.

*) C. G. *Gruner* Bibliothek d. alten Aerzte in Ueberſ. u. Auszüg. Lpz. 782. II. 8. *Scharſchmids* medicin. Nachrichten. Berlin 760. VI. 4. *Muzels* medicin. u. chirurg. Warnehmungen. Berlin 754. II. 8. *) St. de *Meza* opuſcula pathologico-practica. Hafniæ 776. 8.

*) Principes artis medicæ ex recenſione A. *Halleri*. Lauſannæ 768. XI. 8. *) *Bloks* mediciniſch. Bemerkung. Berlin 774. 8. C. *Weber* obſervation. medicar. Cell. 764. 8. *) J. *Allen* ſynopſis univerſæ medicinæ practicæ. Lipſ. 749. 753. Amſtel. 729. 755. 8. *) A. de *Haen* ratio medendi in noſocomio practico. Wien 759-773.

773. XV. 8. & rationes medendi continuatæ. 761. II. 8. & a *Platner* germ. Lipſ. 783. VI. 8.

*) Ant. *Stærk* Annus medicus. II. Vindob. 760. 761. ann. III. a H. J. *Collin*. 764. 8. *) *Stærk* præcepta medico-practica. Viennæ 777. II. 8. *) H. D. *Collin* obſerv. circa morbos acut. & chronicos. Vindob. 765-775. V. 8. *Brisbone* ſelect. caſes in the practice of medecine. London. 772. 8.

*) M. *Stoll* Ratio medendi in noſocomio pract. Vindobonenſi. Vindob. 776. III. 8. & german. Vind. 783. 8. & Breslau 781. *Biſſets* Medical. Eſſays and obſervations. London 766. 8. G. *Heuermanns* vermiſchte Bemerkung. u. Unterſuch. d. ausübenden Arzneywiſſ. Copenh. 765. II. 8. *) F. C. *Medicus* Samml. v. Beobachtung. aus d. Arzneiwiſſ. Zürch 764. II. 8. *) Ej. Geſchichte period. Krankheiten. Carlsruh. 764. 8.

*) M. A. *Weikard* vermiſchte medicin. Schriften. Lpz. 778. IV. 8. & ej. kleine Schriften. Mannheim 782. 8. & ej. obſervat. med. Frft. 775. 8.

*) *Marcard* medicin. Verſuche. Lpz. 775. 778. II. 8. *) Briefe über Beobachtungen a. d. practiſch. Arzneiwiſſenſch. v. C. F. *Uden*. Stendal. 779. 8. Fr. *Gebhard* Adverſaria medica. Baſil. 777. 8. *) Delectus obſervationum practicarum ex diario clinico depromptarum opera P. R. *Vicat*. Winterthur 780. 8. L. J. *Hirſchel* Briefe mediciniſche. Berlin. 768. II. 8. & *ejus* mediciniſche Nebenſtunden. Berlin. 772. 8.

*) Samml. auserleſ. Abhandl. zum Gebrauch für practiſche Aerzte. Lpz. 774-783. VII. 8. *) F. *Thiery* Erfahrungen in d. Arzneiwiſſenſch. e gallico. Lpz. 779. 8. J. P. *Hagen* Warnehmungen. Mietau. 772. 8. *) *Akermann* Magazin für Aerzte 782. IV. 8. *) G. *Schuſters* medicin. Journal über allerhand Materien in d. Arzneiwiſſenſch. Chemniz. 767-70. V. 8. *) *Alix* obſervat. medic. Altenb. 776. II. 8. *) J. *Brisbone* auserleſ. Fälle d. ausübenden Arzneikunſt ex angl. Altenb. 777. 8. C. *Stœller* Beobachtungen u. Erfahr. aus d. innern u. äuſſern Heilkunſt mit phyſiol. anatom. Anmerk. Gotha 777. 8. c. f.

*) G. *Vogel* Verſuch einiger mediciniſch. practiſch. Beobachtungen. Gött. 777. 8. R. A. *Vogel* academiſche kleine Schriften. Lemgo. 777. II. 8. *) J. G. *Fritze* medicin. Annalen für Aerzte u. Geſundheitsliebende. Lpz. 781. I. 8. *) F. *Home* medicin. Beobacht. und Verſuche aus d. Engl. v. G. H. *Königsdörffer*. Altenb. 768.

768. & *ejus* cliniſche Verſuche. Lpz. 781. 8. *) *A. P. Geſners* Samml. von Beobacht. aus d. Arzneigelahrtheit. Nördling. 769. V. 8. & *ejus* Entdeck. der neueſten Zeit in der Arzneigelahrtheit. Nördling. II. 782. 8. *) *Tiſſots* ſämtliche z. Arzneykunſt gehörige Schriften e gallic. cum Supplem. *Kerſten*. Lpz. 781. V. 8. *) *Mackbride* Verſuche ex anglic. Zürch 766. 8.

*) B. S. *Albini* annotationes academicæ. Leidæ 754. VII. 8. *) M. T. *Marx* obſervata medica. Berol. 772. 8. c. f. Obſervationes clinicæ. Varſov. 768. 12. *) L. G. *Ludwigs* medicina clinica. Lipſ. 758. 8. J. *Schrœder* medicin. practiſche Abhandl. Rotenb. 778. 8.

*) R. *Whytt* ſämtliche z. practiſchen Arzneikunſt gehörige Schriften. Lpz. 771. 8. *A. Duncan* caſus medicinales, ex anglico. & obſervat. de febrib. remittentibus Indiæ orientalis a *Royan* illuſtr. Lugd. Batav. 783. 8. & german. Lpz. 779. 8. L. G. *Scheidemantel* fränkiſche Beyträge zur Medicin in Krankengeſchichten u. Bemerkungen. Deſſau. 783. 8. *Schreiber* mediciniſche Betracht. Berlin 775. 8.

P. *Clares* vermiſchte mediciniſche chirurgiſche Abhandlung. Lpz. 782. 8. G. *Prochatska* annotat. academ. faſcicul. Pragæ 780. 8.

2) Autores, qui *Obſervationes*, *Collectiones* & *Excerpta* varia ediderunt *medico - chirurgica*.

Auteurs anciens de la Medecine & Chirurgie. Paris 634. 8. *Veſalii* opera omnia anatom. & chirurg. Lugd. Batav. 725. II. c. f. *) G. *Pfanns* Samml. merkwürd. chirurg. Fälle in Sections - Umſtänden. Nrbg. 750. W. *Bauer* neue chirurg. Warnehmungen. Rotenb. 777. 8. *) le *Dran* chirurg. Gutachten. Lpz. 773. 8. J. *Hill* chirurg. Beobacht. ex anglic. Lpz. 777. 8.

*) J. *Steidele* Samml. chirurg. Beobachtungen. Wien 776. I. 8. *Trecourt* chirurg. Abhandl. u. Warnehmungen e gallico. Lpz. 777. 8. Sammlung chirurg. Bemerkungen aus verſchiedenen Sprachen. Altenb. 777. 8. c. f. *Borff* Obſervat. anatom. chirurg. med. Halæ 731. 8. H. *Baſs* Obſervat. anat. chirurg. med. Halæ 731. 8. *) J. U. *Bilguers* chirurg. Warnehmungen. Berlin 763. 768. 8. F. *Geach* medicin. u. chirurg. Warnehmungeu. Zittau. 768. 8.

*) *Goulard* œuvres de chirurgie. Pezenas 766. II. 12. & german. Lübek. 767. 772. II. 8. & *ejus* Samml. merkwürdiger Zufälle aus d. Anatomie, Pharmacie u. Naturgeſchichte. Frft. 780. II. 8. J. F. *Henkel* Samml. me-

medicin. u. chirurg. Warnehmungen. Berlin 747. 8. Auswahl der beſten Auffäze u. Beobachtungen für Wundärzte aus Italieniſchen Schriften. Lpz. 783. 8. c. f. *) C. L. Murſina medicin. chirurg. Beobachtungen. Berlin 782. II. 8.

*) J. J. *Plenck* Samml. v. Beobachtungen über einige Gegenſtände d. Wundarzneikunſt. Wien 769. II. & 774. 775. 8. & *ejus* Auswahl d. chirurg. Arzneimittel nebſt e. Verzeichnis d. chirurg. Werkzeuge u. Bandagen e latino. Wien 775. *W. Bromfields* chirurgical obſervations and caſes in two volumes. London. 773. 8.

U. *Salchow* chirurg. Beobachtungen. Hamb. 767. 769. 8.

*) J. C. *A. Theden* Bemerk. u. Erfahrungen. Berlin 771. II. 8. & *ejus* neue Bemerkungen u. Erfahrungen. 776. I. & 782. II. 8. S. *Eller* nuzl. u. auserleſ. medicin. u. chirurg. Anmerkungen v. Krankh. u. Operationen. Berlin 770. 8. F. S. *Morand* opuſcules de chirurgie. Paris 768. I. 4. & german. Lpz. 776. 8. *) Samml. der Preisſchriften d. Kön. Par. Acad. d. Chirurg. v. J. G. *Zeiher*. *A*ltenb. 756. 4. *) *A*bhandl. d. Königl. Pariſ. Acad. d. Chirurg. v. G. *Zeiher*. *A*ltenb. 754. II. 4. P. *Potts* *A*bhandl. über verſchiedene Gegenſtände der *W*undarzneykunſt ex anglic. 771 - 774. II. 8. & *ejus* chirurg. Beobacht. aus. d. Engl. Berlin 776. 8. *A.* G *Richter* obſervation. chirurg. 775. & 776. II. 8.

*) *A. Monro* ſämtl. *W*erke pract. u. chirurg. Innhalts nebſt d. *A*bhandl. über d. vergleichende Zergliederung ex angl. Lpz. 782. c. f. 8. P. *Clares* vermiſchte chirurgiſche medeciniſche *A*bhandlung. Lpz. 782. 8. *) J. L. *Schmuckers* chirurg. *W*arnehmungen. Berlin 774. & 775. II. & *ejus* vermiſchte chirurg. Schriften. Berlin 776. & 779. II. 8. & *ejus* Samml. vermiſchter chirurg. Schriften. Berlin 775. 782. III. 8. c. f. C. *Pouteau* vermiſchte chirurg. Schriften von. d. *W*undarzneik. e gallic. Dresden 764. 8. c. f.

Bemerkung. über verſchiedene Gegenſtände d. chirurg. Arzneikunſt. Braunſchw. 782. 8. *Gooch* medical & chirurgical obſervations. Lond. 773. 8. S. *Schaarſchmidts* medicin. u. chirurg. Nachrichten. Berlin 739. 743. 748. 4. c. f. & *ejus* *A*nweiſung zum Stud. med. chirurg. 752

*) J *Mohrenheims* Beobacht. verſchiedener chirurg. Vorfälle. *W*ien 780. I. c. f. & Deſſau 783. II. & *ejus* wieneriſche Beyträge zur practiſch. *A*rzneykunde, Chirurgie u. Geburtshülfe. *W*ien 782. II. 8.

*) J.

*) P. *Frank* obſervat. quædam medico-chirurg. Erfurt. 783. 4. *) *W. Bromfoild* Chirurgical-obſervation &c. and Caſes. Lond. 773. 8. II. R. B. *Cheſtons* patholog. Unterſuch. u. Beobachtung. in d. Chirurgie aus d. philoſoph. Transactionen u. Sammlung, d. Jahre 758-765. Lübek 778. V. 8. & *ejus* patholog. Unterſuch. u. Beobachtungen in der *W*undarzneykunſt durch Zergliederung krankhafter Leichname, ex anglic. verſ. a J. C. *Scherf.* Gotha 780. *A. F. Vogels* chirurg. *W*ahrnehmung. Lübek 778. I. 8. & *Vogel* chirurg. medic. Beobachtung. Roſtock. 759. 8. c. f.

*) M. F. *Alix* obſervata chirurgica. Altenb. 774. Frft. 776. 777. & 778. IV. 8. *) Samml. d. auserleſenſten u. neueſten Abhandl. für *W*undärzte. Lpz. 779. III. 8. & 783. c. f. VII. 8. Abhandl. auserleſ. practiſch. chirurg. u. medicin. Innhalts. Lübek 776. III. 8. C. N. *Leppentin* obſervation. medic. chirurg. & artem obſtetriciam ſpectant. Hamb. 781. 8.

*) O. *Acrell* obſervat. chirurgicæ. Altenb. 776. 8. II. & german. Götting. 777. II. 8. c. f.

F. *Arand* obſerv. medico-chirurgicæ. Götting. 770. 8.

*) *Fothergill's* Aicount of the ſorethroat attended with ulcers. Lond. 769. 8. J. C. *Greding* vermiſchte medicin. u. chirurg. Schriften. Altenb. 781. 8. *) Abhandl. d. königl. Pariſ. Academie d. Chirurgie e gallic. v. H. *Königsdörffer.* Altenb. 781. V. 4. c. f. L. E. *Schneider* chirurg. Geſchichten mit theoret. und practiſchen Anmerk. Chemniz 773. 781. IX. 8.

W. Fabricii (Hildani) chirurg. Beobachtungen u. Curen e lat. v. F. *A. Weiz,* Lpz. 780. 8. & Flensburg 782. VI. 8.

Muzels medic. u. chirurg. *W*arnehmungen. Berlin 754. II. 8. de la *Motte A*bhandl. v. der Chirurgie. Nürnb. 762. & 763. IV. 8. J. *Hunczovsky* medicin. chirurg. Beobachtung. auf Reiſen beſond. über d. Spitäler. *W*ien 783. 8. *Eſchenbachii* obſervata quædam anatomico-chirurgico-medica rariora. Gryphsw. & Roſtoch. 753. II. 4.

CAP. XVI.

MEDICINA FORENSIS ET POLITIA MEDICA.

§. 135.

E diſciplinis medicis principalibus reſtat adhuc, qua pars præcipua Medicinæ practicæ, ſic dicta *Medicina Publica*, quæ 1) *forenſem* ſ. legalem ſ. *jurisprudentiam* medicam & 2) *politiam medicam* continet.

Jurisprudentia medica ſcientiam juſti comprehendit, principiis phyſico-medicis fundati, jurisperitis in re dubia firmum ſuppeditat fundamentum, quo concluſio illorum innititur. Dijudicat ea caſus dubios, in foro occurrentes medico, inſtructiones & dogmata ea tradit, medico ſcitu neceſſaria, quibus accuratam formare poteſt relationem, rite dein in foro deponendam, qua judex juſtitiam eo magis accurate poteſt adminiſtrare, & civium ſalutem eo melius promovere, quomodo certæ leges ad diverſas jurium ſpecies, ex genuinis ſcientiæ medicæ principiis ſint interpretandæ; quæ ſemper, qua pars medicinæ legalis eſt conſideranda, quatenus medicus forenſis, qua collega, quá auxiliator magiſtratus politici, in cura ſanitatis univerſæ reipublicæ poteſt reſpici.

Quatenus morbi, cauſæ, & ſublatio eorum inſignem exſerunt influxum in ſtatum hominum politicum, requirunt quoque ſpeciales determinationes, curationes, & quatenus in eorum praxi medica ſimul ſit reſpectus ad leges ſocietatis.

Medicina iſta appellatur *forenſis*: Medicum ea erudit de iſtis capitibus, ad quæ præcipue debet attendere, ſi bonas & utiles medico-forenſes debet exhibere renunciationes, quæ valet judicem, & politi-

liticum & eccleſiaſticum, reſpectu judicii ſ. alius ſalutaris inſtituti in re publica, erudire: qui non ad actiones tantum debet attendere corporis humani, ad functiones, quæ in machina corporis per fabricam ſolidarum ac mixtionem fluidarum partium, & vires moventes eveniunt, ſed præcipue quoque ad res externas debet reſpicere, quæ in homines agunt, quibus cauſæ vitam & ſanitatem conſervantes examinari; lædentes vero in aëre, victu, venenis &c. perpendi poſſunt.

Jurisprudentia jure quoque dicitur *medica*, ſancitis enim jam conſtitutionibus & legibus medicus explicationem ſubjungit phyſico-medicam, vel medicina *legalis* ſ. *forenſis* appellatur ea, quum e variis medicinæ dogmatibus & obſervationibus jureconſultus principia medico-phyſica repetit, & ad concluſiones accuratius eliciendas ea adhibet.

Dividunt quidam jurisprudentiam in *Medicam*, quæ a medico tantum exercetur, & in *Chirurgicam forenſem*, quæ a medico & chirurgo exercetur, ſi quæſtio eſt, de vulnerum lethalitate, de mortis cauſa, de veneni ſuſpicione, aliisque ad forum medico-juridicum pertinentibus quæſtionibus, ſi conſilium ab iis magiſtratus ſibi expetit: hinc verſatur ea circa inquiſitionem caſuum legalium ſcientia medico-chirurgica eruendorum.

Politia vero *medica* ſcientiam continet, rempublicam medicam bene ordinandi ac adminiſtrandi, circa cauſas forenſes, ſecundum principia phyſico-medica *ventilandas* & *dirimendas* proprie in jurisprudentia medica.

Jurisprudentiæ forenſis objecta ſunt partim corpus humanum, partim omnia naturæ producta, quæ effectum ac relationem in iſtud habent. Prin-

cipia phyſica ſenſu latiori hic aſſumuntur, quæ Anatomiæ, Phyſiologiæ, Hiſtoriæ naturalis, Chemiæ, Semiotices cognitionem plenariam & exactam ſupponunt, uti & partem medicinæ iſtam, Pathologiam & Therapiam nempe, quæ tam pharmacis quam manu medetur, circa morbos internos & externos, e quibus principia medicinæ inſervientia forenſi deſumuntur, quibus judici reipublicæ & civitatis cujusvis, in variis functionibus humani corporis viventis, varias exhibere poteſt dilucidationes, qua objectorum medicorum, quibus perpetuo verſantur, & principia proponendi, e quibus iſte dilucidare poteſt læſiones & noxas ejusdem corporis, uti & remedia inquirendi veritatem, quæ iſte ad manus ſemper habere poteſt, præter philoſophiam ſanam, qua præcipuam normam in jurisprudentia quoque medica, ad errores eo facilius & accuratius detegendos & eliminandos, qui jam irruere in ſyſtema iſtud, & novos, quantum fieri poteſt, evitandos.

Obſervarunt medici, varios nonnunquam caſus & in vita communi, & in regenda republica occurrere, ad quos dirimendos & tollendos, ad forum aut eccleſiaſticum, aut civile & criminale propius ſpectare, quorum tamen ea ſimul ratio eſt habenda, ut ſine adhibita prius cognitione medica, juſta queant ratione dijudicari.

Obſervationibus hiſce primum rudius, dein, ut fieri alias ſolet, accuratius collectis, ita uſi ſunt ad imperantium *conſtitutiones legislatorias*, ut exinde regulæ ac præcepta ſint formatæ, eaque in ſcientiam redactæ, ob huncce quidem finem *Medicinam legalem* ſ. forenſem, & *Jurisprudentiam medicam* denominarunt, quæ ſcientiam continet de renunciatione medica legitime inſtruenda ſ. judicio medi-

dico, ad judices informandos perquam utile, quæ minime nova condit medicinæ fundamenta, ſed medicinam tam theoreticam quam practicam ad caſus applicatam forenſes.

Subjectum medicinæ forenſis conſtituunt homo aliæque variæ res, quibus ſanitas vel conſervari vel lædi poteſt. *Objecta medicinæ forenſis* ſunt omnes corporis humani læſiones, quæ vitæ & felicitati humanæ afferunt detrimentum.

In varias quoque *dividitur* partes, uti aliæ ſcientiæ, *medicina legalis*. Diverſitates objectorum quidem, circa quæ jurisprudentia verſatur medica, ad *varias* ejus *diviſiones* & *partes* anſam exhibuerunt, & quidem 1) ad medico-*civilem*, 2) *criminalem*, 3) *eccleſiaſticam* ſ. *canonicam*, 4) *veterinario-civilem*, 5) *medico-militarem*, quæ continent officia medici in republica ordinanda, in legibus interpretandis, & juris civilis & juris criminalis, & eccleſiaſtici.

Quibus alii addunt conſuetam diviſionem in *generalem*, omnia iſta tradentem præcepta & officia, præmiſſis tam variis renunciationum ſpeciebus, quæ medico aut alii perſonæ renuncianti ſ. ſententiam in foro dicenti, quo judex juſtitiam magis accurate poſſit adminiſtrare, quæ generatim ſcitu ſunt neceſſaria; & in *ſpecialem*, generalia hæc momenta ad forum civile, criminale & eccleſiaſticum ſpeciatim relata, eaque dogmata, quæ medico cognita debent eſſe atque perſpecta, ſi ipſius judicium ideo eſt neceſſarium, ut eo melius ſaluti ſubditorum poſſit invigilare, caſus vero forenſes ſpeciales, de quibus & judex & politicus & eccleſiaſticus ſententiam ſuam debent proferre.

In parte jurisprudentiæ medicæ *generali* ſermo peculiaris eſt:

a) de *perſonis medicinalibus* facti certitudinem e principiis phyſico-medicis eruentibus, & in foro pronunciantibus juridico, eorum requiſitis & officiis rite in republica ordinandis & obſervandis ab iis, qui munere medici provincialis vel phyſici fungi cupiunt: de inepta eorum medendi ratione;

b) de modo ac ratione *caſus medico-legales* tam diverſimodos *eruendi*, elaborandi, & in foro legitimo & congruo modo pronunciandi;

c) de requiſitis neceſſariis *inſpectionis* & *ſectionis* cadaverum *legalis*: tam interne quam externe;

d) de relationibus medicis & *medico viſo reperto* rite conſtituendo ad congruas cautelas;

e) de *reſponſis collegiorum medicorum*, eorum neceſſitate, & modo iis reſpondendi;

f) de *hiſtoria jurisprudentiæ medicæ*, cognitione librorum litteraria ſpeciali.

In parte *Speciali* jurisprudentiæ medicæ & quidem

I) jus *medicum civile* reſpiciente penſitantur cauſæ civiles e principiis phyſico-medicis dijudicandæ;

a) *ætatum* notiones genuinæ, diviſiones, ſigna, termini, eorum ſingula jura, perſonarum ſingula privilegia;

b) *graviditatum* ſpecies veræ, ſimulatæ, ſigna celatæ, ſigna capacitatis hereditariæ infantis, ſigna patris legitimi & illegitimi, matris legitimæ & illegitimæ; gravidarum privilegia, termini jura & ſigna infantis vivi nati, mortui nati, legitimi, illegitimi, maturi, præmaturi, immaturi, ſ. non vitalis, ſerotini ſuppoſiti, ſuperfœtati, gemellorum, primigenii, deformis, mo-

molarum, monſtroſi, bicorporei, hermaphroditi, ſ. ſexus ambigui, ſigna partus prægreſſi, ſimulati, molæ enixæ, deflorationis;

c) *excuſationes* diverſimodæ rationibus medicis, ob mentis & corporis morbos locum habentes, eorum privilegia, diſpenſationes diverſæ, ab officiis publicis, a foro &c.;

d) doloſæ *morborum ſimulationes* & diſſimulationes, qua ficti & celati, ſingulorum ſigna;

e) diverſæ malæ *medendi rationes*, & lites circa curationes.

II) *Jurisprudentia medico-criminalis*, plures quoque comprehendit cauſas, e principiis phyſico-medicis dijudicandas, in quo potius opera prudentis medici, omnibus ſuis ſcientiis medicis probe inſtructi eximium exſerit uſum & neceſſitatem, quum in omnibus obviis caſibus medico-criminalibus, e ſcientiis phyſico-medicis eruendis, ad ſolidas Medicorum ſententias, relationes atque reſponſa judicis ſ. Juriſconſulti ſententias ſuas dirigunt, ſi de mox nominandis momentis incidunt *ſpeciales quæſtiones*, & quidem de *certitudine facti* phyſico-medica; de veritatis eruendæ rationibus; de *nociva* ac doloſa *potulentorum* vinorum præcipue & cereviſiæ *adulteratione*; de *venenis*, tam variis eorum differentiis, pro tribus ex iis deſumtis regnis, qualitatibus, ſignis, effectibus, & externe & interne nocivis; de *ſuffocatis* & quidem ſtrangulatis, ſubmerſis, fulmine tactis; tunc quoque de læſionibus morborum & mortis cauſis, de *lethalitatis* idea & diſtinctione, de varia læſionum conditione, effectibus; de ſignis *homicidii* per vulnus, contuſionem, ſuſpenſionem, ſubmerſionem in aquam, ſuffocationem, per venena & ſignis avtochiriæ; de *ſpeciali lethalitate*, diverſitate, de variis

riis homicidii ſpeciebus, & veneficiis; de *ſpecialibus læſionibus* & *vulneribus* capitis, colli, thoracis, abdominis, ſingularibus extremitatum partibus: de *infanticidio* & ejus ſignis per vulnera, contuſionem, ſuffocationem, ſubmerſionem, ob neglectam funiculi umbilicaris deligationem, per frigus, combuſtionem, efformationem, per neglectam debilitatem infantis neonati, procurati abortus, de vulneribus ejus externarum partium; de *poenis afflictivis corporum*, de quæſtionibus per torturam, earum notione, ſpeciebus, gradibus, effectibus variisque conditionibus applicationis; de ſignis ſubjectorum pro ſufferenda pœna corporea, pro tortura, de mediis eas tam permittentibus quam impedientibus & excuſantibus; de cuſtodia in carceribus, de conditione eorum, & reis iis incluſis; de condemnatis ad publicos labores ſuſtinendos, pro cujusvis peculiari conditione corporali accurate disquirenda eorum diæta, laborum conditione; de ultimo *ſupplicio*, qui ab iis ſunt liberi; de *inquiſiti defenſione* ex rationibus medicis.

III) Jurisprudentiam *medico-eccleſiaſticam* potius ſpectantia objecta, exceptis quibusdam ad criminalem æque pertinentibus, ſunt cauſæ, quæ in foro judicii eccleſiaſtici occurrunt, quorum dijudicatio & deciſio e principiis phyſico-medicis quoque eſt petenda, ad quæ ſpeciatim referuntur in eccleſia *romano-catholica*, quæſtiones medico-legales de jejuniorum eccleſiaſticorum obſervatione eccleſiaſticis votis, officiis eccleſiaſticis, de ſacra cœna in dubio mentis ſtatu, de ſacra periculoſe decumbentium cura, de habilitate & impedimentis ordines & officia eccleſiaſtica recipiendi, de cauſis dignitatem & officia eccleſiaſtica impedientibus, tollentibus l. relinquentibus ſ. ea non auferentibus: in *eccleſiis chriſtianis* ſigna objecti de baptisma-

mate, de monſtrorum, molarum, hermaphroditorum, fœtus immaturi baptiſmate, dubiis iſtis quæſtionibus, de ſignis illibati & læſi virginitatis ſtatus, de ſtupro violento, ſtupro non naturali ſ. pœderaſtia, de ingravidatione, impotentia, conjugali & virili & muliebri, de ſterilitate muliebri, virili, ſ. perſonis conjugio inhabilibus & abhinc pendentibus impedimentis matrimonii, de juſtis divortii cauſis ex rationibus phyſicis, de philtris & prægnantibus, de abortu procurato, verbis, factis irreligioſis in dubio mentis ſtatu conſtitutis, de ſignis dæmoniæ, magiæ, ſpectri, miraculi, de avtochirorum ſepultura.

IV) *Jurisprudentia veterinario-civilis*, verſatur circa brutorum, jumentorum & pecorum, quæ gregatim paſcuntur, ſpeciatim nempe equorum, boum, ovium, ſuum, morbos ac mortes, eorum emtiones & venditiones irritas, doloſas, damnoſas, pœna vindicandas, dijudicandas in præcipua parte medicinæ forenſis, alias utplurimum valde neglecta, in recentioribus vero temporibus pridie exculta, acquieſcere alias ſolitis, judicibus inferioris ordinis in hiſce cauſis, ſententiis ac effatis non ſatis plerumque adæquatis, veterinariorum carnificum, lanionum, fabrorum ferrariorum & plurium iſtius generis empyricorum, nunc vero prudentioribus judicibus ſententias ſemper inquirunt atque inveſtigant iſtorum inprimis medicorum, qui anatomiam comparativam atque artem veterinariam, morborum dijudicationes & curationes continentem, probe & plenarie callent, inprimis ſi de brutorum morbis vel mortibus *ambigua* occurrit *quæſtio*, quæ requirunt principia de brutorum morbis ac mortibus, venditionem eorum incongruam, ac pretii reſtitutionem valde neceſſariam efficientibus:

 ex

ex quo reſpectu peculiaris ejus ſit mentio in jurisprudentia medico-civili. Sermo itaque præcipue eſt in hac parte medicinæ forenſis, de ſolida diudicatione ſingulorum morborum & mortis in pecudibus, in ſingulis eorum claſſibus, epidemice quam maxime graſſantibus; de evictionis cauſa & tempore, in venditionis dijudicatione, ſagimandorum evictione obſervanda, cæterum de magiſtratus cura tempore luis pecorum; plurimorum enim regionum divitiæ a pecorum multitudine & ſalubritate pendent, reſpublica pecorum uſu carere nequit, ingens hinc oritur calamitas, ſi morbo contagioſo integris regionibus rapiantur armenta.

V) Jurisprudentiæ *medico-militaris*, quæſtiones & præcepta ad facta militum conſtituentis, quorum veritas e principiis phyſico-medicis æque eſt eruenda, præcipua ſpectant objecta, cauſas miſſionum juſtas & a militia excuſantes; cauſas temporariam militum vacationem & curationem deſiderantes, eorum teſtamenta, juſtas quasdam excuſationes circa militum officia; pœnas corporum afflictivas, excepto ultimo ſupplicio; quum cauſæ ad forum ſpectantes militare, vel jus civile commune & criminale reſpiciant, & ſecundum utraque hæc jura dijudicantur, vel perſonas militares earumque potius officium, & quidem ad normam juris militaris, vel in caſu neceſſitatis ad conſuetudines introductas militares, ventilandas & decidendas: in utrisque vero quidam ſæpius occurrunt caſus, e principiis phyſico-medicis deſumendis, qui neceſſario medicorum judicium requirunt, antequam finalis deciſio, & ſententiæ a judice forum conſtituente poſſint pronunciari, legum hinc medico-militarium ratio habetur peculiaris in jurisprudentia medica.

§. 136.

§. 136.

Secundam partem præcipuam jurisprudentiæ medicæ conſtituit *politia medica*, iſtam ſcientiam ſpecialem comprehendens, quæ rem medicam in republica reſpectu civium valetudinis ſecundæ tuendæ, adverſæque profligandæ, bene ordinandam, recte conſtituendam, gubernandam tradit, quæ palmaria vitæ & ſanitatis adminicula continet eaque dogmata, quæ noſſe debet medicus, ſi judex de eo eſt inſtruendus, potius, ut ſubditorum ſalutem magis poſſit promovere.

Res pecuaria quum ad felicitatem & fortunatum ſtatum civitatis non parum conferat, eorumque uſus in civium ſtatum ſanum influxum habeat inſignem, jumentorum, pecudum conſervatio, politiam medicam hinc quoque ex parte reſpicit.

Salus hæc reipublicæ potius promovetur a judice, qui omnem impendit operam, ut ſanitas publica, quantum fieri poteſt, potius conſervetur, qualis finis optime obtinetur, ſi judices conſtituunt medicos ſatis peritos, a quibus ea omnia expectari poſſunt, quæ ordinanda ſunt in republica, quo ſubditorum ſtatus ſanus, quovis modo conſervetur illibatus, & ea a medico accurate obſervantur momenta omnia', quæ civium ſanitatem vel lædere vel promovere poſſunt.

Cognitio plenaria ſubſidiorum, quibus vita, ſanitas & civium populatio incolumis poteſt conſervari, quibus amiſſa reparari poſſunt, *objectum* præcipuum hujus diſciplinæ conſtituunt.

Principum inprimis eſt, ex conſiliis medicinalibus leges condere, e quibus ſalus publica commodiſſime poteſt acquiri. *Magiſtratus* vero *politici*, omnem curam & vigilantiam adhibere, ut leges, & ſubſidia medicinalia optime ſerventur; *Medici* vero præ

ci

cipuum officium eſt, conſilia ſuppeditare, quibus res publica medicinalis optime eſt inſtruenda, congruis legibus phyſico-medicis.

Sermo hinc eſt potius in hac politia medica de officiis diverſis medici, magiſtratus, ut ægroti ſubſidiis neceſſariis non deſtituantur ad morbum præſentem l. tollendum l. mitigandum, de conſtituendis, regendisque perſonis medicinalibus, tam generatim quam ſpeciatim, eorum dexteritate, legitimatione, honoribus, & de iis, quæ reſpiciunt curam, principis pro ſcholis medentium, pro formatione Medicorum, Chirurgorum, Pharmacopæorum, Obſtetricum; pro Honorario medentium, tam doctorum, medicinæ, quam chirurgiæ doctorum, magiſtrorum chirurgiæ obſtetricum; de pharmacorum ſchemate, ad quod diſpenſari debent; de privata medicorum diſpenſatione, medicorum pharmacopoliis publicis; de bullatis doctoribus, empyricis, medicaſtris, opilionibus, carnificibus, circumforaneis ad praxin clinicam non admittendis; de dexteritate; officiis & juribus pharmacopæorum, pharmacopoliorum ſ. officinarum legitima inſtructione, viſitationibus congruo modo & tempore inſtituendis, pharmacorum nundinatione & taxis pharmacorum, de praxi eorum clinica illicita, de illicitis aromatariis; de officiis chirurgorum, eorum dexteritate, juribus, inſtrumentorum chirurgicorum apparatu congruo, praxi chirurgica, operationibus, balneatorum & tonſorum praxi interna vetita; de obſtetricum peritia, ſufficienti inſtitutione, officiis, obſervandis neceſſariis momentis, praxi vetita clinica, remunerationibus; de artis obſtetricandi magiſtris; de ægrotorum formulis, de legibus variis medicinalibus, eorum neceſſitate, tenore, de cauſis ſanitatis publice ordinandis; de cura magiſtratus in ea conſervanda, de ordinandis convaleſcendi ſubſidiis,

ſidiis, gratuita pauperum cura, noſocomiis publicis pro ægrotis pauperibus rite inſtruendis.

Mentio heic quoque fit vitæ præſidiorum valetudinis procurationis, omnium cauſarum, ſanitatem publicam lædentium: & quidem ſpeciatim ratione curæ, neceſſariæ puritatis, noxiæ, inſalubritatis avertendæ, ſalubritatis in variis quoque victus ſpeciebus, frumentorum, olerum, carnium, animalium & potulentorum, malæ alimentorum præparationis & aſſervationis, evitandæ inopiæ; luxus; conſuetudinis noxiæ, peculiaris inſtitutionis civium vadiætæ, quæ ſpectant ſalubritatem, puritatem, variasque alias conditiones aëris, locorum, habitationum tam privatarum quam publicarum, carcerum, aquarum, puteorum, fluminum, eorum inundationes, ſtagnationes, præter reliqua avertenda ſanitatis & vitæ pericula, in plantis venenatis, in animalibus nocivis, in incendiis, vulcani officinis, in pulveris pyrii aſſervationibus proficuis, duellis & latrociniis, in cuſtodiis melancholicorum, furioſorum, in cavendis & averruncandis morbis univerſalibus, contagioſis & epidemicis, in noxiis variis per lupanaria, in veneris exercitiis, curis mortuorum, eorumque effluviis, ut & multorum opificum, eorumque laborum variis noxiis conditionibus. Nec omittitur heic mentio curæ magiſtratus pro accidentaliter aſphyctis, apoplecticis, epilepticis, ſubmerſis, laqueo ſtrangulatis, aëre fixo ſuffocatis, fulmine tactis, aſphyxia congelatis a commotione cerebri, a compreſſione corporis, a deglutitis alienis, aſphyxia neophytorum, embryonum ac ſobolis educatione, conjugiorum promotione, pro matrimonium ineuntibus, augenda propulatione, legitimæ & ſpuriæ ſobolis, pauperum, gravidarum curæ parturientium, præcipue pro educatione phyſica infantum, pro infantibus neonatis, eorum nutricibus.

Nec

Nec ea omittuntur, quæ reſpiciunt mortuorum curam, ſigna certa mortuorum, ſepulturam honeſtam & legitimum tempus, mortuorum oſtentationes, cadaverum inciſiones in aqua ſuffocatos & alio modo extinctos.

§. 137.

Medicina forenſis inſigne ſemper habet momentum, ad ſalutem civitatis, omnem hinc quoque attentionem illa meretur in applicando. Scientia medica acquirit per eam novum ſplendorem, ſi medicus non tantum eſt vir, qui lucri cauſa ſingulorum tantum civium, ſed totius ſocietatis rationem habet. *Finis medicinæ forenſis* eſt jam inſignis, principia ſcientifice tradere medicis, & per eos antiſtitibus partem politiæ, & judicibus cujusvis reipublicæ, ad ſalutem regionis cujusdam, & jus ſpeciale ſingulorum concivium convenienti modo commendare, atque medicos inſtruere, quomodo finibus judicum & judiciorum omni dexteritate in publicis negotiis reſpondeant. Si *medicina* conſideratur tanquam epitome cognitionum univerſaliter utilium, deprehendit tum primariam ſuam & feliciſſimam applicationem in lecto ægroti; ſed facile quoque perſpicitur remedium fieri poſſe univerſæ ſalutis, & quomodo antiſtites reipublicæ omnem curam adhibere debeant, partim impedimenta ſibi nota reddendi, quæ populationi & ſanitati ſubditorum obſtant, partim media illis opponendi, quæ tam ſana ratio, quam obſervatio medicorum, principiis phyſico-medicis ſubminiſtrant.

Medicinæ enim *forenſis* duæ ſunt partes principales, quarum prior officium medici in republica ordinanda, & inprimis cauſas & remedia morborum univerſalium exponit, poſterior vero officium medici in legibus interpretandis ad quæſtiones juris civilis, cri-

criminalis, & eccleſiaſtici & interdum militaris, ac veterinarii civilis præſcribit. Jurisprudentia medica regulas & normas ſuppeditat medicinæ cultoribus, qualia conſilia iſti in rebus, ad rempublicam dirigendam pertinentibus, exhibere debeant, & quo modo quæſtiones juris controverſæ ex medico-phyſicis principiis ſint dirimendæ, inſtruit eos, quo modo præmiſſas reliquas medico-phyſicas doctrinas ad medicinæ forenſis uſum transferre, & ex iis concluſiones debeant ducere.

Utilitas *jurisprudentiæ medicæ* minime eſt exigua, pertractat ea enim, quæ noſſe debent medici. Periti enim iſti eſſe debent naturæ operum, a magiſtratibus in iſtum quoque finem conſtituti ſunt imperantibus, peculiaris regionis & loci, ut curam urbis provinciarumque gerere debeant medicam, ſuaque opera magiſtratui cujusvis regionis ad accuratiorem juſtitiam exercendam in caſibus obviis præſto ſint, ita ut nemo inde officio medici phyſici rite poſſit perfungi, niſi in hac medicinæ parte probe ſit verſatus, etſi non leve negotium, quod medicis non tantum utilis, ſed plenarie ſcitu ſumme ſit neceſſarium. Sic theologis, ſic jureconſultis quoque, ſive judicibus & cauſarum patronis, medicis ſcientiis non imbutis, hiſtorica ſaltim cognitio accurata eſt ſumme neceſſaria. Earum tantum rerum cognitio, quæ e medicina poſſunt illuſtrari, iis ſufficit; medicis vero dijudicandi ratio e principiis certis relinquitur ſcientiæ medicæ, qua omnia fundamenta doctrinæ nituntur.

Inprimis quum medicina legalis non tantum de ſanitate publica, magiſtratuum cura & providentia procuranda, ſed ea quoque explicet dogmata medica, quibus judices interdum indigent, ut æqua lance juſtitiam expendere & ſuum cuique queant tribue-

buere, ne vel civium bona & ſama lædantur ac detrimentum immerito capiant, vel innocentes ad ultimum rapiantur ſupplicium, ſceleratique & malitioſi fraude evadant impunes. Ad judicis munus eo melius ſubeundum jureconſultos ideo præparat, ut quæſtiones medico-legales, controverſas eo melius intelligere, ſententias, quas de dubiis rebus medici ferunt, ſibi familiares reddere poſſint, hocque modo ſibi poſſint cavere, ne aut delinquant, aut decipiantur. Quot præjudicia, errores, ſententiæ ſuperſtitioſæ, per iſta arma & media debellari poſſunt, quæ nobis ſuppeditat medicina forenſis, patet per ſe ex hactenus jam dictis.

Sine medicinæ forenſis auxilio, vulneratur involuntarius, nec lethaliter argueretur & lædens damnaretur pœna capitali; ſic innocens mater infanticidum tali morte plecteretur; ſic miſer melancholicus infami avtochiri ſepultura facilius poſſet affici; ſine hac ſcientia quam plurimæ aliæ injuſtitiarum ſpecies exercerentur, ſine cura judicis; perquam itaque eſt *neceſſaria* hæc pars medicinæ, quæ omni hinc opera ſemper eſt excolenda, perdiſcenda, excepto ejus tam arcto quoque vinculo cum ſacra & profana Jurisprudentia.

Jurisprudentia medica & politica medica uti jam audivimus non verſatur tantum circa conſervationem ſanitatis tam naſcendi quam jam nati, circa conditionem aëris, aquæ, alimentorum, domiciliorum, omniumque amoris exceſſuum, circa ea quoque omnia removenda, quæ vitæ civium ullo modo poſſit eſſe detrimento, ſed jura quoque ea defendit gravidorum & parturientium, morbos ſimulatos detegit, quibus variæ hominum ſpecies incommodis certis vitæ civilis detrahere ſe cupiunt, detegit ea

quo-

quoque judici tam diverſos gradus læſionum violentarum, quæ a legibus civilibus corporis & vitæ pœnis afficiuntnr. Veneficia, homicidia, infanticidia, variaque alia facinora, ab hac parte medicinæ plenariam acquirunt claritatem, atque judex ſine ea ſæpius erraret in ſententiis ſuis forenſibus, apparentiam externam pro veritate ſæpius aſſumeret, innocentem pœna affligeret loco rei.

Uti anatomia multum confert, ſecundum ea, quæ ſupra jam attulimus, ad juſtam ſanitatis & morborum rationem dijudicandam, ita illius quoque uſus in medicina forenſi quam maxime eſt inſignis, & ſæpius neceſſaria.

Medicus enim non contentus eſſe debet, ſi corpus humanum ſ. cadaver externe tantum judicialiter inſpicit; ſi in eo nulla ſigna violentæ mortis apparent, & tum conjecturam facit de morte naturali ſ. accidentali: potius ab eo ſemper accurate inquirendum eſt & ſectio inſtituenda in omnibus iſtis caſibus, in quibus non manifeſto ſe demonſtrat, an mortis genus ſit naturale ſ. violentum: facile enim fieri poteſt, ut ex abſentia externarum læſionum, & ex externis circumſtantiis mortis genus determinetur, multa quum inprimis quoque exſtent exempla, in quibus internæ lethales læſiones ſine externis ſignis gravibus ſemper locum dederunt. Objici quidem poſſet, utilitatem ſectionum anatomicarum forenſium medico exiguam eſſe, quum ſæpe plane impoſſibile ſit, in ſectione legali cauſas detegere, e quibus hic vel iſte ſtatus præternaturalis dependet, vel ex principiis certis, de effectibus ad cauſas concluſiones formare, medicus tamen, qui medicinam exercet legalem, hunc habet fructum, ut iſtis

ſectionibus anatomicis hanc ſibi comparet facultatem de cauſis & generibus mortis, de lethalitate vulnerum in plurimis caſibus majori certitudine judicandi, etſi quidam jurisconſulti ſectiones legales qua ceremoniam inutilem & ſuperfluam conſiderant.

Conſtat itaque ex hactenus allatis, quibusnam in rebus ultimum & primarium medici forenſis officium contineatur, in his ſcilicet quam maxime, ut cauſas omnes in ſocietate humana obvias, quibus ſanitas civium turbari poſſit, caute proſpiciat, & ſecuritatem publicam, omnibus, quibus id fieri poteſt, modis procuret.

Finis autem iſte tunc ſine dubio obtinebitur, ſi imperantes atque medentes amice conſpirant, ſi ſalutaria medicorum præcepta, ab illis ipſis, apud quos rerum ſumma eſt, civibus commendantur, optimo enim jure medicos ſalutis civium cuſtodes conſtitutos dixeris, & legum, quæ hominis corpus attinent, interpretes.

Et cum ſalus populi ſuprema lex ſit, nihil eorum, quæ felicitatem civium tueri atque augere poſſint, intermittunt legislatores boni, ut vel corporibus a quacumvis injuria immunitatem, vel bonis ac famæ ſubditorum ſecuritatem, præſtarent. Id ut conſequi poſſint, tutelam reipublicæ partiti ſunt cum medentibus, & aliquam ſuæ auctoritatis partem in Viros tranſtulerunt, quos, cognitione corporum, cauſarum, quibus illa mutari ſolent ac poſſunt, ſcientia, hinc rerum ſalubrium cognitione, claros eſſe perſpexerunt.

Sic

Sic *finis politiæ medicæ* multo latius ſe diſpergit, quam primo intuitu apparet: eſt enim ea, ſcientia quædam ex *utiliſſimis* reipublicæ bene ordinatæ, & perquam *neceſſaria*. Per eam enim univerſarum regionum felicitas conſervatur, & promovetur, per eam epidemiæ detinentur, expelluntur, per eam ſecuritatem acquirit civis, ne venenum acquirat loco eſcæ proficuæ. Sic propagatio & deductio coloniarum eſt tamdiu propoſitum inefficax, quamdiu auxilium politiæ medicæ deeſt, & quæ ſunt alia commoda haud exigua.

1) *Medicinae forenſis univerſae* Autores.

*) H. F. *Teichmeyer* Medicina forenſis vel legalis. Jen. 723. 740. 751. 762. 4. cura F. *Faſelii*. *) J. J. *Plenk* elem. medicinæ & chirurg. forenſis. Viennæ 781. 8. & germanice v. *Waſſerberg*. 783. 8.

F. P. *Boerner* Inſtitution. medicinæ legalis. Vitemb. 756. 8. *) J. F. *Faſelii* Elementa Medicinæ forenſis. Jenæ 767. cura *Rickmann*. 4. & germ. a G. *Lange*. Lipſ. 768. 8.

C. F. *Eſchenbach* Medicina legalis. Roſtock 746. 775. 776. 8. *) G. H. *Kannengieſſer* Inſtitut. medicinæ legalis. Halæ 768. 772. & Kiel 777. 8. *) J. W. *Baumer* Medicina forenſis. Lipſ. 778. 8. C. F. *Daniel* Inſtitutionum medicinæ publ. adumbratio, & de vulnerum lethalitate. Lipſ. 778. 4.

*) M. *Sikora* Conſpect medicinæ legalis. Pragæ 780. 8. *) C. G. *Ludwig* inſtitution. medicinæ forenſis. Lipſ. 765. 774. & germ. a G. *Boſe*. 779. 8.

A. O. *Gœlike* Medicina forens. Frft. 723. 8. J. E. *Hebenſtreit* anthropologia forenſis. Lipſ. 751. 753. 8.

C. B. *Behrens* Medicus legalis, oder geſezmäſſige Beſtell- und Ausübung der Arzneykunſt. Frft. u. Lpz. 696. 8.

*) M. B. *Valentini* Pandectæ medico-legales. Frft. 701. 707. 4. *ejusd.* novellæ medico-legales. Frft. 711. 4. & *ejus* Corpus juris medico-legale pandectas & novellas continens. Frft. 722. fol. J. F. *Zittmann* Medicina forenſis. Frft. 706. II. 4. M. *Alberti* Syſtema juris-

riſprudentiæ medico-legalis. Schneeberg & Halæ 721. 736. VI. 4. Görliz 747. VI. 4.

E. C. *Richter* Digeſta medica ſeu deciſiones medico-forenſes. Lipſ. 731. 4. J. D. *Gohl* medicina practico-clinica & forenſis. Lipſ. 735. 4. F. *Hoffmanni* medicina conſultatoria. Hal. 721. XII. 4.

2) *Medicinae forenſis ſpecialis* Autores.

*) J. A. *Gerſtlacher* tractat. de ſtupro. Erlang. 772. 4. F. A. *Richter* Diſſ. de cauſis infanticidii impunis præſid. *A. Böhmer*. Hal. 771. 4. A. G. *Plaz* progr de non ſemper mortifera funiculi umbilicalis intermiſſa deligatione. Lipſ. 774. 4. & *ejus* de amoliend. ſanitat. publ. impediment. Lipſ. 771. II. 4. & germ. Lipſ. 754. & *ejus* progr. de vincibilibus medicor. ſecantium erroribus. Lipſ. 775. 4.

E. G. *Boſe* progr. de judicio ſuffocati fœtus in partu. Lipſ. 778. B. D. *Mauchart* diſſ. de inſpectione & ſectione legali. Tubing. 736. 4.

C. L. *Lieberkühn* de origine & utilitate inſpectionis legalis. Halæ 771. 4. J. G. *Viſelius* de inſpect. & ſect. legali. Gieſſen 748. 4. E. F. *Heiſter* de principum cura circa ſanit. ſubditor. Helmſt. 738. 4.

G. *Zierhold* diſſ. de notabilibus fœtui in utero & partu contingentibus, præſid. *A. Böhmer*. Hal. 775. 4. *) P. *Camper* Abh. v. d. Kennzeichen d Lebens u. Todes bey neugebohrnen Kindern und von Strafen des Kindermords. e batav. a *Herbell*. Lipſ. 777. 8.

P. *Fiſcher* diſſ. an deligatio funiculi umbilicalis in neonatis abſolute neceſſaria ſit. Ingolſt. 777. 8.

F. S. *Thein* diſſ. de infanticidii ſignis præſ. *A. Papius*. Virceb. 777. 4.

*) W. G. *Ploucquet* Abh. von den gewaltſamen Todesarten Tüb. 777. 8. & *ejus* Phyſiſch. Erforderniſſe d. Erbfähigkeit d. Kinder. Tüb. 779. 8. & *ejus* differt. de ætate humana eorumque jura. Tub. 778. german. Tub. 779. 8. J. C. *Pohl* progr. de lethalitate vulnerum lienis. Lipſ. 774. 4. & *ejus* progr. de difficili disquiſitione cadaverum aqua ſubmerſorum. Lipſ. 778.

*) J. C. *Loder* progr. pulmonum docimaſia in dubium vocatur ex nova anatomica obſervat. Jen. 779. 4. *) Ueber d. Glaubwürdigkeit d. Medicinal-Berichte in

in peinl. Rechtsfällen. Berlin 780. 8. J. T. *Leuſler* diſſ. de utilitate Xenodochiorum. Argentor. 779. 4.

P. A. *Lampe* de noxis ex ſepultura in templis. Argentor. 776. H. A. *Machphail* diſſ. de morbis diſſimulatis præſ. *Baldinger*. Götting. 774. 4. *) C. F. *Daniel* commentat. de infantum neonatorum umbilico & pulmonibus. Hal. 780. 8. & *ejus* Samml. medicin. Gutachten u. Zeugniſſe. Lipſ. 776. c. f. & de vuln. lethalitate additam inſtitutionibus ejus medicinæ publicæ. Lipſ. 778.

*) C. F. *Jaeger* disquiſitio medico-forenſis, qua caſus & annotationes ad vitam fœtus neogeni dijudicandam facientes proponuntur. Ulm 780. 4.

*) C. G. *Büttner* Anweiſ. für angehende Arzneybefliſſeſene, worauf ſie bey Ausſtellung e. Obductions-Atteſtes über tödtl. Verlezungen Acht zu geben haben. Königsb. 767. 768. 8. & *ejus* vollſtändige Anweiſung wie durch anzuſtellende Beſichtigungen e. verübter Kindermord auszumitteln. Königsb. 771. 776. 8. & *ej.* aufrichtiger Unterricht wie man ſich vor-in-und nach der Legal-Beſichtigungen todter Cörper zu verhalten, und Beſichtigungs-Scheine nach beygefügter Betrachtung v. d. Tödtlichkeit d. Wunden einzurichten. Königsb. 769. 774. 776. 4. & *ejus* Unterricht für neuangehende Ærzte und Wundärzte. Königsb. 769. 4. & *ejus* Anweiſ. d. Beſichtigung beym Kindermord. Königsb. 771.

*) B. D. *Mauchart* diſſ. de lethalitate vulnerum per accidens. Tubing 750. 4.

Haen Abhandl. über die Art des Todes, Ertrunkene, Erhenkte und Erſtikte wieder ins Leben zu bringen. Wien 772. *Rickmann* de partu legitimo. Jen. 767. *Koermendi* de quibusdam in medicina-forenſi. Viennæ 767. 8. *) *Roederer* opuſcul. de ſignis fætus mortui & vivi. & *ejus* de umbilici non neceſſ. deligatione. Götting. 755.

P. *Delſance* Anweiſ. z. gerichtl. Wundarzneyk. über die Tödlichkeit der Wunden bey Gerichten. Frft. 765. 8. *Quiſtorp* peinl. Recht. 773. 8.

Delius Entwurf e. Erläuterung d. deutſchen Geſeze beſond. d. Reichsabſchiede aus d. Arzneygelahrtheit u. Naturlehre. Erlang. 753. & *ej.* diſſ. de ſugillatione quatenus infanticidii indicio. Erlang. 770. 4. H. F.

 Teich-

Teichmeyer de cadaveris inſpectione, ſectione legali. Jen. 782. 4.

G. *Welſch* rationale vulnerum lethalium judicium. Lipſ. 674. 8. P. *Ammann* medicina critica ſ. centuria caſuum variis diſcurſibus aucta. Erf. 670. & *ejus* Praxis vulnerum lethalium. Lipſ 701. 8. *) J. *Bohn* de renunciatione vulnerum lethalium examen. Lipſ. 689. 711. 4 & 755. 8. *Louis* Memoire contre la legitimité des naiſſances tardives. Paris 764. 8. & *ejus* Supplement au Memoire. 764. 8. J. *Paulls* medicinischer Richter in Betrachtung der Todtſchläge. Coppenhag. 764. 8.

C. L. *Hoffmann* Unterricht v. d. Collegio der Ærzte im Münſter nebſt den Münſteriſchen Medicinal-Geſezen. Münſter 777. 8. Augſpurg. erneuerte Hebammen-Ordnung Augſp. 750. 4. Nürnberg. 750. 4. Holſteiniſche. 764. Basler. 770. Schwed. Pommer. Medicin Ordnung. Stralſund. 779. Würtemberg Medicin Ordnung. Stuttg. 755. Preuſſiſche Medicin. Ordnung. Breslau 744. Medicinal Ordnung von der Grafſchaft Lippe. Lemgo 769. Anzeige der kräftigſten Hülfsmittel vor Ertrunkene, Erdroſſelte, Erſtikte, Erfrohrne, Vergiftete. Prag. 781. 8. Hülf- und Rettungsmittel vor Erfrohrne, Erſtikte, Ertrunkene und Erhenkte. Augſp. 782. 8.

C. F. *Schaerff* Anzeige d. Rettungsmittel bey Lebloſen u. plözl. Geſtorbenen. Altona 780. Gift u. Gegengift od. leichte Mittel bey ſchnell-Geſtorbenen und ſcheinbar Todten. Strasb. 776. 8.

C. L. *Hoffmann* Rede v. Nuzen e. woleingerichteten medicin. Staats. Götting. 777. 8.

*) *Baldinger* Ueber die Medicinal-Verfaſſ. Offenbach 782. 8. *) J. P. *Brinkmann* patriotiſche Vorſchläge zu Verbeſſ. der Medicinal-Anſtalten. Düſſeldorf 778. C. L. *Hoffmann* Rede v. d. Nuzen den e. woleingerichtetes medicin. Fach in e. Staate ſtiften kan. Gött. 777. 8. *Leveling* academiſche Rede v. d. Vortheil e. woleingerichteten mediciniſch. Staats. Ingolſt. 773. 8.

C. *Rickmann* v. d. Einfluſs d. Arzneywiſſenſch. auf das Wohl d. Staats. Jen. 771. 8.

W. T. *Rauen* Gedanken v. d. Nuzen u. Nothwendigkeit e. medicin. Polizey in e. Staate. Ulm 764. 781. 8.

4) Au-

3) Autores *Politiae medicae* univerſæ.

*) J. W. *Baumer* fundamenta politiæ medicæ. Frft. 771. Lipſ. 777. 8. J. P. *Franck* Syſtem e. vollſtänd. medicin. Polizey. Mannh. 779. 783. III. 8. & *ejus* epiſtola invitatoria ad eruditos politiam med. ſpectans. Mannh. 776. *Uden* medicin. Politik. Lpz. 783. 8.

4) Autores *medicinae forenſis, collectores & obſervatores.*

J. C. *Ruefs* Unterricht. v. Criminal-Fällen u. wie ſich e. Arzt in Abgeb. ſ. Gutachtens hierüber zu verhalten, u. v. d. Hornviehſeuche. Nrnbg. 777. 8. *) J. D. *Mezgers* gerichtl. mediciniſch. Beobachtungen. Königsb. 778. 8. & 780. 781. II. 8. *) W. F. *Cappel* mediciniſche Reſponſa. Altenb. 780. 8. *) P. *Gesners* Entdeck. in d. gerichtl. Arzneygelahrtheit der neueſten Zeit. Nördlingen 770. 782. II. 8. *) P. K. *Fabricii* Samml. verſchied. medicin. Reſponſorum und Sections-Berichte. Halæ 772. 8. Helmſt. 754. 8.

*) C. F. *Daniel* Samml. medicin. Gutachten und Zeugniſſe über d. Beſichtigungen und Eröfnungen todter Körper. Lpz. 776. 8. c. f. *) H. S. *Bucholz* Beyträge z. gerichtl. Arzneygel. und zur mediciniſch. Policey. Weimar 782. 8. *) F. A. *Weiz* vermiſchte Beyträge zur gerichtl. Arzneygelahrtheit in verſchiedenen vorgekommenen Fällen. Lpz. 776. 777. 8.

*) M. F. *Alix* quæſtiones medico-legales ex chirurgia declarandæ. Erfort. 774. 8. *) C. S. *Schlegel* Collect. opuſculor. ſelector. ad medicinam forenſem ſpectantium. Lipſ. 783. I. 8. J. T. *Pyl* Auffäze und Beobacht. aus d. gerichtl. Arzneywiſſenſchaft. Berlin 783. I. 8. Magazin vor d. gerichtl. Arzneykunde und medicin. Policey. Stendal. 783. IV. 8.

C. F. *Uden* Magazin für die gerichtl. Arzneykunde und mediciniſche Policey. Stendal 782. IV. 8. *) G. *Pfann* Sammlung verſchiedener gerichtl. practiſcher merkwürdiger Fälle. Nrnbg. 750. 8. F. *Zittmann* medicina forenſis ſ. Reſponſa facult. Lipſ. med. Frft. 706.

J. G. *Haſeneſt* medicinſch. Richter, oder Acta phyſico-medico-forenſia collegii medici *Onoldini*. Anſpach. 755. 4. F. A. *Herzog* Sammlung auserleſen. Reſponſorum d. Juris criminalis, die von den berühmteſten juriſtiſch. und medicin. Facultäten über beſondere merkwürdige und zweifelhafte Fälle ſind angeſtellt worden. Hamb. 745. 4.

J. B. *Wernher* Obſervat. ſelect. forenſes. Frft. 783. III. fol. E. *Richter* digeſta medica, ſ. deciſiones medico-forenſes. Lipſ. 731. 4.

P. *Zachiae* quæſtiones medico-legales. Norimb. 720. III. fol. C. F. *Triller* de vinculo, quo Jurisprudentia cum Medicina cohæret. Wittenb. 778. 8.

Heiſter de medicinæ utilitate in Jurisprudentia. Helmſt. 730. 4. A. G. *Plaz* progr. de medicina ſupra Jurisprudentiam æſtimanda. Lipſ. 782.

Plures ſcriptores medicinæ legalis recenſentur & antiquiores & recentiores, in *Gœlicke* introduct. in hiſtoriam litterar. Frft. 723. & in *Ludwig* Inſtit. med. forens. *Faſelii* Element. medicin. forens. *Hebenſtreit* anthropologia medica. *Baumer* fundam. politiæ medic. jam citat. & inprimis chirurgiæ forenſis ſcriptorum fit mentio in Hieron. *de Vigiliis a Creuzfeld.* Biblioth. chirurg. jam citat.

DISCIPLINARVM SCIENTIIS MEDICIS

AFFINIVM

PROPRIOR DESCRIPTIO.

DISCIPLINÆ SCIENTIIS MEDICIS AFFINES.

CAP. XVII. ARS VETERINARIA.

§. 138.

Reliquum eſt, ut ſecundum ordinem a nobis conſtitutum nunc tandem agamus de *diſciplinis ſcientiis medicis affinibus*, quæ arctiori quodam vinculo cum medicina ſtricte ſic dicta conjunguntur. Quatenus praxis earum, ſi non ſanitati hominum & conſervandæ & reſtituendæ inſervit, tamen multum facit ad vitam noſtram melius atque jucundius peragendam. Principia quidem illarum, quibus omnis praxis ſuperſtruenda eſt, ſupra jam partim tetigimus, aſt medicinæ cultoribus non modo utile, ſed neceſſarium quoque erit, hisce iisdem principiis, medicis propriis conformibus, penitiorem illarum cognitionem ſuperſtruere, & pleniorem earum conſpectum ac ſpecialem applicationem in promtu habere, ut phyſicis, & naturæ ſcrutatoribus, eo facilius conſilium dare poſſint, quale ſæpius etiam a magiſtratu expetitur principiis iisdem, qua medici jam antea imbuti.

Præcipuæ harum ſcientiis medicis affinium diſciplinarum ſunt:

1) *Ars veterinaria*; 2) *Chemia applicata œconomica*;
3) *Hiſtoria naturalis applicata œconomica*;
4) *Oeconomia tam ruralis quam civilis*.

§. 139.

Ars veterinaria, uti antiquis jam audiebat, non animalium ſolum, quæ vecturæ inſerviunt, licet ab his nomen trahat, ſed & omnium reliquorum, quæ

in uſum domeſticum adhibentur, incolumitati pari ſtudio conſulit.

Campus, quem medicus veterinarius ſibi emetiendum ſumit, latiſſime patet, ita ut opinionem valde fruſtretur, niſi ſimul artis medicæ principia rite teneat. Quantum horum autem peritia inſtructi, ad illuſtrandam artem, quæ magnam partem adhuc tenebris premitur, conferre queant, & quantum ex ſollertia in hanc artem impenſa, in ipſos artis cultores utilitatis redundet, fuſius non eſt declarandum.

Objecta artis *veterinariæ* ſunt omnia bruta, quæ ſpecialem exſerunt uſum œconomicum, quæ nutritioni, ſuſtentandæ humanæ vitæ, ejusque commoditati multum inſerviunt: præcipua ex iis ſunt 1) animalia *quadrupedia*, equi, muli, boves, vaccæ, oves, capræ, ſues, canes, feles, qua animalia proficua domeſtica, ad quæ quidam lato ſenſu quoque referunt 2) animalia *volatilia*, alata, aves domeſticas tam multiplicis generis, ſpeciei & varietatis, anſeres nempe, anates, gallinas, columbas; &c.

3) animalia aquatilia, utilia, œconomica, piſces, &

4) ex inſectis apes.

Omnium horum animalium ſtatus ſanus eo accuratius diſtinguendus, quomodo ſit ab ægroto, morbique eo melius profligandi, iisque præcavendi, ea omnia ſunt *objecta artis veterinariæ*, quorum in œconomia uſus eſt inſignis & multiplex.

Sic *equus*, quam præcipuum ex iis, dividit cum hominibus omne periculum belli, agri culturæ inſervit, ruſtico inſignem aufert partem ipſius negotiorum & hominem & ejus ſupellectilem e loco vehit, eique facilitat itinera in regiones remotas & remotiſſimas, præter idquod iſte quoque inſerviat

ad

ad pompam & voluptates; ſic *mulus*, quoque inſigni cum commodo adhibetur ad itinera in regionibus valde montoſis, & ad vaſa eo facilius & tutius transmittenda; ſic *aſinus* ob ſtaturam & colorem contemtus quidem, & naturalem ſtatum animi remiſſi, qua animal tamen plane peculiari ſanitate ornatum, multo minoribus ſubjectus morbis eſt, quam equus, præter commoda iſta præcipua ad uſum œconomicum tam multiplicia, ſine inſigni pabuli quotidiani copia, ad ſumma onera cum ingreſſu facili & molli ſuſcipienda & transportanda. Sic *pecora* nos nutriunt carne eſculenta, lacte, butyro ac caſeo, præter tam utilia excrementa ad fimum proficua: præter id quod bos variis in locis equi vice fungatur, in agrorum cultura, & ſic reliquorum animalium, in œconomia introductorum uſus æque inſignis & amplus eſt.

Hominum atque brutorum morbis tam acutis quam chronicis, atque communibus, magna fere nonniſi denominationibus differens ſimilitudo, cæteris paribus, tam in dijudicandis quam curandis morbis intercedit. Uti enim inter homines morbi epidemici benigni, vel maligni, quandoque longe lateque graſſantur, ita inter bruta morbi occurrunt communes, haud raro maligni atque contagioſi ſtrages ſuas, non ſine magno reipublicæ damno, & detrimento, brevius vel longius exercent; ad morbos vero tam dijudicandos, quam profligandos, mortisque cauſas detegendas, notitia anatomiæ, phyſiologiæ, diætetices, pathologiæ, chirurgiæ, materiæ medicæ, pharmaciæ requiritur; his vero diſciplinis non imbutus in dijudicandis morbis pecorum hallucinetur oportet.

Indocti ut plurimum veterinarii uti ſolent pharmacis, tanquam panaceis, formulis olim ex inepta

pta ingredientium farragine concinnatis continentur, atque indiſcriminatim hæc ubique porriguntur, ac ſi morbi omnes ab eadem ſumerent cauſa ortum ſuum, in pecorum ſæpius interitum: plura enim ſimilibus non adhibitis, ſolo naturæ auxilio ſervari potuiſſent.

Dividitur itaque ars veterinaria, fundata æque uti medicina, principiis ſecuris & experientia comprobatis, in *theoreticam* & *practicam*. *Theoretica* pars verſatur ideo circa accuratam & ſolidam animalium cognitionem, eorum ſtructuram, habitum, varias actiones & partium functiones, quæ in iis occurrunt, ad eorumque vitam requiruntur, circa varia iis proficua alimenta, remedia, cujusvis naturæ convenientia, circa accuratam eorum deſcriptionem ex hiſtoria deſumtam naturali, quæ vires, durationem, & utilitatem tam diverſam œconomicam animalium ſimul docet, & manifeſtat, in œconomicas quoque ſcientias quemvis ſimul introducit.

Pertractatur ideo ſpecialiter in hac *parte theoretica artis veterinariæ*, cujusvis potius animalis, quod uſum quendam exſerit œconomicum,

1) ex *Hiſtoriæ naturalis* ſpeciebus, applicata veterinaria, ſ. zoologica, omnium animalium in œconomia utilium, plenaria hiſtoria, deſcriptionem, claſſificationem, ordinationem, ad congruum genus, ſpeciem, varietatem, continens; cum ſubjunctis ſignis ſimul bonitatis, vitiorum cujusvis animalis, virtutibus, facultatibus;

2) ex *Anatomiæ* ſpeciebus *applicatæ* heic *veterinaria*, ſ. brutotomia, cum omnibus ejus objectis & partibus, in anatomia applicata medica recenſitis, Oſteologia nempe, Splanchnologia, Angiologia, Myologia, Nevrologia, Adenologia;

3) ex *Phyſiologiæ* ſpeciebus æque applicata veterinaria;

4) e

4) e *Diætetices* ſpeciebus applicata quoque veterinaria;
5) e *Materia medica*, æque applicata veterinaria;
6) e *Chemiæ* ſpeciebus, diætetica, interna & externa ſ. chirurgica;
7) e *Pathologiæ* ſpeciebus, veterinaria quoque, uti in medica, continentem noſologiam, ætiologiam, ſemioticam, ſymptomatologiam, ſingulis morbis tam internis quam externis, heic quoque uti in medica pathologia vidimus, ad congruas claſſes, ordines, genera, ac ſpecies redactis.

Practica vero pars *artis veterinariæ* inſtituit, quomodo, optime, cito, & tuto morbi pecudum ſint pertractandi, & tollendi, quæ vero ſupponit primario claram & ſufficientem cognitionem morborum ipſorum, quoad ſingulorum indolem, naturam, cauſas, ſigna, ſymptomata, eorumque effectus; præter remedia, quæ ad eos præcavendos vel tollendos requiruntur, ſin alias tolli poſſunt. Qualis remotio vero alias ſupponit ſcientias auxiliares, e theoretica parte deſumtas, ſin aliter curatio exſpectatum edere debet effectum. Nulla curatio ſolida exoptatum habere poterit effectum & eventum, niſi in ea ſimul attenditur, ad animalium naturam, ſpecialem ad indolem, ad vitæ genus, ad ſobolem, fœturam, ad modum educandi, nutriendi, alimentandi, propagandi, conſervandi, quales circumſtantiæ particulares quam maxime conferunt, ad eorum ſanitatem & ipſam conſervationem. *Specialiter* igitur pertractatur in hac *parte practica* artis veterinariæ, *therapia ſpecialis* tam *interna* quam *externa* ſ. *chirurgia*, regulas & dogmata continens mediis tam internis quam externis, in congruas redactis formulas, morbos brutorum tollendi. Regulæ neceſſariæ traduntur ſimul, ad quos practicus debet attendere morbi conditionem, ſedem, vehementiam, cauſarum

rum & ſymptomatum multiplicem conditionem, vires vitæ animalis ægrotantis, ejus temperamentum, conditionem reliquam corporis totius, & ſingularum ejus partium, a machinæ formatione, a prægreſſis malis ſæpius pendentibus, præter peculiarem idioſyncraſiam iſtius ſæpius conditionis, uti in hominibus, ut remedia quædam plane averſentur nec poſſint pati, quæ pro cujusvis animalis peculiari conditione corporis, regione, patria, vitæ genere, ætate, ſexu, varietate, pabulo diverſo, eo accuratius ſunt præſcribenda & adplicanda.

1) *Autores artis veterinariae univerſae.*

*) E. P. *Erxleben* Einleitung in d. Vieharzneykunſt. Götting. 769. 8. & *ejus* practiſcher Unterr. in d. Vieharzneykunſt. Götting. 769. 771. 8. & *ejus* Betrachtung über d. Studium d. Vieharzneykunſt. Götting. 769 4.

*) J. C. *Hennemann* primæ lineæ noſologiæ morborum animalium, qua programma editæ. Götting. 778. 4.

2) *Autores artis veterinariae ſpecialis, Hippiatriam* ſpectantes:

la *Foſſe* cours d'hippiatrique ou traité complet de la Medecine des chevaux. Paris 772. fol. cum notis Bourgelat.

J. E. *Zeiher* Lehrbegrif von denen Krankheiten der Pferde, deren Heilung, u. d. Pferdezucht. Berlin 771. 8.

*) D. *Robertſon* Pferdearzneykunſt. Breslau. 778. Wien 752. Frft. 753. 761. 764. 770. 777. 8. c. f. *) *Bourgelat* Anfangsgründe d. Vieharzneykunſt, d. Zerglieder. d. Pferdes enthaltend. e gallic. Danzig 772. 8.

C. F. *Weber* Begrif von d. Knochenlehre d. Pferdes. Dresden 774. 8. *Prizelius* Handbuch d. Pferdewiſſenſchaft. Lemgo 775. G. *Hartmann* Pferd - u. Maulthier-Zucht. Stuttg. 777. 8. J. *Senf* der im Feld u. auf d. Reiſe geſchwind heilende Pferdearzt. Berlin 767. 8. Der nach mediciniſch. Lehrſäzen ſicher u. gewis curirende Pferdarzt. Lpz. 752. 774. *Braken* verbeſſerte Roſsarzneykunſt. ex angl. Altenb. 758. 8. *Zorns* Unterricht von Erziehung d. Pferde. Erfurt 768. 8. *Vitets* Medecine veterinaire. Lyon. 771. III. 8. & germ. cura C. P. *Erxleben*, beſond. von d. Pferden. Lemgo 773. 774. 8. *Bouwinghauſen* Anweiſ. d. Pferde zu beſchlagen, nebſt d. Krankheiten des Hufes. Stuttgard 780.

780. 8. c. f. *Veterinarius* od. theoretiſch practiſch. Unterricht von d. Behandl. Cur u. Wartung d. Pferde und d. Hornviehes v. W. Gotha 780. II. 8.

*) la Medecine veterinaire contenant T. Imo. l'Expoſition de la ſtructure & des fonctions du cheval & du boeuf. IIdo. l'Expoſition des maladies du cheval, du bœuf, de la brebis &c. IIIo. l'Expoſition des medicamens neceſſaires au Marechall, IVto. l'Analyſe des Auteurs, qui ont ecrit ſur l'art veterinaire, par M. Vitet. Lyon. 771. 8.

G. *Plouquet* ſchwäbiſcher Roſsarzt. Tübing. 780. 8. J. *Deigendeſch* nüzliches Pferde - od. Roſsarzneybuch. Tübing. 780. 8. J. N. *Rowles* etwas von. d. Pferdarzneiwiſſ. Götting. 780. 8.

3) *Autores Artis veterinariae ſpeciales*, pecora ſpectantes.

J. G. *Boutrolle* d. geſchikte Viehhirte vor d. Ochſen, Kühe, Schaafe, Schweine, ihrer Krankheiten u. Heilungsmittel. e gallic. Wittenb. 771. 776. 8.

Schneider Diſſert. præſ R. *Bæhmer* an partus pecorum in ſtabulis potius quam in pratis inſtituendus. Wittenb. 774. 4. Nüzl. Unterricht für Hauswirthe, wie ſie in vorfallenden Krankheiten ihre Hausthiere ſelbſt curiren u. geſund erhalten können. Lpz. 774. 8.

C. V. *Willburg* Anleit. für d. Landvolk z. Erkenntniſs u. Heilungsart d. Krankheiten d. Rindviehes und der Hülfsmitteln nebſt e. Anhang über d. Materie d. Medicin. Nrbg. 776. 8. P. C. *Abilgard* Unterricht von Pferden, Kühen, Schafen, Schweinen. Copenh. 771. 8. Arzneimittel f. d. Rindvieh, Schweine, Gänſe, Hüner. 780. 8.

J. V. *Tam* bewährte Horn - Schaaf - Pferd u. Federvieh Arzneikunſt. Wien 763. 765. 8. c. f. P. E. *Abilgaards* Unterricht von Pferden, Kühen, Schaafen u. Schweinen. Coppenhagen 771. II. 8. *Haſsfer* von d. Zucht u. Wartung d. Schaafe. Lpz. 754.

Bienenbuch neues od. Anweiſ. wie d. Bienen d. Frühjahr u. Sommer über mit Nuzen zu behandeln ſind. Stendal. 779. 8. J. G. *Krüniz* Bienengeſchichte u. Bienenzucht. Berlin 774. 8. Handbuch d. practiſchen Vieharzneikunſt, worinn von d. Natur und d Krankheiten der in d. Wirthſchaft nöthigen u. nüzlichen Thiere gehandelt wird, d. vierfüſſigen, d. Federviehes, d. Fiſche, d. Bienen. Lpz. 783. 8 Medecine des animaux domeſtiques pour les maladies des cheveaux,

vaches, brebis, cochons, de la volatile, oiſeaux, de fauconerie par Buchoz. Paris 783. I. 8.

4) *Autores artis veterinariae, epidemias pecorum ſpectantes.* J. G. *Bœtticher* von d. Hornviehſeuche. Frft. 741. 8. *) *Barberet* über d. epidemiſche Krankh. d. Viehes nebſt Anmerk. v. *Bourgelat*. Wittenb. 770. 8. *Clerk* Verſ. über d. Viehſeuchen. Wien 767. 8. A. C. *Wielburg* v. Krankheiten d. Rindviehes. Nrbg. 781. 8. *Camper* Vorleſ. über d. Viehſterben. Copenhag. 771. 8. *Mittelhaeuſer* von d. Rindviehſeuche. Lpz. 767. 8. C. F. *Richter* Præſervativ für Seuchen. Götting. 780. 8. Unterricht bey einer Hornviehſeuche. Strbg. 754. 8. J. C. *Tode* Geſchichte d. Einimpf. d. Hornviehſeuche in Dänemark. Coppenhagen 775. 8. J. *Stahl* Abhandl. v. d. Hornviehſeuche u. deren Heilung. Frft. 771. 777. 8. J. G. *Marſchall* Geſchichte d. Hornviehſeuche zu Offenbach, u. deren Vorkehrungen. Offenbach 778. 8. *Paulet* Beyträge zur Geſchichte der Viehſeuchen nebſt d. Cur. Dreſsd. 776. II. *Greſſels* Gedanken von d. Hornviehſeuche. Ausgsb. 754. Beyträge zur Geſchichte d. Hornviehſeuche, deren Erkenntnis u. Heilung. Lpz. 777. 8. R. C. *Opiz* v. der faulen u. peſtartigen Krankheit. d. Viehes e gall. Berlin 776. 8. F. *Börners* Gutachten über die damalen graſſirte Hornviehſeuche, ihrer Abwend. und Cur. Lpz. 761. 8. Umſtändl. u. nothwendiger Unterricht v. manchen Arten d. anſtekenden Viehſtaupen u. ihren Mitteln von königl. Colleg. med. Frft. 746. 8.

Anweiſ. zu Wartung des Hornviehes bey Seuchen. Bremen 771. 8. *Sagar* Abhandl. v. Meelthau, als d. gröſten Urſache d. Hornviehſeuche und deren Curart. Wien 776. 8.

A. G. *Krüger* Anzeige e. hinlängl. Beſchüzungs- u. Heilungsart gegen die Hornviehſeuche. Eiſenach 780. 8. J. G. *Krüniz* Verzeichnis d. vornemſten Schriften v. d. Rindviehſeuche. Lpz. 767. 8. Beyträge zur Geſch. d. Hornviehſeuche d. Erkenntniſs u. Heilung. Stendal. 777. I. 8.

5) Autores *artis veterinariae, materiam medicam* ſpectantes. *Partle'ts* pharmacopeé od. Apotheke e. Roſsarztes. ex anglico cum notis S. *Bucholz*. Weimar 778. 8. *) *Bourgelat* Matiere medicale, ou precis des medicamens. Lyon. 765. 8. german. Augſp. & Lpz. 766. 8. C. J. *Mellin* Landapotheke od. Samml. d. beſt. Arzneyen für Menſchen u. Thiere. Augſp. 772. 776. 8. *Roſsapotheke* neueröfnete be-

beſtehend in d. bewährteſten Mitteln d. Gebrech. u. Krankh. d. Pferde auf eine wolfeile Art zu heilen nebſt e. noch ſicherern Curmitteln fürs Rindvieh, Schaafe, Schweine, Gänſe. Quedlinb. 780. 8. Bewährte Arzneimittel für Rindvieh, Schweine, Gänſe u. Hüner. 767.

R. G. *Henzens* Entwurf e. Verzeichniſſes veterinariſcher Bücher, u. einzel. Abhandl. die zur theoretiſchen u. practiſchen Kenntnis v. Pferden, Eſeln, Mauleſeln, Rindvieh, Schaafen, Ziegen u. Schweinen denen Vieharzneikundigen nuzen können. Stendal. 780. 8. Götting. 782. 8. *) J. C. *Hennemann* Samml. d. neuern Shriften über die Vieharzneikunſt, in vollſtändigen Auszügen u. Ueberſezungen. Stendal 783. I. 8.

Plures Autores artis veterinariæ antiquioris inprimis ævi, & ſpeciales ſingulorum affectuum morboſorum, recenſet Hier. de Vigiliis de Creuzfeld, in bibliotheca ſua chirurgica. vol. I. jam citat. & M. T. *Müller* in ſ. Einleitung in d. œconomiſche u. phyſicaliſche Bücherkunde. Lpz. 780. 8.

§. 140.

Utilitas & neceſſitas artis veterinariæ, ejusdem quoque eſt momenti & dignitatis, uti omnium hactenus jam deſcriptarum ſcientiarum, etſi omni fere ævo iis non defuit, qui artem veterinariam humilem atque dejectam, ſummisque in arte medica viris plane indignam æſtimarunt, & quidem iſtis, qui nec naturam artis, nec ambitum recte calluere, nec infinitæ, quam præbent generi humano omnis generis animalia, utilitatis rationem habuerunt: quum magnus *Hallerus* tamen in bibliotheca chirurgica, arti veterinariæ convenientem utilitatem & honorem tribuere non erubeſcit. — Neque hanc artem, nempe veterinariam contendens, humiliorem artis medendi partem ab humana medicina undique ſeparaveris, cujus artis principia fere eadem ſint cum noſtris, chirurgicæ curationes etiam ſimiliores.„

Cui aſſerto de artis dignitate major quoque accedit fides, ſi quis tantum in memoriam revocare

velit, omni fere tempore extitiſſe ſummæ auctoritatis medicos, qui magni æſtimarunt, jumentorum ſaltem noſſe medicinam, quid quod conſtat & principibus majeſtatis ſplendore ornatis gratam eam fuiſſe atque acceptam. Præjudicium iſtud valde ridiculum, ex inani quidem enatum perſuaſione, ruet plane, medico non convenire in morbos inquirere animalium, ſi virorum iſtorum auctoritatem tantum ſpectamus; nec ſingularis iſta quæſtio movebitur, utrumne artis veterinariæ ſtudium limites cognitionis medici practici excedat, ſeu eum ſaltem nimis diſtractum teneat, ſi quis artis hujus inſeparabilem cum arte medica conſulere velit nexum; omnis quoque dubitatio de præſtantia, dignitate & utilitate hujus artis iſti quoque poteſt auferri, ſi conſiderare tantum quis velit, & rationem habere commodorum, quæ animalia tam diverſorum generum & ſpecierum, victum & amictum exhibendo, vitæque commodiori & luxui inſerviendo hominibus præbent, tam multiplici & inſigni modo, ſi conſideret iſte, arte hac, ſolidis principiis & certis obſervationibus fundata, non ſingulorum tantum ſaluti, ſed totarum regionum proſpici incolumitati, quæ ſæpius ab agrorum cultura, ideoque animalium huic inſervientium juſta cura tota pendet.

Colligi hinc facile poteſt, quantum interſit *Medici* potius *provincialis*, morbos noſſe brutorum, cum non de hominum morbis epidemicis tantum, ſed de brutorum quoque morbis graſſantibus a magiſtratu interrogatus, de utriſque reſpondere, optimamque, iis occurrendi, methodum debeat docere,

Scientia quidem medica ſpeciatim circa humanum corpus ejusque ſanitatem, generatim tamen circa œconomiam, brutorum quoque, animalem verſatur; nec tamen indignum eſt medico, morbos

bos, quibus iſta obnoxia ſunt, perſpectos, rectamque illis medendi rationem habere exploratam.

Quem non latet, rem pecuariam præcipuum exhibere ramum, & negotium in œconomia rurali, cujus felici progreſſu œconomus ruralis divitias poteſt acquirere, uti ſtatus ejus infortunatus miſerrimas ei inducere valet ærumnas, excepto eo, quod epidemiæ vehementia, inſignes ſæpius greges poſſit devaſtare, & univerſis regionibus paupertatem ſummam, & triſtiſſima iis afferre poſſit fata.

Ars veterinaria aut cognitio morborum, quibus bruta animalia ſunt obnoxia, ob inſignem utilitatem, quam in œconomia & univerſa felicitate regnorum exſerit, multo nunc magis, quam antea factum eſt, excolitur. Machina animalium, cum humana in plurimis conveniens, phyſicum edocet, quomodo etiam hic ſecundum certa principia agere debeat, & anatomia detegit, interdum cauſas morborum epidemicorum, qui certis in temporibus, modo hanc, modo illam animalium ſpeciem affligunt, & gregatim trucidant. Ruſticus qui re pecuaria quam maxime victum quærit in extremam egeſtatem & deſperationem incidit; princeps vero periculo exponitur, terras ſuas depopulatas videndi, & cives continue caritati alimentorum ſunt obnoxii.

Non requiritur quidem, ut medicus ſit artis veterinariæ peritiſſimus, nam id quidem, propter latiſſimum artis ſuæ ambitum impoſſibile eſſet, ſed ſufficientem & indubitatis regulis innixam connexionem morborum, quibus animalia affliguntur, cognitionem habere, & ope hujus cognitionis patriæ auxilia ferre poſſe, non modo in eo ſaltem inſignis honor, ſed quam maxime officium medici reponitur.

G. A. *Langguth* programma de utilitate & dignitate artis veterinariæ. Vitemb. 753. 4.

CAP. XVIII.

CHEMIA ET HISTORIA NATURALIS -- -- APPLICATA -- OECONOMICA, ET OECONOMIA TAM CIVILIS QUAM RURALIS.

§. 141.

A) In capite ſuperiore *chemiæ* audivimus, dividi chemiam in *theoreticam* & *applicatam*: *applicata* vero in *medicam*, de qua ſuperius jam ſermo erat; & in *œconomicam*, de qua nunc pauca quædam adhuc reſpectu ejus objectorum, & utilitatis, qua parte diſciplinarum ſcientiis medicis affinium, ſunt diſſerenda.

Chemia iſta comprehendit ſcientiam, qua corpora naturalia, in terræ gremio retenta, per vires iis inſitas, i. e. per motum elementorum iis propiorum pro varia intentione, pro diverſo ſcopo humano ad vitæ humanæ commoda tam diverſimode poſſint mutari, & ad eas redigi mutationes proficuas a humana tantum pendentes induſtria. Iſtius objecta ſunt omnia ea corpora, quæ poſſunt acquiri, ad intentiones varias hominum œconomicas rite præparari, & mutari in varias formas convenientes.

Chemia applicata œconomica docet, quisnam ſit influxus & quænam applicatio Chemiæ ratione univerſalis œconomiæ & ruralis & civilis, cujus objectum eſt lucrari, præparare, aſſervare, perfectiora ad uſum œconomicum reddere corpora naturalia & omnia ea, quæ ex illis producuntur, quatenus aliquem habent uſum in vita communi.

Finis ejus eſt magis exercens, quam docens: nam illa omnia, quæ nobis utilia eſſe poſſunt, illius

illius ope conficiuntur, ad varium uſum œconomicum. Nullæ aliæ referuntur huc præparationes, quam eæ, quæ chemicas habent rationes, & per chemicam artem, ejus principiis potius poſſunt produci. Supponuntur in hac applicata, ea omnia, quæ in chemia pura de natura & conditione corporum occurrunt; hinc pura chemia ſemper eſt fundamentum applicatæ, ſi quis labores hoſce chemicos ſufficienter cognoſcere cupit, & plenarie notos ſibi reddere.

Chemia applicata dividitur in *œconomicam*, ratione alimentorum atque veſtium, quibus homines indigent; in *technicam*, ratione commoditatis noſtræ atque voluptatis; præter *medicam*, quæ ſanitatis conſervationem & reſtitutionem reſpicit, cujus vero ſupra pluribus mentionem fecimus.

Præcipua momenta *chemiæ applicatæ œconomicæ* ſunt:

1) *Chemia geurgica* ſ. *lithurgica*, deſcribens modum diverſas præparationes rite inſtituendi tam variarum terræ ſpecierum, in œconomia utilium tam mollium quam durarum, ſilicum, gemmarum, terrarum calcarearum, gypſearum, argillacearum, ad varia vaſa figulina utilium, & quæ ſunt alia: quæ tradit, quomodo terræ & lapides diſquirendi ſint, & ex iis, & ex eorum mixtione varia in vita communi utilia & proficua poſſint confici: fundata & in pura & in peculiari cognitione horum corporum utenſilium œconomicorum, cujus influxus ſe inprimis exſerit in arte, vaſa præparandi figulina diverſimoda, calces, lateres tectorum, gypſum, marmora artificilia, gemmis polituram afferendi;

2) *Halurgia*, in qua occurrunt regulæ, ſpecies tam diverſas ſalium in œconomia proficuorum rite præparandi, nobiliora reddendi, componendi, & in congruam formam redigendi; tamque diverſas ſalium partes ſimplices, e variis corporibus naturalibus, in terræ gremio educendi, & ad ſimplicia producta præparandi; quæ ſaporum quoque confectiones varias docet;

3) *Phlogurgia*, ſ. aliis Theurgia, de naturalibus corporibus combuſtibilibus agens, eorum præparatione, eductione congrua, ad uſus varios œconomicos, ut ſunt diverſi ſpiritus, olea, ſulphura, reſinæ, unguinoſa, adipoſa corpora & producta, diverſæ candelarum ſpecies, cera ſigillaris, præparata & producta varia pyrobolariorum, & omnia ad chemiam pyrotechnicam pertinentia.

4) *Metallurgia*, metallorum tam nobilium quam ignobilium acquiſitionem, purificationem reſpiciens, quæ comprehendit inprimis ſcientiam metallifodinarum, docimaſiam, elutriationem, fuſionem ſimplicem metallorum & compoſitam: reſpicientem artem quoque monetariam, aurifabrorum, alia e metallis producta rite præparandi, conficiendi, nobilitandi;

5) *Hyalurgia*, vitra artificialia, tam diverſi generis producere & conficere docens, artem nempe vitrariam, teſſellarem, incauſticam, murrhina vaſa conficiendi, fluores varios, gemmas producendi;

6) Chromaturgia ſ. Chemia *tinctoria*, de variis coloribus eorumque præparatione, & recta applicatione colorum agens; variis coloribus, ſplendoribus, integumentis, corpora œconomica obtegere, & iis quoque macerare, tradens;

7) *Zymotechnia*, fermentationes proficuas ſpirituoſas, acidas, putridas, productis tam e regno vegetabili quam minerali deſumtis, conferre docens;

8) *Chemia* agriculturæ & horticulturæ *propagationi*, omnium œconomicarum plantarum hortenſium, agreſtium, ſylveſtrium, ratione ſtercorationis & terræ præparationis in cultura agrorum, hortorum & ad ſylvarum nutritionem, plantarum propagationem inſerviens;

9) *Chemia technica*, methodum tradens materias rite præparandi, combinandi, conſervandi principiis chemicis ad opera varia architectonica; modum docens varia media & inſtrumenta præparandi, quæ variis artificibus valde ſunt utilia, tam diverſa ſolida corpora conglutinandi, uniendi, dura emolliendi, crines auſerendi, purificandi & quæ ſunt alia.

Chemia œconomica comprehendit illas notitias chemiæ, quæ utilitatem ſuam in œconomia, & laboribus opificum exſerunt. Promovet felicitatem civium, dum detegendo diverſas terræ ſpecies, agriculturæ inſervit, naturam corporum in prima ipſorum mixtione inveſtigat, illorum qualitates & utilitatem determinat, adeoque diverſis vitæ conditionibus, quæ cognitionem ſuam a chemia fœnerantur, *inſignem* affert *ſplendorem*. Artificioſæ præparationes tam multiplicium vitrorum, vaſorum fictilium, encauſticæ artis dexteritas, coquorum cereviſæ panis, zonariorum, pyrobolariorum, aurifabrorum, tinctorum, pictorum; encauſtorum varii labores vitriarii, & præparationes ſalium, ſaponum &c. chemiæ iſtum debent gradum perfectionis, ad quem noſtris temporibus potiſſimum pervenit: *præſtantia* & *utilitas* magna eſt, *influxus* in ſtatum hominis *ſanum* & *fortunatum*, hujus partis chemiæ mi-

minime eſt exiguus, ſed ejusdem momenti, uti chemiæ applicatæ medicæ: *minime* hinc *medico* inſtructo jam chemia theoretica, & applicata medica, *obeſt cognitio* quædam hujus quoque ſpecialis applicatæ chemiæ, ſed commodo ei potius *eſſe poteſt*, ſi conſiliis chemicis, principiis theoreticæ chemiæ concivi ſuo inſervire velit.

Autores quidam *chemiae applicatae oeconomicae in univerſum.*

*) C. E. *Weigel* Grundriſs d. reinen u. angewandten Chemie. Greifsw. 777 8. in Tomo ejus ſecundo, qui plures autores chemiæ applicatæ œconomicæ recenſet. *) J. G. *Wallerius* phyſiſche Chemie, e ſuecic. cura C. A. *Mangold.* Gota 761. & notis *Weigel* aucta. Lipſ. 776. 8. 778. 8. *) G. A. *Hoffmanns* Unterr. in d. Chemie, Metallurgie u Oeconomie für Künſtler u. Fabricanten. Gota 774. cum J. C. *Wiegleb* notis. Gota 779. 8. J. C. *Wiegleb* Handbuch d. allgem. Chemie. Altenb. 779. II. 8. technicam & œconomicam continens chemiam. *) J. D. *Suckows* Entwurf e. phyſiſch. Scheidekunſt. Frft. 769. 8. *) N. *Leske* Anfangsgr. d. Mineralogie. Lpz. 775. 8. *Wallers* Anfangsgr. d. chymiſchen Metallurgie Lpz. 770. 8.

Beaume Handbuch d. Scheidekunſt v. *Waſſerberg.* Wien 774. 8. *le Sage* Elemens de mineralogie docimaſtique. Paris 772. 8. & german. a *Leske.* Lipſ. 775. 8. J. *Lehmann* Probierkunſt. Berlin 774. c. f. 8.

J. A. *Crameri* Elementa artis docimaſticæ. Lugd. Bat. 739. 774. german Lipſ. 766. 776. II. 8 & *ejus* Anfangsgr. d. Metallurgie im kleinen u. groſſen Feuer. Quedlinb. 774. c. f. fol. J. T. A. *Peithner* erſte Gründe der Bergwerkswiſſenſch. Prag. 769. 770. 8. Gründl. Anleitung zur Mark-Scheidekunſt v. J. F. *Lempe.* 782. 8.

*) F. A. *Cartheuſer* Grundſäze d. Berg-Policeywiſſenſchaft. Gieſſen 776. 8. L. *Cancrini* erſte Gründe der Berg- und Salzwerkskunde d. Markſcheidekunſt. Frft. 778. VIII. 8. c. f. & *ejus* Beſchreibung d. vorzüglichſten Bergwerke Teutſchlands. Frft. 767. 4. C. E. *Gellerts* Anfangsgr. z. metallurg. Chymie. Lpz. 740. 751. 772. 776. 8. & *ej.* Anfangsgr. der Probierk. Lipſ. 772. II. 8. H. *Calvær* von den harziſchen Bergwerken. Braunſchw. 760. fol.

*) J.

*) J. G. *Wallerius* chemiſche Grundſäze des Feldbaues. Bern 765. 8. Verſuch eines ſyſtematiſchen Verzeichniſſes d. Schriften u. Abhandl. vom Eiſen. Berlin 782. 8.

*) C. *Bergmann* Anleit. z. Vorleſungen über d. Beſchaffenheit u. den Nuzen der Chemie. e ſuecico. Stockholm 779. 8.

B) Hiſtoria *naturalis applicata œconomica*, qua ſpecies applicatæ ſemper conſideranda, & probe diſtinguenda a *medica*, quam ſupra jam tetigimus, verſatur potius circa deſcriptionem & hiſtoriam naturalem omnium corporum, quæ in œconomia poſſunt adhiberi, applicari, præparari, adaptari ad diverſi generis corpora utilia, ad vitæ humanæ conſervationem, commoditatem, & amœnitatem potius inſervientia.

Omnia iſtius generis corpora naturalia e tribus naturæ regnis, minerali, vegetabili, animali, deſumta ſunt præcipua hujus *ſpeciei hiſtoriæ naturalis objecta*, & quidem

1) e regno *Minerali*, humus turfacea, paludoſa vegetabilis, communis, animalis: terræ tingentes, ochraceæ, calcareæ, cretaceæ, margaceæ; fullonum, gypſeæ; argilloſæ; vitreſcentes, arenoſæ: lapides calcarei, marmoracei, gypſei; lapides vitreſcentes, gemmæ, ſilices, ſchiſti; apyri amyanthus, asbeſtus, ſerpentinus: ſalia acida, alcalina, media: mineralia, ſulphura, bitumina, aſphaltum lithantraces, ſuccinum, ſulphura ipſa, vegetabilia bituminoſa; metalla perfectiora, imperfectiora. In omnibus hiſce ſingulis corporibus, naturalibus eorum generibus, ſpeciebus, varietatibus deſcribendis omnia eadem momenta obſervantur ſpecialia, individualia, quorum mentio jam facta eſt in ſectione hiſtoriæ naturalis medicæ, præter accuratam indicationem, præparationem, ado-

adoptationem & utilitatem multiplicem in œconomia horum corporum ad regnum minerale & lapideum referendorum.

2) e regno *Vegetabili*, omnes arbores, frutices foreſtales ſ. ſylveſtres; tam peregrini quam domeſtici, omnes arbores pomiferæ, omnes plantæ culinares, omnes plantæ frumentaceæ, frumenta; omnes plantæ pabulum exhibentes, commerciis, opificiis & negotiis artificum variis inſervientes, omnes denique plantæ ad colores præparandos, corium adaptandum, & oleum extrahendum utiles:

3) e regno *Animali*, omnia iſta præcipua animalia tam utilia quam noxia, ad quæ referuntur ex utilibus potius, *Amphibia*, quorum vel ovis vel carne veſcimur, adipe, & integumentis teſtaceis utimur; *Piſces* & *Inſecta*, Vermes, quæ nobis vel cibo vel aliis uſibus inſerviunt; *Mammalia* animalia, quæ carne, lacte, integumentis pelleis, crinibus, cornubus, ungulis, dentibus, ſebo nobis inſerviunt; uti & ad rem venatoriam *Aves*, quarum caro, ova, comeduntur, quarum pennæ proficuæ ſunt, quæ ad rem piſcatoriam venatoriam uſurpantur, & ultimo loco quæ nobis cute ſua ſe commendant. Plura, quæ ad hoc caput referri poſſint, jam ſupra indicavimus in capite de hiſtoria naturali, ejusque peculiari uſu tam medico, quam œconomico.

Omnia enim, quæ in *uſus cedunt hominum*, ex *naturalibus corporibus* deſumuntur, hinc œconomia mineralis, ſ. metallurgica, vegetabilis ſ. agricultura, & horticultura, animalis ſ. res pecuaria, venatus, piſcatura, verbo *ſcientia naturalis fundamentum* eſt omnis *œconomiæ*, opificiorum, commer-

merciorum & uti ſupra audivimus, diætetices & medicinæ, cui *ſententiæ Linnæus* quoque quondam ſubſcripſit. Ex ea homines in ſtatu conſervantur ſano, a morboſo præſervantur, ab ægroto reſtituuntur, & varia acquirunt ad vitam commode & jucunde peragendam, ita ut delectus naturalium iſtorum corporum plane ſit *neceſſarius*; nec *inhoneſta* & *inutilis* iſta *cognitio medico*, ſi non tantum eſt contentus iſtius generis hiſtoria naturali, quæ nomina mere condit, quasdam obſervat notas, & ſecundum illas corpora in claſſes & ordines dividit, neque tamen in naturam illorum & uſum tam eximium œconomicum inquirit, ſine qua inquiſitione intellectus fere nullam materiam cogitandi habet, & *homines nullam* conſequuntur *utilitatem*.

1) Autores *Hiſtoriae naturalis* applicatæ *œconomicae*, per tria regna.

*) J. D. *Titius* Lehrbegriff der Naturgeſchichte. Lipſ. 777. 8. *) A. D. *Richter* Lehrbuch einer Naturhiſtorie. Lipſ. 772. 8. *) J. *Beckmann* Anfangsgr. der Naturhiſtorie. Götting. 767. 8. *) A. F. *Büſching* Gründliche Kenntniſs d. Staatsverfaſſung d. europäiſch. Reiche u. Republiken. (mit beygefügter einzelner Natur-Geſchichte.) Hamb. 761. 8. Geſchichte practiſche europäiſcher Natur-Producte Nrnbg. 777. 4. c. f. *) F. W. *Crome* Europens Producte z. Gebrauch d. neuen Producten-Charte v. Europa. Deſſau 782. 8.

2) *) *Rouſſeau* nüzl. Anwend. der Mineralien in d. Künſten und wirthſchaftl. Dingen. Ingolſt. 778. 8. *) R. *Vogel* practiſches *Mineralſyſtem*. Lipſ. 770. 776. 8.

3) *) G. A. *Suckow* œconomiſche *Botanic*. Mannh. 777. 8. *) J. F. *Lorenz* Grundriſs der theoretiſch-practiſch. Botanic. Lipſ. 781. 8. E. G. *Baldinger* über d. Studium d. Botanic u. Erlernung derſelben. Jena 770. 8. J. F. *Kerner* Handlungs-Producte aus dem Pflanzenreiche. Stuttg. 781-82. III. fol. J. G. *Eiſen* Unterr. von der allgem. Kräuter- und Wurzel-Trocknung. Riga 774. I. 8.

C. de *Linnaei* Diſſertat. Hortus culinaris inſerta in Vol. VII. Amœnit. ejus academicar. Holmiæ 769. 8. & *ejus* diſſ. de plantis tinctoriis in Vol. V. Amœn. ejus acad. *Siefert* Verſuch mit einheimiſchen Farbmaterien zum Nu-

Nuzen der Färberey. Altenb. 775. II. 8. Kenntniſs d. Pflanzen die Malern u. Färbern z. Nuzen und den Liebhabern der œconom. Pflanzen-Kenntniſs z. Vergnügen gereichen können. Lipſ. 776. 8. (a C. F. *Reuſs*.)

H. *Koch* inländiſche Pflanzen, durch deren unvorſichtigen Gebrauch bey Menſchen und Vieh groſſer Schaden ja der Tod ſelbſt verurſacht werden kann. Bern 778. 8. H. G. *Mattuſchka* flora Sileſiaca. Lipſ. 776. III. 8. J. A. *Pollich* hiſtoria plantar. in Palatin. electorali. Mannh. 776. III. 8. J. F. *Gmelin* enumeratio ſtirpium agro Tubingenſi indigenarum. Tubing. 772. 8. Vollſtänd. Verzeichniſs aller Gewächſe Deutſchlands. Lipſ. 783. I. 8.

H. *Lueder* vollſtänd. Anleit. z. Wart. aller in Europa bekannten Kuchengarten-Gewächſe. ex angl. cum augm. Lübeck 780. 8. c. f. Vollſtänd. Anleit. e. ſyſtemat. Pomologie von der Art u. Beſchaffenheit d. unterſchied. Merkmale aller Obſtarten. Lipſ. 784. I. 8. A. *Hallers* Abhandl. über die neuere Futter-Kräuter. Bern 771. 8. Von d. Futter-Kräutern nach ihren verſchied. Gattungen und deren vortheilhaftem Anbau in Deutſchland. Berlin 783. 8.

C. L. *Hirſchfeld* Gartenkalender. Deſſau 783. 8. & *ejus* Theorie d. Gartenkunſt. Lipſ. 782. IV. 8. Journal für d. Gartenkunſt: od. Auszüge v. Büchern über d. Gartenkunſt. Stuttg. 783. 8. Practiſch. Unterricht für den Land- und Bauersmann vom Bau u. Nuzen der vornehmſten Futterkräuter z. beſſern Viehzucht, Ackerbau u. innern Oeconomie. Wien 780. 8.

du *Hamel* du Monceau pomona gallica, od. Abh. v. den Obſtbäumen, ihrer Geſtalt, Erzieh. u. Pflanzung. e gall. v. *Oelhaſer*. Lipſ. 774. II. c. fig. 8. Samml. neuer u. nüzl. Abh. u. Verſ. aus d. Oeconomie, Mechanik u. Naturlehre. Nrnbg 774. 8. C. A. *Mayer* von dem Nuzen d. ſyſtematiſch. Botanick in der Arzney und Haushaltungskunde. Greifswalde 772. 4.

4) Cameral. Grundſäze der practiſch. Forſtwiſſenſchaft von L. W. von *Griesheim*. Lipſ. 778. I. 8. Bemerk. practiſch. d. Forſtwiſſenſch. Frft. 783. 8. c. fig. *) J. G. *Jung* Verſ. e. Lehrgebäudes d. Forſtwiſſenſch. Lipſ. 781. Mannh. 782. 8. *Werner* mathemat. Unterricht in Verbeſſ. d. Forſtweſens z. Cameral allgem. Benuzungen. Bayreuth 780. 8. c. f. *) J. F. *Stahls* allgemeines œconom. Forſtmagazin. Stuttg. 768. 783. VI. 8.

*) J.

*) J. *Suckows* Einleit. in d. Forſtwiſſenſch. Jena 778. 8. *) W. *Weiſs* Entwurf e. Forſtbotanic z. Gebr. acad. Vorleſ. Gœtting. 775. 778. I. 8. c. f. *) G. *Gleditſch* ſyſtematiſch. Einleit. in d. neuere aus phyſiſch. Gründen hergeleitete Forſtwiſſenſch. Berlin 774. II. 8. Anleit. theoretiſch practiſche z. Forſtwiſſenſchaft. Berlin 783. 4. A. L. *Burgdorf* phyſical. œconom. Abhandl. d. nuzbaren Holzarten zu Beförder. d. Forſtweſens, u. d. Naturgeſch. Berlin 783. I. 4 c. f. 8. Abbild. verſchied. Sorten Hölzer nach d. Natur gemahlt. Amſterd. 773 – 782. IV. 4.

5) *) Entwurf e. œconomiſchen *Zoologie*. Lipſ. 778. 8. *Thyms* vom Nuzen fremd. Thiere, Bäume und Pflanzen ſowol z. Narung als z. Fabriken einzuführen und fortzupflanzen. Berlin 778. 8. J. H. *Glaſer* phyſical. œconom. Abhandl. v. d. Blüthen verderbenden auch Laub und Obſt abfreſſenden ſchädlichen Raupen der Obſtbäume u. bewärte Mittel ſolche abzuhalten und zu vertreiben. Lipſ. 774. 8. *Mader* Raupenkalender. Nrbg. 777. 8. *Sander* œconomiſch. Naturgeſchichte für d. Landmann und d. Jugend Lipſ. 782. 8.

*) C. de *Linnaei* diſſert. Flora œconomica inſerta in Vol. I. ejus Amœnit. acad. & ejus diſſert. Panſuecus in Vol. II. ejus Amœn. acad. & ejus diſſert. noxa Inſector. in Vol. III. ejus Amœn. acad. inſerta.

*) W. J. *Gatterer* Abhandl. v. Nuzen und Schaden der Thiere nebſt d. Arten d. vornehmſten derſelb. z. fangen, d. ſchädl. zu mindern. Lipſ. 780. II. 8.

C) Reſtat ex diſciplinis, ſcientiis medicis affinibus, *Oeconomia*, quæ dividitur tam in *ruralem* quam in *civilem*.

Oeconomia generatim ſpectata eſt ſcientia peculiaris, quæ docet, quomodo recto uſu omnium in noſtra commoda creatarum rerum, & neceſſitati & commoditati conſulere debeamus.

Oeconomia ſpeciatim conſiderata, & quidem *ruralis* præcepta tradit, quomodo corpora naturalia, quæ uſum habent œconomicum, optime acquiri, & quæſtui cuidam poſſint ſervire.

Oeco-

Oeconomia vero *civilis* docet, quomodo acquiſita hæc corpora præparari, & meliora effici debeant, ut variis artificiis inſerviant, quorum ex venditione lucrum civibus redit, & in genere commercium aliquod ſtabilitur.

Quatenus corpora hæc naturalia, uſum qui habent œconomicum, acquiruntur e regno vegetabili, pertinent ad *agriculturam*; e regno animali ad *rem pecuariam*, ex regno minerali, ad doctrinam de *metallifodinis*, de qua ſermo jam fuit in chemia metallurgica.

Agricultura præcipue verſatur in colendis agris, vineis, pratis, hortis, variisque aliis plantis œconomicis, quarum ſolum, ratione bonitatis inquiritur & præparationis, ſtercorationis, atque ſepimenti, aliorumque huc pertinentium laborum, optima ratio traditur, tam propter uſum œconomicum quam voluptatem commendabilibus. In plantis disquiruntur illarum conditio, præparatio, modus & tempus diſſeminationis, maturatio, aſſervatio in futuros uſus varios œconomicos.

Res pecuaria verſatur circa cognitionem & rectum uſum eorum animalium, quæ variis hominum commodis inſerviunt. Præcipue vero in illa ſpectantur educatio & nutritio eorum, quæ domi habentur, quadrupedum, volatilium, inſectorum; vel eorum, quæ fera ſuccreſcunt, quadrupedum, avium, amphibiorum, inſectorum, vermium. Utilitas horum animalium non tantum cernitur, quo ad vivunt, in peragendis laboribus, in venditione ſua ipſorum, & eorum omnium, quæ producunt, ſi mortua vero ſunt in culina, tanquam alimentaria, in commerciis.

In *Oeconomia Civili* traditur cognitio opificiorum, fabricarum, & omnium inſtitutorum, in quibus corpora naturalia arte & induſtria hominum va-

varios in uſus præparantur. Cognitio illorum ſcientifica audit *Technologia.* Pauca ſunt corpora naturalia, quæ absque ulla præparatione commodis hominum illis inſerviunt, quibus inſervire poſſunt. Plurima variis mediis adaptanda ſunt, & præparanda. In officinis tantum oſtenditur, quomodo in his vel illis opificiis, præcepta & conſuetudines magiſtri ſequenda ſint, in technologia vero traditur ordine ſyſtematico, ſolida inſtitutio, quomodo in eundem finem, ex veris principiis & certis experientiis, media invenienda, & quæcunque inter labores occurrentia phænomena explicanda, & in uſum convertenda ſint. Præterea penſitantur cujusvis opificii & artis hiſtoria, variorum laborum varius uſus, emendatio atque perfectio fabricarum ad officinarum, in quibus merces diverſiſſimæ præparantur, ſigna tandem, quibus vel bonæ vel malæ notæ producta, quid in illis deficiat, quomodo corrigendum & ad majorem perfectionem evehendum ſit, conſiderantur.

Artibus & opificiis non exiguas debemus gratias, ob emolumenta varia atque commoditates, quibus in hac vita gaudemus, quousque hominum ingenia eniti poſſint, luculenter teſtantur. Inprimis vero *medicus œconomiæ ruralis* & *civilis ſtudio* magnam laudem conſequetur, quid quod ſæpe *neceſſarium* eſt, ut polleat hac cognitione, propter morbos tam ruri, quam in urbibus occurrentes. Nam varie ruſtici, & opifices artifices varios experiuntur morbos, eo facilius cognoſcuntur & curantur, quo accuratius in ipſorum vitæ genera inquiſivimus. Enarrandi hæc ſollicitius opera eo melius superſedere poſſumus, (limitibus harum paginarum plura perſe non admittentibus,) quo diſtinctius & melius, *Ramazzini Linnæus, Lautter*, aliique id ſcriptis peculiaribus jam pertractarunt.

 1) Au-

1) **Autores** *Oeconomiae* & *ruralis* & *civilis* quidam præcipui.

*) A. F. *Büſching* Grundriſs der allgem. Haushaltungs-Wiſſenſchaft. Hamb. 777. 8. C. H. *Bœrner* Land- und Stadtwirhſchaft, nach ihren Grundſäzen. Halle 772. I. v. Feldbau. v. d. Viehzucht. II. 8 J. C. *Fœrſter* Entwurf der Land- Stadt- und Staatswirthſchaft. Berlin 782. 8. *) Encyclopædie œconom. e gall. cum notis J. G. *Krüniz*. Berlin 773. 774. IV. 8. *) & *ejus* œcon. Encyclopædie. Berlin 783. XXVII. 8.

J. H. *Batie* allgem. œconom. Magazin d. beſten œcon. Schriften u. Bemerk. enthaltend. Hamb. 783. 8. Der Hausvater bayeriſch œkonomiſche. Nrbg. 783. 8. Der Hausvater (v. Münchhauſen). Hannov. 771. VI. 8. Die Hausmutter in allen ihren Ständen. Lpz. 779. IV. 8.

*) Lehrbegriff ſämtl. œconom. u. Cameral-Wiſſenſch. Stuttg. 764. 8. Mannh. 773. 779. IV. 8. *) Lehrbegriff allgem. œconom. pract. Hand- und Lehrbuch für d. Haus- und Landwirthſch. Nrbg. 780. 4. *Beckmanns* phyſical. œconom. Biblioth. Lpz. 783. XIII. 8. F. *Block* Lehrbuch d. Landwirthſch. Lpz. 774. IV. 8. Anfangsgründe d. Landbaues auf Erfahr. u. Vernunft gegründet. Bern 774. 8. Einleit. in d. Haus- und Landwirthſchaft. Nrbg. 783. 8. J. D. *Titius* Grundſ. d. theoret. Haushaltungskunde. Lpz. 780. 8.

2) *) G. J. *Beckmann* Grundſäze d. deutſchen Landwirthſchaft. Götting. 769. 775. 780. 8. *) J. F. *Döhler* Abhandl. v. d. Landwirthſch. Jena 767. 8. *) Kurzer Begriff des Feldbaues (v. *Sprenger*). Stuttg. 764. 8.

*) J. C. *Fabricii* Anfangr. der œconom. Wiſſenſchaft. Flensb. 773. 783. 8. Kurzer Lehrbegriff d. Landwirthſchaft u. Haushaltungskunſt. Wiesbaden 780. 8. J. C. *Dittmar* Einleit. in d. œconom. Policey- und Cameral-Wiſſenſch. Frft. 769. 8. W. *Ellis* Landwirthſch. Lpz. 774. II. *) J. *Mills* Lehrbegriff d. pract. Feldwirthſchaft. ex angl. Lpz. 764—67. V. 8.

J. *Berger* Anleit. zur Verbeſſerung d. Viehzucht. Berlin 781. 8, J. G. v. *Schönfeld* die Landwirthſchaft u. deren Verbeſſerung. Lpz. 773. 8. allgem. Haushaltung u. Landwirthſchaft. Lpz. 760—768. V. 8. J. C. *Adelung* Beiträge z. bürgerl. Geſchichte d. Cultur, Naturſchichte, Naturlehre u. Feldbau. Lpz. 783. c. f. 8.

Leipziger Magazin zur Naturkunde, Mathematic und Oeconomie. Lpz. 781. II. 8. Berliner Beiträge z. Landwirthſchaftswiſſenſch. Berlin 780. IV. 8. Auszüge œconom. phyſical. aus d. beſten Schriften d. Naturlehre,

re, Haushaltungsk. Policey, Cameralwiſſenſch. Stuttg. 758—765. X. 8. allgemeines Haushaltungs-Lexicon. Lipſ. 750. II. 4.

3) *Technologici* Autores.

*) J. *Beckmann* Anleit. z. Technologie od. z. Kenntniſs d. Handwerker, Fabriken und Manufacturen. Götting. 777. 8. Schauplaz d. Natur u. Künſte. Wien 774. III. 4. *) *Sprengels* Handwerke u. Künſte. Berlin 767—777. XV. 8. c. f. Beyträge zur Geſchichte der Erfindungen v. J. *Bekmann*. Gött. 782. VII. 8. W. *Boiley* Beförderung d. Künſte, Manufacturen u. Handelſch. od. Beſchreib d. nüzl. Maſchinen u. Modelle. ex angl. v. J. K. *München*. 774. 4.

*) J. S. *Hallens* Technologie d. mechaniſch. Künſte als e. vermehrt. Auszug aus dem 6ten Band der neuen Kunſthiſtorie. Brandenb. 782. 8. c. f. *) *ejus* Werkſtätte der heutigen Künſte od. d. neuen Kunſt-Hiſtorie. Lpz. 761—779. VI. 4. c. f. S. J. *Schrök* Einleit. zur allgem. Erkenntniſs aller Handlungswiſſenſch. Frft. 769—70. III. 8. C. G. *Röſig* Verſ. e. pragmatiſch. Geſchichte d. Oeconomie, Policey u. Cameralwiſſenſch. Lpz. 783. II. 8. *Hermann* über die Einführung d. Studiums d. Technologie, od. der Lehre v. Handwerken, Künſten, Manufacturen, Fabriken. Wien 781. 8. Abriſs u. Erklär. aller Künſte und Wiſſenſch. für erwachſene Perſonen. Lpz. 782. 8. c. f.

J. J. *Weber* Fabriken und Künſte. Tub. 781. 8. & *ejus* phyſical. chem. œconom. Magazin für Ærzte, Chemiſten u. Künſtler. Berlin 780. II. 8. G. v. *Murr* Journal zur Kunſtgeſchichte und allgem. Litteratur. Nrbg. 779. II. 8. *Fuesli* allgemein. Künſtler-Lexicon. Zürch 763. 8. C. G. *Jacobſons* technolog. Wörterb. od. alphabetiſche Erklärung aller nüzlichen mechan. Künſte, Manufacturen, Fabriken und Handwerker cura J. *Bekmann*. Berlin 781. 783. III. 4. Schauplaz der Künſte u. Handwerker. e gallico cura *Juſti* & *Schreber*. Berlin 762—779. XIV. 4. Theoret. pract. Werke der Künſte, Manufacturen u. Handelſch. Abriſſe und Beſchreib. München 779. 8.

v. *Taube* Abſchild. der engländiſch. Nanufactur. Handl. Schiffart u. Colonien. Wien 778. II. 8. *) L. v. *Beauſaubre* Einleit. in d. Kenntniſs d. Politic d. Finanz- u. Handlungswiſſenſch. e gall. Riga 773. II. 8.

Plures ſpeciales autores Hiſtoriæ natural. applicat. œconom. & œconomiæ tam ruralis quam civilis, recenſet

ſet *Eyring* in ſ. litterariſch. Allmanach v. Teutſchland. Lipſ. 775. 8. & inprimis J. T. *Müller* Einleit. in d. ökonom. u. phyſical. Bücherkunde. Lipſ. 780. l. 8.

§. 142.

Satis copioſe, ut putamus, in capitibus præcedentibus demonſtravimus, qualis & quantus ſit ſcientiarum medicarum campus, percurrere debeat medicinæ cultor in ordine ſyſtematico. Reſtat (quantum ſpatium & limites harum paginarum adhuc permittunt;) ut paucis regulas quasdam ſubjungamus, quæ a medicinæ cultore inprimis obſervandæ. Præcipue ſcilicet illarum hæ fere ſunt.

Non ad ipſas theoreticas diſciplinas properet, antequam præparantes ſatis coluerit.

In theoreticis deinde omnem operam inſumat, antequam ad practicas ſe conferat.

Non autem in una alterave propter jucunditatem ſtudii inhæreat, neglectis aliis.

Præter diligenter frequentanda collegia medica,

Repetitionem ſtudiorum matrem eſſe, perpendat.

Circa fiduciam in præceptore poſitam cautus ſit.

Cognitione, quantum fieri poteſt, ſcientifica animum inſtruat.

Præſtantiſſimos auctores legendo ſibi familiares reddat; & ultimo loco ipſe quoque obſervet, ut obſervatores medicos melius poſſit dijudicare.

Plura dabunt *ſcripta* hæc *ſequentia*.

*) J. F. *Facius* Schulſtudien-Plan für Studirende auf Schulen u. Gymnaſien. Nrbg. 782. 8.

*) J. C. *König* über das academiſche Studium u. academiſche Leben. Nrbg. 781. 8. *) Haushaltung eines Studirenden auf d. Univerſität. 782. 8. P. C. *Henke* Abhandl. wider d. Fehler der Jugend, beſond. auf Univerſ. den Schein des Böſen zu ſuchen, u. ſich des Gu-

Guten zu ſchämen. Helmſt. 781. 8. Schreiben an einen Rechtsgelehrten, der ein ſtarker Geiſt ſeyn und nicht glauben will, daſs das wahr ſey, was in der h. Schrift ſteht, aufgeſezt v. einem, der d. h. Schrift glaubt. Frft. am M. 781. 8.

Cujus contenta juveni Medico quoque prodeſſe poſſunt.

C. *Ferber* Abhandlung über d. Urſachen, warum jezo nicht ſo viele geſchickte Jünglinge von Academien gehen, wie ehedem. Helmſt. 781. 8. Lebensregeln für Jünglinge, welche d. hohe Schule beziehen wollen. Zürch 783. 8. Briefwechſel zweyer academiſchen Freunde. Ulm. 778. 8. Sie ſtudieren ein Leſebuch z. Beherzigung aller Studierenden. Frft. 782. 8. *Maſch* Abhandl. wie d. Jugend z. Univerſität zubereitet wird. Halle. 771. 8. Kurze Anweiſ. für ankommende Studierende in allen Facultäten. auf d. Univ. Halle. Halle 781. 8. *) Kurzer Unterricht für angehende d. Arzneygel. Befliſſene. Erlang. 770. 8.

*) Abhandl. v. d. Vorzug e. Arztes, der d. Theorie mit d. Praxis verbindet. Freyb. 775. 8. J. G. *Zander* diſſ. de feſtinatione ſtudio medico infenſiſſima præſ. G. D. *Coſchwiz*. Halæ 721. 4. *A. G. Plaz* progr. de empiricis. 771. J. G. *Carſtens* diſſ. de empiria rationali medica. præſ. E. *Stahl*. Halæ 709. J. C. *Ehrlich* diſſ. de damnis ex empiria medica oriundis. præſ. *Coſchwiz*. Halæ 728. T. *Tame* diſſ. de medicinæ ſimplicitate. Lugd. Bat. 751. G. *Thomſon* diſſ. de medicina rationali vera, & de uſu ejus in praxi medica. Lugd. Bat. 751. D. G. *Meſſerſchmied* diſſ. de ratione præſidæ univerſæ medicinæ. præſ. F. *Hoffmann*. Halæ 713. F. A. W. de *Winter* diſſ. de cautione in obſervationibus phyſico-medicis adhibenda. Altorf. 744. H. *Bœrhave* Sermo academ. de comparando certo in phyſicis. Lugd. Bat. 715. J. D. *Hahnii* oratio de medico ſpeculatore. Lugd. Bat. 775. E. G. *Baldinger* commentatio de profeſſore medico ejusque officiis præcipuis. Jenæ 769. C. A. *Mangold* de neceſſitate omnes medicinæ partes in academiis practice docendi. Erford. 756. J. C. *Ruckeri* oratio de honoribus academ. magno doctrinæ præmio. Lud. Bat. 735.

*) J. *Gregory* Vorleſ. über d. Pflichten und Eigenſchaften eines Arztes, (quæ ſpecialiſſime recenſet) ex angl. Lpz. 778. 8. *Schwenk* von d. Character u. d. Ehre d. Arztes. Dresd. 753. 4. *) *Stolpertus* ein junger Arzt am Krankenbette, v. e. patriotiſchen Pfälzer,

(May). Mannheim 777. 8. (ſpecialiſſime quoque percurrit hanc materiam.) F. L. *Eisfilds* Pflichten e. Phyſic. Frankenth. 757. 8. T. *Brownes* Religion e. Arztes, cura S. *Venzky*. Prenzlau. 746. 8. J. E. *Trampel* diſſ. de ingreſſu theoriæ med. in praxin. Götting. 760. J. E. *Stahl* diſſ. præſ. *Coſchwitz* de requiſitis medico ad praxin felicem ſumme neceſſariis. Halæ 730. J. E. *Schmid* diſſ. de Judicio medico practico in curationibus morborum ſcite feliciterque adhibendo. Gieſſen 771. J. L. *Cauſſe* diſſ. præſ. J. F. *Cartheuſer* de idea medici clinici in arte ſua roſcii. Frft. 775.

S. F. *Krezſchmar* diſſ. de experientia praxeos medicæ magiſtra. præſ. G. F. *Sigwart*. Tub. 764. 8. L. J. *Jaquemin* diſſ. præſ. M. *Alberti* de cura per expectationem. Halæ 730. D. H. *Blume* diſſ. præſ. J. P. *Müller* de eo, quod circa curam pauperum generatim obſervandum eſt. Götting. 749. T. *Dreyſig* diſſ. præſ. *A. F. Büchner* de prudenti medicamentorum mutatione. Halæ 752. C. F. *Ziegler* diſſ. de quibusdam remediis domeſticis apte pharmaceuticis ſubſtituendis. Götting. 776. C. G. *Lindner* diſſ de noxis ex remediis domeſticis incongrue applicatis. præſ. F. *Hoffmann*. Halæ 729. C. T. *Baudius* diſſ. præſ. A. G. *Plaz* de vulgatiorum remediorum uſu non rejiciendo. Lipſiæ 763. 4.

A. F. *Pape* diſſ. præſ. G. C. *Beireis* medicamenta inania in medicinam perverſis opinionibus recepta illuſtrans. Helmſt. 767. L. R. *Seubert* diſſ. præſ. C. L. *Mœgling* de tutiſſima methodo curandi morbos quam plurimos eosque graviſſimos. Tubing. 752.

P. *Curtius* diſſ. præſ. F. *Hoffmann* de medendi methodo varia pro climatum diverſitate. Halæ 734. G. C. *Hilſeman* diſſ. præſ. G. D. *Coſchwitz* de methodo medendi individuali generali non contrariante. Halæ 728.

*) C. G. *Ludwig* de methodo doctrinæ medicæ univerſæ. Lipſ. 766. 8. (in qua occurrunt præcipua capita. excepta deſcriptione valde brevi diſciplinarum medicarum, de indole Tyronis medici; de colenda medicina, & quidem dexteritate & officio Doctoris medici; de medico inventore; de officiis Phyſicorum anatomicorum, chymicorum, compilatorum; de medico Profeſſore, & quidem de cultura ſtudii univerſi, de æquitate in judicandis inventorum laboribus, de ſolertia in applicandis aliorum inventis, de ſyſtemate univerſæ medicinæ ſtabilendo, de methodo tradendi diſciplinas medicas; de officiis medicorum practicorum

&

& quidem de eligendo ſyſtemate medicinæ; de con-
ferendis libris medicis examine ægrorum caute inſti-
tuendo, de conſignandis præcipuis rebus ad morbos
eorum, medelam pertinentibus, de varietatibus cli-
matum, tempeſtatum, vitæ generis rite obſervandis,
de inſtruendo medicamentorum & aliorum remediorum
apparatu, de modo inter ægros verſandi de ſeligendis
& exponendis optimis obſervationibus; de publica
rei medicæ cura. J. *Sims* Rede über die beſte Metho-
de, mediciniſche Unterſuchen anzuſtellen. ex anglic.
v. *Möller*. Hamb. 775. 8. *Senebrier* - Kunſt zu beob-
achten. Lpz. 776. 8.

*) C. G. *Gruner* Gedanken von d. Arzneiwiſſenſch. und
d. Aerzten. Breslau 772. 8. (qui præcipue differit de
utilitate & neceſſitate medicinæ in republ. bene or-
dinata; de certitudine medicinæ; de remediorum vir-
tute certa & ſpecifica & univerſali; de ſyſtematum
variarum utilitate; de inimicis medicinæ; de conne-
xione theoriæ rationalis cum experientia medica; de
ſcientiis medicis medico ſcitu neceſſariis valde brevi-
ter; de meliore inſtitutione juvenum medicorum in
Gymnaſiis & Academiis; de medicis ſolidis empiricis,
hiſtrionibus, chirurgis, pharmacopæis, obſtetricanti-
bus, ſingulorum officiis, noxa & utilitate; de præ-
judiciis hominum reſpectu ſanitatis; de officiis magi-
ſtratus rem medicam ſpectantibus, de religione medici.)

*) F. *Hoffmann* politiſch. medicus od. Klugheits-Regeln,
wie e. junger Arzt ſtudiren ſoll, um e. berühmte,
geſchwinde u. glükliche Praxin zu erlangen und zu
erhalten. Lpz. 752. 8. *) Schilderung d. Aerzte oder
die Aerzte, wie ſie ſind, u. wie ſie ſeyn ſollen e gal-
lic. Strasburg 777. 8. *) E. G. *Kurella* Entdeckungen d.
Maximen, ohne Zeitverluſt u. Mühe e. berühmter u.
reicher Arzt zu werden. Berlin 750. 8.

J. G. *Laib* diſſ. præſ. F. *Hoffmann* perverſa judicia de me-
dicis & medicina exhibens. Halæ 712. *) H. *Boerhav.*
ſermo academ. de iis. quæ virum medicum perficiunt
& exornant. Lugd. Batav. 752. 8.

J. H. *Lucas* diſſ. præſ. C. G. *Gruner* de fortuna & pru-
dentia medica. Jena 776. 4. C. A. *Uderſtatt* diſſ. præſ.
G. C. *Stahl* de poteſtate artis medicæ. Halæ 712. J.
G. *Horſtig* diſſ. præſ. *A. G. Plaz* de medico audace.
Lipſ. 766. *A. G. Plaz* progr. de ſcrupoloſitate medi-
ca. Lipſ. 772. C. T. *Geriſcher* diſſ. præſ. J. C. *Pohl* de
præcipuis quibusdam curationis morborum obſtacu-
lis.

lis. Lipſ. 778. E. R. *Müller* diſſ. præſ. J. *Junker* de vexis artis medicæ præcipuis. Halæ 740.

C. G. *Stolzenberg.* diſſ. præſ. M. *Alberti* de voto obedientiæ medico. Halæ 752. C. *Jacobi* diſſ. de patientia Medicorum. Altorf 724. G. E. *Weiſs* diſſ. præſ. F. *Hoffmann* de medicis morborum cauſa. Halæ 729. *Kœhlers Anweiſung* für reiſende Gelehrte. Lpz. 762. 8. F. *A. Reis* diſſ. de officio medici in itinere principis. *Altorf.* 740. *A. G. Plaz* Programma de officiis medicorum non digne ſatis compenſatis. Lipſ. 780 F. *Hoffmann* oratio de officio boni theologi ex idea boni medici. Halæ 702.

J. *A. Hammerer* diſſ. de neceſſitate artis medicæ. præſ. G. E. *Stahl.* Halæ 712. F. *Bœrner* diſſert. de medico reipublicæ conſervatore. Lipſ. 754. 4. C. *Rickmann* *Abhandl.* v. Einflus d. *Arzneywiſſenſchaft* auf das Wohl d. Staates, und. d. beſten Mitteln z. Rettung d. Lebens. Jena 771. 8. *A. G. Plaz* Programma de medicina ſupra jurisprudentiam æſtimanda. Lipſ. 782.

APPENDIX.

1) *Autores* quidam, qui *Inſtitutiones medicas* ſcripſerunt.

L. *Riverii* in opera medica univerſa. Frft. 674. fol. G. *Mœbii* Epitome Inſtitution. medicar. Jenæ 663. 4. J. J. *Waldſchmid* Inſtitutiones medicinæ rationalis. Frft. 696. 8. L. *Fuchs* Inſtitut. medicinæ. Baſ. 605. 8.

D. *Sennerti* Inſtitut medicæ. Vittenb. 667. 4 C. *Schelhammer* Inſtitut. med. Helmſt. 687. 4. J. *Dolaei* Encyclopædia medica. Frft. 691. 4. J. *Dolaei* Encyclopædia chirurgica. Frft. 689. 4. V. *Riedlini* lineæ primæ medicæ, *Aug.* Vindeſ. 700. G. E. *Stahl* theoria medica vera. Halæ 708. 4. J. P. *Eiſel* opera medica & chirurgica, ſ. compend. inſtitut. phyſiologic. patholog. ſemiolog. practic. chirurgic. continens. Lipſ. 718. 8. H. *Conringii* Introductio in univerſam artem medicam, ſingulasque ejus partes. Halæ.

*) H. *Bœrhave* inſtitutiones medicæ. Lugd. Bat. 734. Nrbg. 756. 8. J. de *Gorter* Compendium medicinæ. Lugd. Bat. 731. II. 4. J. G. *Krüger* Grundriſs eines neuen Gebäudes d. *Arzneygelahrtheit.* Halle 745. 8. L. *Heiſter* Compendium inſtitut. Helmſt. 745. 8. *Barker* Eſſai ſur la conformite de la Medecine des *Anciens* & des Modernes. *Amſt.* 749. 8. *A. F. Settegaſt* Inſti-

ſtitutiones medicæ. Frft. 768. 8. *) J. B. *Morgagni* nova inſtitutionum medicarum idea, medicum perfe-ctum adumbrans. Lipſ. 775. 8.

H. F. *Delius* ſynopſis introduct. in medicinam univerſa-lem, ejusque litterariam. Erlang. 779. 8. Barbier du *Bourys* erſte Gründe d. *A*rzneikunde in kurzen Sä-zen. e gall. Strasburg 781. 8.

*) C. G. *Gruner* Gedanken von d. *A*rzneywiſſenſch. u. d. *A*erzten. Breslau 772. 8. *) C. G. *Ludwig* Method. doctrinæ univerſ. Lipſ. 766 8. G. *Selle* Einleit. in d. Studium d. Natur u. *A*rzneiwiſſenſch. Berlin 777. 8. J. C. *Kemme* kurze Einleit. in d. Medicin. überhaupt. Halle 771. 8. *) M. *Herz* Grundriſs d. medicin. Wiſ-ſenſchaften. Berlin 782. 8.

2) *Lexica* quædam *medica* potiora, nec non diverſarum quarundam *linguarum.*

a) E. *Weiſsmann* Lexicon bipartit. *latino* german. & ger-man. latin in cura J. A. *Erneſti*. Lipſ. 758. 4. J. G. *Schellers* ausführl. u mögl. vollſtänd. *latein.* deutſch. u. deutſch latein. Wörterbuch zum Behuf d. Erklär. d. alten u. Uebung in d. latein. Sprache. latein. deutſch. 783. 4. S. *Blancard* Lexicon medicum tripartit. re-nov. omnes artis medicæ terminos continens cum augment. J. F. *Iſenflamm*. Lipſ. 777. II. 8.

Zimmermann Lexicon *graeco* latinum & lat. græcum. Stuttg. 771. 8. B. *Caſtelli* Lexic. medic. *graeco* latin. Genev. 748. 4. B. *Hederichs* Lexicon *graecum* cura J. A. *Erneſti*. Lipſ. 767. 8. J. E. *Hebenſtreit* Exegeſis nominum *graecor.* morbos definientium. Lipſ. 760. 4.

J. L. *Friſch* dictionair *francoiſe*. Lipſ. 766. 771. 8. N. *Bailey* a compleat *engliſh* dictionary oder vollſtänd. engliſch-deutſches Wörterbuch, vermehrt von A. E. *Klauſing*. Lpz. 778. 8. & T. *Arnold* vollſtänd. deutſch-engliſch. Wörterbuch, verm. v. A. E. *Klauſing*. Lipſ. 778.

b) Dictionaire *botanique & pharmaceutique*, contenant les principales proprietes des Mineraux des Vegetaux & des Animaux d'Uſage, avec les preparations de Pharmacie. Paris 760. 8. Dictionaire de *Chirurgie* con-tenant la deſcription anatomique des parties du corps humain, le Mechanisme des fonctions, le Manuel des operations chirurgicales, avec le detait & les uſages des differens Inſtrumens &c. Paris 767. 8.

Dictionaire de *Chymie* contenant la Theorie & la Pra-ctique de cette Science, ſon application a la Phyſique a l'hiſtoire naturelle, a la medecine & l'Economie

 ani-

animale. Paris 769. II. 8. *Eloy* dictionaire hiſtorique de la Medecine. Monsb. 778. IV. 4.

P. J. *Macquer* dictionair de la Chemie. Paris 778. II. 4. & germanice. Lipſ. 783. VI. 8. Handlexicon medicin. od. Kennzeichen u. Heilungsmittel aller Krankheiten. Augſp. 782. II. 8. Onomatologia medica practica od. encyclopædiſches Handbuch für ausübende Ærzte. Nrbg. 783. 8. Onomatol. med. pharmacevt. Ulm 755. 8. Onomat. œconomica. Ulm 756. III. Onomatol. anatomica completa cum *Halleri* præfat. Ulm 775. 8.

Sue chirurg. Lexicon. cura *Krüniz.* Berlin 773. 8.

Martini allgem. Geſchichte d. Natur n. d. Alphabet. Berlin 779. IV. 8. c. fig.

M. *Alberti* tentamen Lexici realis obſervat. med. Halæ 727. II. 4.

Corrigenda.

pag. 5. lin. 32. lege morum formatæ cultores ejus ſtudium

p. 8. l. 5. quo
9. l. 18. non mutatam
10. l. 11. anthropothomia antea in vita &
11. l. 8. dele *uterque*
l. 20. affectuum præternaturalium
12. l. 14. Ars veterinaria
15. l. 17. acquirit
l. 22. poſſit
16. l. 20. contentum
l. 34. veros
p. 17. l. 28. exprimere
l. 33. tyrone
18. l. 33. mutilæ
19. l. 5. quot
l. 8. & 9. recepti - prætermittendi definiendi
l. 29. magna
20. l. 19. del. *ſic*
l. 20. del. *ſibi*
23. l. 3. varias
l. 11. aliquod
p. 23. l. 35. deſtinatio, conſervatio,
24. l. 19. alias, motum

p. 28. l. 5. determinentur
l. 9. lubitui
l. 14. exercendæ
29. l. 13. docet
30. l. 19. exhortari
33. l. 4. diſcretas
l. 36. quarum
34. l. 3. infinite
l. 29. ea
36. l. 22. earum
37. l. 18. Quam
l. 26. hæc
42. l. 23. Dioptrica
45. l. 5. earum
l. 11. exiſtimet
46. l. 14. differant
l. 11. moratas
48. l. 5. medium
l. 10. teſtatur,
l. 33. averſetur
49. l. 31. æſtetiſche
53. l. 8. quorum
55. l. 33. quoad
56. l. 19. incidens
58. l. 17. meteororum
l. 24. perſcrutantur phyſici

p. 59. l. 26. orti
60. l. 11. inquirere & per-
ſcrutari
61. l. 19. menſuratur
62. l. 6. 7. influxus aſtro-
rum ad tellurem noſtram
l. 28. Inſigni
63. l. 18. del. *tam*
64. l. 3. del. *itaque*
l. 23. dogmaticæ
69. l. 35. vel in
70. l. 15. æquiparentur
72. l. 20. theoreticæ obti-
netur
73. l. 16. dividere
l. 18. elementares, mix-
tione cum corporibus
p. 75. l. 16. his effectis
76. l. 25. factæ
77. l. 24. compendium fa-
cilitatemque
l. 29. commendat
78. l. 20. ſufficiat
84. l. 1. adaptari
l. 33. earum
85. l. 17. cauſa
86. l. 15. earum
l. 18. reſolvantur
87. l. 23. volitet
88. l. 8. non tam bene
l. 17. quarum
89. l. 31. exſiccatæ - con-
ditæ
90. l. 16. explicari poteſt
92. l. 35. earum
93. l. 16. del. *ita*
94. l. 15. corrigere
97. l. 35. ſermoventur
98. l. 29. propius
104. l. 12. utilis
107. l. 31. carthami
109. l. 32. viridis
l. 9. & ſic
l. 11. inquirere
l. 13. 14. detegere in-
111. l. 23. aptæ quirere
l. 26. clarum & mani-
l. 31. ex feſtum

112. l. 7. perſcrutatur
l. 25. quas
113. l. 13. oculis eſt oble-
ctamento
l. 26. propriæ
114. l. 3. del. *quae*
117. l. 20. quas
118. l. 17. del. tum
122. lineas 2. 3. 4. dele.
123. l. 8. examinantur
130. not. lin. 3. del. *a*
132. l. 27. del. *nempe*
133. l. 20. accurate
136. l. 9. uſus
138. l. 33. iſtarum
142. l. 16. recedens
143. l. 20. ampliſſima
p. 146. l. 1. effingi
l. 32. poſſe
149. l. 13. quum
151. l. 19. earum
153. l. 9. brutis, quæ
l. 11. del. *ſano & ae-*
l. 19. permittant *groto*
l. 20. requirantur
157. l. 9. dimenſurari
161. l. 22. enatæ
l. 30. dirigentes & mo-
162. l. 21. quod ventes
165. l. 5. uſus, uti & arteriæ
167. l. 11. diſſipantes, eli-
minantes
l. 23. cujus organa --
per eam examinantur
l. 25. cujus fontes --
fluida determinantur
l. 29. cujus differentia
-- per oſ indicantur
170. l. 15. examinantur
172. l. 29. inveſtigantur
l. 33. ſingulorum
180. l. 1. quoque
181. l. 31. partum
l. 33. inter & poſt
185. l. 30. debeant
193. l. 31. eam
l. 33. apium
196. l. 29. dele *ipſe*

p. 201. l. 5. perfectione
203. l. 24. peculiariter
l. 30. omittitur
204. l. 14. reſpicitur
209. l. 34. obſervandarum
213. l. 18. quorum
222. l. 18. privata, niſi ſtructura eorum perierit
l. 25. inde -- pendentium
231. l. 5. quarum
l. 18. earum
232. l. 3. quibus
233. l. 34. redigendas
238. l. 33. alia.
240. l. 2. hic nihil
l. 34. illarum
p. 241. l. 3. earum
l. 27. Quænam dux
242. l. 35. ſolent, commutantur
243. l. 3. ſuccurrere
246. l. 17. oſtenderunt hortulanis
279. l. 22. conſumat
280. l. 21. exterarum & remotarum
281. l. 3. plurima
283. l. 2. *Schrœder*
290. l. 23. Zochianæ
293. l. 21. Disquiſitio
294. l. 10. tam cruda, incocta
296. l. 26. dijudicando
298. l. 28. conſideratarum
300. l. 17. ſuos perficere ſtudebat
301. l. 26. quem ſimulatum
302. l. 4. dele *in*
318. l. 12. earum
341. l. 4. ad quas referuntur
l. 9. ac præternaturales
342. l. 19. iſtarum
346. l. 34. medium
349. l. 9. poſſunt eſſe
l. 21. earum
l. 27. del. *nonne*
350. l. 16. & 17. cujusvis

p. 365. l. 33. imaginetur
l. 34. videat
366. l. 3. Dyſecoiæ
375. l. 28. Effato
376. l. 4. eæ
395. l. 15. vera
396. l. 39. occurrit ex
404. l. 27. adhibet
l. 32. quos vero
407. l. 35. tantam
412. l. 22. uti jure therapia
l. 30. quæ generalis
l. 30. del. *ſeu materialium & mediorum*
l. 33. del. *proficua*
424. l. 11. Ad iſta
427. l. 5. praxis.
l. 8. explicandæ
429. l. 15. applicandis præterea determinat
l. 18. & quæ
462. l. 23. Ganglio
480. l. 5. del. *qui*
496. l. 8. obſtetricantibus relinquenda
497. l. 25. auſpicia?
498. l. 8. Medico-practicam
499. l. 4. Levret
501. l. 15. Albertus Magnus
502. l. 23. der Entbindungs
503. l. 2. Dœveren
l. 22. del. *tamen*
504. l. 20. ſua ration.
506. l. 5. Permultum
509. l. 42. Blochs
l. 43. medicæ
513. l. 3. Bromfield
514. l. 33. valent
516. l. 32. 33. formata-redacta
517. l. 2. utili
519. l. 21. judices
l. 28. tribus e quibus deſumta
521. l. 6. pæderaſtia
525. l. 34. augenda populatione
528. l. 34. gravidarum

Bey dem Verleger dieſer Blätter ſind auſſer des Hrn. Verfaſſers Schriften nachfolgende mediciniſche und phyſicaliſche Verlags-Artikel zu haben.

D. *Chriſt. Frieder. Reuſs*, Compendium botanices, ſyſtematis Linnæi conſpectum, ejusdemque applicationem ad ſelectiora plantarum germaniæ indigenarum, uſu medico & œconomico inſignium genera eorumque ſpecies continens. Ulmæ. Stettin 1774. 8.

— Unterſuchungen und Nachrichten von des berühmten Selzer-Waſſers Beſtandtheilen, Würkungen, richtigen Gebrauch dieſer u. anderer Sauerbrunnen, wie auch v. denen verſchiedenen bey der Sauerbrunnen-Cur vorkommenden ſchädlichen Vorurteilen u. Fehlern. Leipz. 1775. 8.

— Sammlung der neueſten wichtigſten Nachrichten von Magnet-Curen, vorzüglich der Mesmeriſchen. Leipzig 1778. 8.

— Sammlung einiger Abhandlungen aus der Oeconomie, Cameralwiſſenſchaft, Arzneikunde und Scheidekunſt. Leipzig 1777. 8.

— Kenntnis derer Pflanzen, die Malern u. Färbern zum Nuzen, und denen Liebhabern zum Vergnügen gereichen können. Leipzig 1776. 8.

— Vom Anbau u. Commerce des. Kraps, oder der Ferberröte in Deutſchland, als eines ſehr nüzlichen Landes-Productts. Leipzig 1779. 8.

— Mediciniſch. œconomiſche Unterſuchen der Eigenſchaften u. Würkungen eines ächten u. verfälſchten Puders, ſamt ſeinen unterſchiedlichen vortheilhaften Zubereitungsarten. Tübingen 1778. 8.

— Unterſuchungen des Cyders oder Aepfelweins, nach ſeinen Eigenſchaften u. Würkungen beym Gebrauch, nebſt einer Anweiſung ſeiner vortheilhaften Verfertigungs-Art. Tübingen 1781. 8.

— Dictionarium botanicum, oder botaniſch lateiniſches und deutſches Hand-Wörterbuch für Aerzte, Apoteker, Oeconomen &c. nach dem Linneiſchen Syſtem. Leipzig 1781. 8.

— Neue practiſche Verſuche über die mit beſondern Kräften angeſchwängerte Geis- oder Ziegenmilch, und deren vorzüglich ſchnelle, ſichere und angenehme Würkungen, in manchen langwierigen Krankheiten. Leipz. 1783. 8.

— Be-

— Beobachtungen, Verſuche u. Erfahrungen über d. Salpeters vortheilhafteſte Verfertigungs-Arten, an jedem Orte, ſamt einer vorangeſchikten ausführlichen Anzeige aller bisher herausgekommenen Schriften vom Salpeter. Vol. I. Tübingen 1783. 8.

— Diſſertationes medicæ ſelectæ Tubingenſes, oculi humani affectus medico-chirurgice conſideratos, cura & ſtudio C. F. *Reuſs*. Tubingæ 1783. Vol. I. II. 8.

Aeliani de natura Animalium Libri XVII. *gr & lat.* cum animadverſionibus C. *Geſneri* & D. W. *Trilleri*, cura A. *Gronovii*. 4. 1768.

Diſſertationes ſ. Quæſtiones medicæ Pariſinæ, ex Bibliotheca G. E. *Sigwarti*, II. Tomi. 4. 1767.

Rehmanns (D. Joſeph), theoretiſch-practiſcher Unterricht für Wundärzte, wie ſie die von tollen Hunden und andern Thieren beſchädigte behandeln ſollen. 8. 1782.

Verſuche (chymiſche) aus alten raren Manuſcripten gezogen, in welchen die Kunſt, Gold u. Silber, Geſundheit und ein langes Leben zu finden, enthalten, 2 Theile. 8. 1767.

Ackermanns (Mich.) medicin. Glaubens-Bekenntnis eines ſchwäbiſchen Harnpropheten. 8. 1783.

Mayers (Joh. Fried.) Anfragen u. Antworten, in Briefen über Gegenſtände der Landwirthſchaft, Ite Lieferung. 8. 1783.

Tauſendkünſtler (der geheimniſsvolle), welcher nicht nur zukünftige Dinge entdecket und das Schikſal eines jeden Menſchen erforſchet, ſondern auch allerhand bewährte Wundercuren und Heimlichkeiten der Natur mittheilet. 8. 1781.

Die Kunſt, rohe und calcinirte Potaſche zu machen: aus dem Franzöſiſchen überſezt von L. F. *Kausler*, mit Kupf. 8. 1780.

Kaef B. a. 4